


30

11038




antico.

ton 2 lot.

25  
21

92980





*H*

# THOMÆ SYDENHAM

M E D . D O C T .

AC PRACTICI LONDINENSIS

*Celeberrimi*

# OPERA MEDICA

EDITIO NOVISSIMA variis variorum Præstantissimorum  
Medicorum Observationibus quam maximè illustrata & aucta.

## TOMVS SECUNDVS.

*Cum ELENCHIS RERUM & INDICIBUS Necessariis,*



*GENEVÆ.*

Apud FRATRES DE TOURNES.

*M. DCC XVI.*

*Cum Privilegio S. CÆSAREÆ MAJESTATIS.*

АМОНТ  
SYDNEY  
МЕДОЧ  
AC PRACTIC TONINAE  
OPERA MEDIC  
TOMAS STEPHANUS



АКАДЕМИИ  
САНКТ-ПЕТЕРБУРГСКОЙ

САНКТ-ПЕТЕРБУРГСКОЙ

САНКТ-ПЕТЕРБУРГСКОЙ



THOMÆ  
SYDENHAM, M. D.  
TRACTATUS  
DE PODAGRA  
ET HYDROPE.

*Non fingendum, aut excogitandum, sed inveniendum, quid  
Natura faciat, aut ferat. Bacon.*

*Doctissimo Viro*

THOMÆ SHORT, M. D.

Coll. Med. Lond. Soc.



*N tibi, Humanissime Vir, Tractatum de Podagrâ & Hydrope,  
loco spissaria voluminis quad animo destinaveram; Historiam  
intelligo Morborum Chronicorum, eorum maximè circa quos mea  
Praxis potissimum versata est. Cum verò omnem cogitandi vim  
atque omnes nervos his rebus plus satis intendendo, atrociorēm po-  
dagrā paroxysmū mihi accessiverim quam quo alias, ut puto, fue-  
ram multandas, res ipsa monebat, ut has lucubrationes vel invitus ponerem, &  
mihi tandem ipse consulerem, hos tantūm morbos duos quadam tenus expedivisse con-*

Tom. II.

M m m      *tenus.*

tentus. Quoties enim ad hac studia me recipiebam, toties & Podagra recurrebat. Hoc itaque operis, quale quale demum id est, accipere digneris; quod Tibi duabus potissimum de causis dicandum censeo. Primum, quod earum, quas, jam olim in publicum dedi, Observationum, a quibusdam despectarum, utilitatem aliquam, non tantum me coram atque in eis, sed etiam coram aliis agnoscere atque offerere nullus dubitareris. Deinde quod ex aliqua consuetudine quam mutuam habuimus, Consilia in commune pro Aegrorum commodis conferentes, Ego tuum Genium deprehenderim ad Praxin Medicam apprimè factum: quodque tamen si doctrinæ à omnis generis inclarescas, Te tamen natura ad eas potius subtilitates determinaverit, quæ è praxi nascuntur, quam ad inanes speculationes: que duo haud minori intervallo à se invicem distant, quam Sapientum res seria ac maximi momenti à puerorum ludo ac crepundiis distaminantur: Et fortasse [nisi me fallit observatio mea] perraro in eodem subiecto convenienter. Que tua sagacitas juncta opportunitati, quem tibi suppeditavit ingens Medicandorum copia ad Experimenta stabilienda, Te ad Artus nostre festigium evehit: Et morum comitas versus omnes haud vulgaris existimationem, quam natus es, facile ruerbitur. Si qua hec differui neque ubi cui ista inscribo, nec paucis illis, at spectata probatuis viris, ques amicos haleos, vicio duci possint, haud mulum alios morabor, qui nulla alia de causa mibi infessissimi sunt nisi quod aliter tam de ipsis morbis quam de eorum Curationibus sentiam, atque illi sentiant. Quod ut ita non fueret penes me nullo modo fuit, quando sic à natura factus atque dissipatus sum, ut quod temporis alii libris legendis id ego in me meditationi impendere soleam neque tam quaram, an alii eadem mecum assirant, quam virum que ego trado cum veritate consentiant: utpote qui rumores & vulgiplenum haud magni faciam. Et sane quid tanti est, si officio Civis Roni frenu perfunctus, & publico commodo ciuium cum privato damno interficiens, nullam tamen exinde gloriam reportem? Cum si rem recte perpendam, consulere Existimationi mea, qui jam sensx sim, brevi perinde erit ac si Non-enti consiluissent. Quid enim mihi post obuum prodesse querit, ut octo Elementa Alphabetica in istum ordinem redacta, ut nomen meum componant, eorum linguis ja-  
lientur qui non magis aliquam mei Ideam animo possint effingere, quam ego jam queam concipere qualesnam tandem illi futuri sunt, qui emnes & mortuos prioris seculi ignorabunt, & alius istum dialectis tunc moribus utentur, pro rerum humana-  
rum omnium inconstantiæ ac viciitudine. At quorsum ego de aliorum ju-  
dicio sollicitus sim? Si meo aliquo conatu in promovenda & morborum & co-  
rundem Curationum scientiæ aliquantulum proueritus fuerim, haud diu ista lau-  
de fruari: Atque è diverso, si cui minus placuerint mea scripta, vix puto me alia  
additorum; cum non patiarur ratio sanitatis mee, ut mundo ulteriores, rem me-  
dicam tractando, molestias facessam. Et profectò vel in hoc Tractatulo quem jam  
edo, ciem manus tremula calamum regere nequiret, operam mibi commodatam ab  
Amicissimo viro D. Joanne Drake, Baccalaureo in Medicina ex Aede Christi  
apud Cantabrigienses, gratis agnoscere debeo: Quem quidem virum & nativus  
morum Candor & vita Integritas amicum perquam exceptabilem; Animi vero  
doles tam à natura subministrate, quam studio exculta Humano generi uilem  
admodum

admodum reddent & beneficium, ubi eam Artem exercere placuerit, quam ita probè calleat. De casero rogandas es. Vir Spectissime, ut huic meo in te officio, si permolestior fuerim, veniam concedas: quod tamen non aliunde nasci existimos velim, quām ex illo honore & obsequio quibus te merito, atque ex animo prosequitur.

Tibi addictissimus

Londini,  
Maii 21. 1683.

Tuique observantissimus

THO. SYDENHAM

---

## DE PODAGRA.

Reculdubio astimabunt homines, vel morbi, de quo agimus, naturam  
durovilov, ac ferè incomprehensibilem esse, vel me, quem jam ab annis  
triginta quatuor vexavit, ingenii tardissimi ac prossim hebetis, cùm meæ tām  
de ipso morbo, quām de ejus curatione observationes ita parum votis respondeant. Utut tamen se res habeat, ego bonâ saltem fide tradam, quæ  
haec tenus rescivi omnia, difficultates salebrasque, sive rationem morbi ipsius,  
sive curationis methodum spectantes, Tempori, Duci veritatis, evincendas  
complanandasque relinquens.

*Podagra* eos plerunque senes invadit, qui postquam meliores vitæ dies  
mollius ac delicatus transgerint, Eulis lauitoribus, vino, aliisque liquoribus  
spirituosis liberalius indulgentes, tandem ob pigritiam atatis ingraves-  
centis semper comitem, ea corporis exercitia penitus omisere, quibus juvenes  
assueverant. Ad hæc, illi, qui huic morbo sunt obnoxii, Crania habent  
grandiuscula, Habitū corporis ut plurimum sunt pleniori, humido & laxo; &  
Constitutionem habent omnes luxuriantem vitiosamque, ditissima atque optima  
vitæ stamina.

Nos quòd i Podagra eos solū adoriat, qui crasso & corpulento habitu  
donantur, cùm aliquando etiam, et si tariūs, graciles & macilentes invadat; neque  
quodd hic morbus in omnibus senium præstoletur: quandoque enim etiam  
atate florentes corripit, quoties scilicet infelicitas morbi semina à parentibus,  
quasi ex traduce acceperint; vel si hoc non fuerit, immodecat Veneri præ-  
maturius indulserint, aut exercitiis omnino valedixerint, quibus prius etiam  
vehementioribus utebantur, edaciores insuper fuerint & liquores spirituosi  
immoderatiū hauserint, posteā drepente ad liquores tenues & refrigerantes  
se contulerint.

Si quem non nisi jam senio confectum primū adoriat, nunquam po-  
steā vel tam statas habet periodos, vel tām immaniter ūvit, quām si juniores

occupaverit; tūm quōd vita ut plurimum elabitur antequam morbus naturalibus Symptomatis stipatus ad ~~āguin~~ pervenerit, tūm etiam quia calore nativo & vigore corporis imminutis, nec ita jugiter, nec vehemente in Articulos displodi potest. At si queā maturius lacescat, quamvis nec sedem adhuc figat, nec eum ita malè trahet, sed incertā periodo pro datā ansā ingruat, leviter ad paucos dies torquens, & nullā methodo invadens recedensque; ~~lesimi~~ tamen castrametatur, legem sibi ponens, typumque praeformans, tām quoad anni tempus quo arma quotannis movebit, quām quoad paroxysmi durationem: ad hæc, ferocius quām primo insultu debacchatur.

De hoc morbo dūm ita regulam typumque servat, libet primò differere: postea de ejusdem Phænomenis Anomalis atque incertioribus, quories scilicet vel præpostero inidoneorum Medicamentorum usu, de statu suo dējectus fuit, vel ob subjecti debilitatem & languorem, ad propria & genuina Symptomata nequit assurgere. Quoties itaque *Regularis* est *Podagra*, hoc ferè modo *Ægrum* aggreditur. *Januario* exeunte, aut incipiente *Februario* dēreptè & nullā ferè præsensione antecedente iagruat, nisi quōd ventriculi cruditate atque ~~āmula~~ ad septimanias aliquot æger laboraverit; corporis insuper intumescentiā quasi ventosā & gravitate, quæ indies augetur, donec tandem detonet Paroxysmus; quem paucis diebus præit torpor & quasi flatuum descensus per femorum carnes, cum affectione ~~ātus uoudi~~, tūm etiam pridie Paroxysmi Appetitus voracior, non tam naturalis. Sanus lecto somnoque committitur, Horā verò secundā post medianam noctem excitatur à dolore pollicem pedis ut plurimum occupante, quandoque verò Calcaneum, Suram, aut Talum: Hic dolor eum refert qui ossium digitorum dislocationem comitatur, cum sensu quasi aquæ tantum non frigidæ partis affectæ membranis affusæ. Mox sequitur Rigor cum Horroro, & Febricitatione aliquali. Dolor autem hic primò remissior gradatim intenditur, (& pari passu Rigor atque Horror recedunt) idque in singulas hotas, donec tandem sub noctem ad apicem pervenerit, se ad varietatem ossiculorum Tarsi & Metatarsi, quorum ligamenta obsidet, perbellè accommodans, nunc tensionem violentam, vel ligamentorum istorum dilacerationem, nunc morsum canis rodentis, quandoque pressuram & coarctationem exprimens: adhæc, ita vivum exquisitumque habet sensum pars affecta, ut nec linteorum super-incumbentium pondus, nec cubiculi à fortiori ambulatione concussionem ferre valeat. Atque hinc fit ut nox non tantum in cruciatu transfigatur; sed etiam cum irrequieta partis affectæ hāc istac rotatōne, & mutatione situs quasi perpetua. Neque minor est totius corporis jactatio incessans, quæ semper Paroxysmum, maximè vero accidentem, comitatur, quām torti membra agitatio & dolor. Hinc etiam mille conamina, situs tum ipsius corporis, tum membra affecti mutatione assidue, doloris sedationem incassum exambiunt: quæ tamen non coartat ante horam secundam tertiamve matutinam, (decurso scilicet Nycthemeri spatio à primo appulii Paroxysmi) quo tempore æger post materiaæ peccantis modicam digestionem & difflationem aliqualem, subito à dolore respirat, lietè hanc illę liberationem isti membra affecti posituræ, quā postremò usus erat, immerito acceptam

acceptam referat. Jam leni madore perfusus somno concedit; à quo evigilans, dolore multum imminuto, partem affectam tumore recenter occupatam cernit; cùm solum antehac ( quod in omnibus Podagricorum Paroxysmis solenne est ) insignior intumescens venarum membro vexato intertextarum se in conspectum dederat. Sequente die, foris etiam ad biduum triduumve, si materia Podagræ generandæ apta fuerit copiosior, dolet nonnihil pars affecta, idque vehementius die jam advesperascente, levatur autem sub Galli cantu. Intra paucos dies, alter pes eodem dolore torquetur quo is, qui prior doluit, vel si prior iste jam dolete desierit, debilitas quæ cum infirmaverat, mox evanescit, tam viribus quam integrâ sanitate isti pedi statim restitutis perinde ac nunquam laboraverat, si modo dolor pedem nuper tantatum ferocius lacinet. Nihilominus easdem hic excitat Tragœdias, quas prius in altero pede, tam quoad doloris vehementiam, quam durationem. Quandoque etiam primis morbi diebus cum materia peccans adeò exuberat, ut ei capienda pes unus impar sit, utrosque simul pari vehementia fatigat: sed ut plurimum pedes successivè, uti diximus, aggreditur. Postquam utrumque pedem exercuerit, qui sequuntur Paroxysmi abnormes sunt, cum quoad tempus invasiois, cum etiam quoad durationem, hoc tamen ubique servant, quod dolor noctu recrudescat, matè verò remittatur. Atque ex serie horum Paroxysmorum (sit verbo venia) constat Paroxysmus qui dicitur Podagræ, diurnior breviorve pro ægri atate. Neque enim censendum est, quoties quis cum hoc morbo ad mensis duos vel tres fuerit conflictatus, unum illum Paroxysmum fuisse, sed seriem potius & catenam Paroxysmorum, quorum posterior quilibet priore & mitior fuit & contractior, donec tandem materia peccante profus absumpta æger pristinam obtinuerit sanitatem: quod in vegetioribus, & iis quos Podagra rarius invisit, diebus saepe quatuordecim sit; in senioribus, atque iis quos læpius afflixit, duobus mensibus, iis verò qui vel annis, vel diurniore morbi morâ fractiores jam sunt, non prius valedicit quam ætas jam adultior eam fugaverit. Ad quatuordecim primos dies Urina coloratio est, quæ post separationem sedimentum rubrum & quasi arenulis refectum deponit; nec æger ut plurimum nisi tertiam potulementorum quæ assumpsit partem per Vesicam reddit; Alvis item ad dictos primos ferè dies constipata est. Appetitus prostratio, Rigor totius corporis sub vesperam, partium etiam non affectarum gravitas & molesta sensatio integrum Paroxysmum comitantur. Recedentem Paroxysmum excipit pedis affecti pruritus vix ferendus, maximè inter digitos, unde decidunt furfures, & pedes ipsi quasi ab epoto Veneno desquamantur. Morbo jam discusso, ægri tuu*re* iusta, tum Appetitus redens pro rata doloris quo leviebat Paroxysmus nuper elapsus, & in eadem proportione servata vel acceleratur vel differtur sequens Paroxysmus. Nam si hic ultimus ægrum pessimè multaverit, sequens Paroxysmus non nisi anno ad idem punctum revertente denuo accedit.

Atque hoc se habet modo Podagræ Regularis Phænomenis genuinis propriisque se ostendens. Cùm verò vel ab indebitâ medicatione turbatur, vel ab diurniore morbi pertinaciâ, corporis substantia quasi in morbi somitem

pervertitur, neque pars est natura eidem, methodo consueta, eliminando, Phænomena multum sunt diversa à jam descriptis. Nam cùm hactenus dolor pedibus tantum ficerit infestus, (qui peccantis materia sedes sunt genuina, quæ cum alias quilibet partes occupat, certissimum est vel morbi methodum inversam esse, vel corporis vigorē pauiatim jam imminutum.) jam itaque minus, carpos, cubitos, genua aliasque regiones occupat, ea jam, sicut pedes olim solebat, disseruans. Quædoque enim unum pluresve digitos distorquens fasciculo radicum *Pastinaca* similes eos reddit, motu pruulatim privans, tandemque concretiones circa Articulorum ligamenta tophaceas generans, quæ Articulorum cuticulam ipsamque cutem destruens, rudos *sophos*, *cretam* vel *oculos Cancrorum* æmulantes, aciculâ erueudos exhibet contemptui. Nonnunquam materia morbum committens Cubitis impæcta tumorem subalbum excitat ferè ad ovi magnitudinem, quæ sensim inflammatur cum rubore. Est ubi Femur occupans sensum exhibet quasi ingenis ponderis appensi, sine dolore tamen notabili; at genu exinde petens id acius urget, motum omnem inhibens, ut quasi clavo transacto lectulo affixum nè lacum pilum à loco in quo est se queat dimovere. Et quando vel propriæ totius corporis loquacitudinem huic morbo ita familiarem, vel urgente necessariæ aliquo vita officio, æger aliorum operâ est movendus, omni cautela opus est, nè fortè vel minima motus contrarietas dolorem accersat, qui eo tantum nomine potest tolerari, quod confessim evanescat. Quæ quidem corporis latio ita cuncte & delicate peragenda, haud exigua pars est æruranarum, quibus Podagra oneratur: Dolor enim vehementior non per omnem Paroxysmum extenditur, si modò pars affecta omnino quiescat.

Cùm Podagra antehac non nisi exente hyeme soleret invadere, post duos tresve menses pro more recessuta; jam per annos integrum vexat ærum, demptis duobus vel tribus mensibus calidioribus atque æstivis. Et quod insuper est observandum, quemadmodum *Paroxysmus* major sive *Generalis* jam protractior quam olim fuerat, inveniatur, ita etiam *Paroxysmi* isti *particulares*, ex quibus Generalior componitur, singuli diutius sieviunt: cùm enim antehac particulates isti non ultra unum alterumve diem excruciant, jam ubicunque sedem figant, maximè si pedes vel genua occupaverint, non ante diem decimum quartum castra movent: Primo ad hæc, aut secundo post appulsum die, æger præter dolorem, aliqualem etiam ægritudinem patitur, atque simul omnitudinem Appetitus prostrationem.

Postremò, cùm antequam malum usque adeo incurvuerat, æger non solum longioribus frueretur Paroxysmorum intervallis, sed etiam durante istâ intermissione restè valeret tam artibus quam reliquo corpore, facultatibus singulis naturalibus officio suo debitè fungentibus; jam artus haber ferè undiquaque contractos atque impeditos, ita ut quamlibet statu possit, fortè etiam aliquantisper procedere, gressu tamen ita claudicante ac permolesto prorepit, ut etiam cùm ambulet quiescere videatur: & si ultra vires ambulare perstiterit quo pedibus rectius valeat, quanto magis ipsos ambulando confirmat, & dolori exceptando

cipiendo minus obnoxios reddit, tanto morbi fomes, nunquam per hoc omnem intervallum perfectè dissipatus, visceribus periculosus imminet, cum in pedes ita liberè nequeat effundi; qui hoc morbi tempore vix unquam doloris sunt expertes, sed sensatione aliquâ plus minusve molestâ perpetuo tentantur.

Quinetiam multis aliis symptomatis infestatur æger, ut venarum Hæmorrhoidalium dolore, Ructu nidoroso cibi jam manducati & in Ventriculo putrescentis gustum referente, quoties vel aliquid è Dyspepsia aslumpserit, vel eam tantum cibi quantitatem quæ sano competit. Appetitus languet ut & totum corpus præ inopâ spirituum. Denique ideo tantum vivit ut calamitosus sit & miser, non ut vitæ dulcedine vel minimum fruatur. Urina, quam prius colorationem, maxime in Paroxysmis & in pauca quantitate solebat reddere, jam illam tam colore imitatur quam copiâ que in *Diabete* excernitur. Dorsum aliæque patres molestè pruriunt maximè sub horam somni. Id etiam in hoc morbo, quoies jam confirmation est, incommodi accidit, quod ab Oscitatione, imp:imis veò matutinâ, ligamenta ossium Metatarsi vehementer convelluntur, cum senti quasi coarctationis vel compressionis fortissimæ à manu validâ. Quandoque etiam nullâ Oscitatione praecedente, æger jam se somno committens ictum quasi clavæ Metatarsum confringentis de-repente persentiscit, unde cum ejulatu expurgiscitur. Tendines Musculorum quæ tibias suffulcent subinde spasmo corripiuntur ira acri & violento, ut dolor quem excitat, si vel tantisper duraret, omnem humanam patientiam de-jiceret vinceretque.

Post multos dirosque cruciatus & carnificinam diurniore, ceu pignus missionis quam mors jam in propinquuo stans mos est datura, Paroxysmi subsequentes ægrum quoad dolorem clementius tractant, naturâ partim ab onere materiæ peccantis oppressa, partim ob senium, eandem in corporis extremitates jugiter ac strenue relegare non amplius valente) ac loco doloris consueti, ægritudo quædam cum dolore ventris, lassitudo spontanea, quandoque etiam propensio ad Diarrœam superveniunt. Hæc symptomata, dum vigent, attuum dolorem leniunt, quæ pariter evanescunt, quoties articulos dolor fatigat: atque ita nunc dolore, nunc ægritudine quasi alternatim lacescente, Paroxysmus longas moras necrit. Animadverendum est enim, quod ubi quis ad multos annos Podagra laboraverit, dolor singulis Paroxysmis gradatim imminuit, tandemque ægritudine portius conficitur quam dolore. Quem enim in his patitur dolor, quamlibet sint productiores, vix ad decimam partem ejus affurgit doloris quem pati solebat, cum viribus esset magis integris. Nihilominus hæc ipsa morbi inclemens pensabatur ut plurimum longiore intercapidine, quæ paroxysmos intercedebat, tunc sanitate quæ interea satis comoda utebatur. Namque hoc in morbo dolor amarissimum est naturæ pharmacum, qui quo vehementior est, eo citius præterlabitur Paroxysmus, atque insuper & longior erit intermissio & magis perfecta; & vice versa.

Neque tamen dolor, claudicatio atque impeditus partium affectarum motus,

tus, ægritudo, aliaque symptomata jam descripta, hujuscæ morbi tragediam abolvunt: *Calculum* insuper *Renum* in quamplurimis patit hic effectus, tum ex eo quod æger dum supinus recumbat, tum etiam quod ferientur Organa secretoria à debitibus sibi functionibus; sive etiam quod *Calculus ejusdem matris* morbosæ in genere portio quedam sit, quam ego item non dijudico. Quocunque verò sit hujus mali origo, nonnunquam ætri animum mortissima interpellit contemplatio, *Calculus* ne Podagra immittior sit. Quandoque etiam *Calculus* lotii per meatus urinarios in Vesicam transitum impediens, ægrum de medio tollit, lenta Podagre moras haud amplius expectantem.

Nec fatis est ægrum ita miseri modis dilaciari, ut nec sui jam fuerit compos, alienæ opis proflus indigens, sed & hic accedit miseriarum canulus, quod durante Paroxysmo, animus etiam seu contagio afflatus, eo usque corpori compatur, ut haud facile sit dictu utro horum æger calamitosius doleat. Non enim rectius Podagras, quām iracundias, Paroxysmus omnis dici potest; cum mens & ratio usque adeò ab infirmato corpore enerventur, ut vel levissimo affectuum motu impellantur & vacillear: unde non magis ipsi quām aliis gravis est. Quid quod & ceteris quoquo passionibus est obnoxius, timori videlicet, sollicitudine, atque aliis id genus. A quib[us] pariter torquetur, donec morbo evanescente, animus quoque pristina tranquillitate recepta una convalescat.

Tandem æger (ut funestissimi hujus morbi Catastrophen semel expediam) visceribus à Materie peccancis incubatu complexuque ita lesis, ut Secretioris organa non amplius suo munere fungi queant, onde & sanguis quasi limo & fæculentis refertus stagnat, & materia peccans non jam, ut olim solebat, in corporis extremitates dispergitur atque rejicitur; tandem inquam i[n]t[er]v[al]e vitam afflictissimam & jam diu non vitalem cum morte æruminarum requie feliciter commutat.

At verò (quod mihi aliisque, licet tam fortunæ quām ingenii dotibus mediocriter instrukis, hoc morbo laborantibus solario esse possit) ita vixerunt atque ita tandem mortem obierunt magni Reges, Dynastæ, Exercituum Clasissimumque Duces, Philosophi, aliquique his similes haud pauci. Verbo dicam, Articularis hicce morbus quod vix de quovis alio affirmaveris) Divites plures intererant quām pauperes, plures sapientes, quām fatuos, Naturā quasi digito monstrante, quām parum iniqua sit omnium Patens & Arbitra, quāna Partibus non studeat; cùm eos, quibus alicubi defuit, alio aliquo bonorum genere cumulatius ditare soleat; profusorem verò erga alios munificentiam aquâ malorum parte admixta diluat & contemperet. Adeò ut ubique gentium rata sit lex atqua inviolabilis, nullum hominem vel ex omni parte beatum, vel per omnia miserum ac calamitosum posse inveniri, singulos autem utramque experiri sortent. Quæ Boni atque Mali contemperatio, fragilitati nostræ & mortalitati ita propria, nobis ferrasse apprimè coaducit.

Podagra Fœminas perraro infestat, easque non nisi jam Vetulas, & Virgines seu corpore masculorum habitum æmulantes. Graciliores quæ vel in adolescentia,

adolescentia vel constanti ætate symptomata parvuntur Podagram mentientia, ea ipsa vel affectibus Hystericis, vel Rheumatismo quo jam olim laborarunt, & cuius foines non satis initio foerat eliminatus, accepta referuntur.

Neque Pueros, neque Juvenibus minores Podagrâ verâ acque genuinâ vexatos hactenus observavi: Nonnulli tamen mibi noti sunt, qui priusquam eam ætatem attigissent, leviculam aliquam quasi velitationem praesenterant; quorum nempe Patres etiam tunc hoc morbo tenerentur cum iis generandis operari darent. Atque hic explicit morbi hujus Historia.

Onnes animi nervos variis hujuscemorbi Phænomenis contemplandis acriter intendens, illum *Aristotelem* seu labefactat, tam in partibus quam succis corporis universis Concoctioni ortum deberè existimo. In ipsis enim qui huic morbo sunt obnoxii, cum jam vel ætate fuerint confecti, vel effrenatâ morum licentia senectutem præmaturius accersiverint, Spiritus Animales per totum corpus deficiunt, immodico functionum in Juventutis calore vegetissimarum exercitio consumpti; verbi gratiâ, præproprio nimioque Veneris usu, insani improbissimisque laboribus, quibus ardenter atque indefesse voluptatibus interviunt, & his similibus. Accessit etiam sive ab annis, sive ab inertia, exercitiorum corporis, quibus olim assueverant, intermissione vel cessatio repentina (quorum usu tum sanguis invigorior, tum partium tonus firmior & constanter solebat reddi,) unde jam corpus flaccescit, & Concoctiones non amplius rectè promoveantur; è contra vero, succorum corporis recrementa quæ talium exercitiorum ope prius exercebantur, dehinc in Vasis, cœu morbi seminium, reconduntur. Nonnunquam & studium seu Meditatio de re quapiam seria ac diurna malum auxit, quo scilicet spiritus defæcatores & magis volatiles à concoctionum penso quod debuerant absolvere nimium avocantur. Adde quoddam huic morbo obnoxii non solum ciborum in genere ferè sunt appetentiores, sed & eorum maximè qui difficillimè ventriculo cedunt; quos cum haud parcus devoret quam tum solerent cum exercitiis uterentur, non jam iis digerendi pares sunt. Neque tamen diæta voracitas & liberas hor ciborum ingestio ita frequenter (sicet id haud raro contigerit) Podagrâ viam stravit, ac vesana & immoderatior vini Compositio; unde Fermenta Coctionibus variis dicata penitus prosternuntur, precipitantur ipsis Coctiones, & Spiritus naturales ab halituum adventitiorum copia subjugantur dispergunturque. Jam vero cum uao eodemque tempore & Spirituum (qui Coctionis instrumenta sunt) vigor immixtus, atque inoper ingens humorum colluvies sanguinem opprimat, omnino necesse est, ut singula Coctiones haud rite peragantur, dum ita obruiuntur singula Viscera, unde Spiritus jamdiu fatigentes nunc etiam suffocantur: Nam si à sola spiritum debilitate penderet hic morbus, Infantæ, Fœminas, atque eos quos ægritudo diuturnior maceravit, pariter invaderet; cum ferè virofissimos quosque adoriatur, & robustissimis naturæ principiis præditos; quos tamen non aggreditur, donec caloris & Spirituum Naturalium defectum sive declinationem, humorum quoque congestio excipiat, à quibus simul junctis Coctiones yiciatæ pervertuntur.

Porro ut Causarum, quas enumeravimus, singulæ Indigestionem promoverant, ita earum pleræque laxitati Habitū & Musculorum corporis procurandæ non-nihil contulerant, unde porta crudis indigestisque humoribus intromittendis panditur, quoties isti ad exteriora protruduntur. Quoties enim in sanguine diutius stabulantes tam mole quam prava diathesi macti fuerint, tandem calorem putrescentem acquirunt; & cum non amplius à natura regi possint, procumpunt in speciem, & in Articulos depluant, calore atque acredine dolores exquisitissimos in ligamentis membranisque ossa contegentibus excitantes; quæ vel à senio, vel luxu atque intemperantiâ labefactatâ laxataque facile humoribus impetum facientibus locum concedunt. Hic verò humorum Podagram generantium prolapsus, qui Paroxysmum constituit, serius ocyusve contingit, prout ansa hujusmodi humoribus in motum ciendis data fuerit.

Jam verò curationem quod spectat; (ut primò quæ sunt omittenda subinuam) licet, si humores respiciamus atque indigestionem unde isti trahunt originem, primâ fronte videri possit Indicationes Curativas imprimis ad humores jam factos evacuandos, dein ad Coctiones roborandas, (unde aliorum humorum succrescentium aggestio possit præcaveri) collimare debere, quandoquidem he sunt Indicationes magis generales, quibus in plerisque aliis morbis Humoralibus satisfaciendum est: in Podagra nihilominus Naturæ quasi prærogativa est materiam peccantem suo modo exterminate, & in Articulos deponere, per insensilem transpirationem difflandam. Namque haud plures tribus proponuntur modi, quibus causam Podagræ continentem ejicere valeamus, Venæ-sectio scil. Catharsis, ac Diaphoresis per sudorem: nulla verò ex his methodus scopum attinget unquam.

Imprimis Venæ-sectio, quantumvis magna polliceatur tum in humoribus, qui in procinctu stant, & quasi descensum meditantes, tum in ipsis, qui jam jam Articulos ob siderunt, evanuandis; manifestò tamen pugnat cum indicacione illa, quam Causa Antecedens, quæ est Indigestio à spirituum [quos sanguinis detractio magis immittit opprimique] depravatione ac defectu orta, sibi vendicat. Non est itaque adhibenda Phlebotomia, vel ad præcavendum Paroxysmum qui timetur, vel ad istum, qui jam adest, mitigandum, in iis nempe, qui ætate jam sunt provectiones. Quamvis enim qui educitur sanguis Pleuriticorum & Rheumatismo laborantium Sanguinem ut plurimum referat, attamen Venæ-sectio haud minus insigniter in hoc morbo officere ægro, quam in duobus prædictis prodesse cernitur. Etenim si sanguis in intermissione, quantumlibet diu post Paroxysmum, fuerit extractus, periculum est, ne à sanguinis & humorum agitatione novus succrescat Paroxysmus, qui & priore diuturnior futurus est & symptomatis enormibus stipandus, sanguinis robore & vigore, quibus adjutoribus morbi somitem strenue ac constanter excutere debuerat, exinde retusus. Atque hoc incommodi toties etiam accersitur, quoties ineunte Paroxysmo vena pertunditur. Si mox à Paroxysmo feriatur vena, ingens periculum est, ne natura, dum sanguis adhuc languidior est, & nondum pristinas vires à morbo succisas redintegraverit, ejusmodi vulnera importunè inflecto-

inficto usque adē infirmetur & succumbat, ut Hydropi aditus aperiatur. Veruntamen si æger adhuc Juvenis fuerit, & ab inmodica portione excalefatus, sanguis initio Paroxysmi potest detrahi, sī autem in Paroxysmis subsequentibus Phlebotomiā jugiter utatur, Podagra quām citissimē etiam in juvenib⁹ inverteraset, & intra paucos annos latius imperium seu potius tyrannidem propagabit, quām alias in multis extendeſe valueret.

Deinde; Catharsin quod attinet, sive ēvo sive nārā animadvertisendum est, quōd cūm naturæ lex sit inviolabilis atque ipsi hujusce morbi essentiæ intertexta innexaque, morbi somitem semper in Articulos rejici debere; nihil proſus aliud præstabunt Remedia sive Emetica, sive Cathartica proprie dicta, niſi ut materia peccans, quam natura in corporis extremitates protruderat, in fanguinis massam denuo revocet; unde accedit, ut quæ in Articulos eliminari debuerat, in aliquod è visceribus fortè irruat, atque ita æger, qui in nullo prius discriminé versabatur, jam de vita periclitetur. Quod iis fatale esse haud raro obſervatur, qui medicamentis purgantibus vel ad Podagrum præcavendam, vel (quod adhuc pejus est) ad leniendum Paroxysmum assueverant. Etenim cūm natura à methodo ſibi familiari exturbata fuerit, qua, ut pote ſecurifima optimā que, materiam morbificam in articulos ablegat, dum humores int̄ro versus intestina ſollicitentur, loco doloris in juncturis, quem vel nullum habent vel certè peregrinum, ventriculi ægititudine, alvi torminibus, Lipothymia, & longo Anomalorum Symptomatum agmine miseri quāſi enecantur.

Ego certè perſuafſimus ſum, à jugi & ſapè iterata experientiā edoctus, Catharsin omnem tam per Lenientia, quām per Fortiora Medicamenta, qualia pro more Articulis expurgandis destinantur, plurimum nocere; sive in Paroxysmo ad minuendam materiam peccantem, sive in fine ad dissipandas morbi reliquias, sive in perfecta intermissione & rectâ valetudine, ut venturo Paroxysmo occurratur, Purgatio in uſum revocetur. Etenim tām mei ipſius quām aliorum periculo competitissimum habeo, Catharsin quovis horum temporum adminiſtratam, ita parum votis respondiffe, ut malum, quod debuerat averruncare atque avettere, accerſeret. Primum itaque Purgatio ſavient adhuc Paroxysmo adhibita, naturæ, in materia morbifica separanda & in Articulos deponenda occupatæ, negotium facessens, magnam ſpirituum & q̄z̄z̄ non-nunquam excitavit, unde non tantū Paroxysmus magis invaleſcebat, ſed & æger in vitæ diſcrimē haud obſcurè conjiciebatur. Deinde Cathartica in fine Paroxysmi uturpata, cūm morbi reliquias amoliri debuerint, id tantū egere, ut recens Paroxysmus de novo ſuppullaret, haud mitior priori iſto; atque ita æget ſpe falsâ lactatus ea ſibi fabricat mala, qua non fuerat perpeſſus, niſi humores denuo in rabiem agerentur. Quod genus incommodi ipſemē plus ſemel expertus ſum; artis medicae opem præpoſterè implorans ad exturbandas, ut mihi videbatur, reliquias morbi. Postremò quod Purgationem attinet, certis intervallis & integrâ sanitate repetendam, ut Paroxysmo eatur obviam atque ei aditus præcludatur; etſi, quod eſt fatendum, non ita præſens periculum eſt, ne noya accessio invitetur, atque ſuit in caſu jam dicto; cūm

æger nondum ἔχω βέλος omnino fuerit, tamen etiam hoc tempore Paroxysmum patit, idque ob causas supra memoratas, quo malo si forte ægrum non statim multaverit, nullatenus tamen eum à morbo liberat, quantumlibet constanter & debitibus intervallis Cathartica hæc illave assumptæ sit. Quinimò nonnullos novi huic morbo obnoxios, qui Catharsi non so. in Vere & Autumno, sed & singulis mensibus, imò & septimanis continuis, celebratæ, sanitati libabant, neque tamen horum quisquam Podagrum effugit: quæ exhiunc crudelius plerunque & immanioribus symptomatis eos impetebat, quam si ab omni medicatione sibi temperarent. Licer enim jam dicta Purgatio cause continentis partem aliquam possit educere, cum tamen concoctioni roborandæ (à quo tantum abest, ut eam debilitet, recenti vulnera naturam subruens ac deiciens ne hilum conferat, uni tantummodo cause opponitur, & morbi curationi impares prorsus habet vires.

Ad hec sanctorandum est, ab eodem illo spirituum defectu, quo Coctiones in iis vitiantur, qui Podagræ solent laborare, eoruendem Spirituum Animalium σύστασιν minus firmam vegetamque reddi, unde mox dejicitur & interturbatur à quavis causa, quæ vel animum vel corpus paulo violeari concutit exagitatque; ac proinde jam fugax ac dissipabilis est adroendum, prout iis, qui Affectioni vel Hypochondriacæ, vel Hysterice obnoxii vivunt, persæpe accidit. A qua etiam Spirituum ad *ærgas* propensione fit, ut Podagra vel levissimam quamlibet evacuationem ferè sublequatur. Dissoluto eam corporis tono, quem Spirituum firmitas, dum in vigore suo persistunt; ritè compactum vegetumque servat, materia peccans quasi disruptis repagulis iam sui juris est, atque ab hac plaga corpori inficta Paroxysmus statim exoritur.

At verò hæc ipsa Methodus utrū pernicioſa ac nocens, nihilominus Empiricis quibusdam, qui Catharticum quo uebantur medicamentum astutè omnes celarunt, haud mediocrem existimationem conciliavit. Observandum est enim quod Purgatione currente, æger vel non omnino vel remissè admodum dolet; & si Catharsis ad plures dies produci queat, nullo superveniente Paroxysmo recenti, æger confessim ab eo, quo jam tenetur, convalescat: verum enim verò pœnas imposterum pender dirissimas ab *ærga* in quam dicta humorum exagitatio naturam præcipitem egit.

Denique materiæ peccantis per Sudores evacuatio, licet prædictis evacuacionibus minùs officiat, liquido tamen officere cernitur. Quamvis enim morbi somitem non retrahat in viscera, sed è contra in corporis habitum propellat, attamen his saltē nominibus obest. Primò quidem quod extra Paroxysmum humores adhuc crudos & nondum ita subactos, ut ritè separari debeant, quasi vi quadam protrudit in Artus, atque eo paeto cunctentem paroxysmum ante diem, & vel invitâ naturâ sollicitat. Deinde quod sudoris provocatio in ipso paroxysmo materiam morbificam nimis violenter in affectum membrum impingat adigatque, dolorem simul adducens hand tolerandum; & si major sit materiæ peccantis copia, quam ut pars affecta eam queat admittere, illam mox in artus alios deturbat, unde orgasmus interea, atque ingens tam sanguinis quam

quām cæterorum humorum ebullitio sive exæstatio; si verò corpus colluyie ferosâ Podagræ genetandæ aptâ admodum scateat, metuendum est, nō Apoplexa ingruat. Quamobrem in hoc affectu, perinde ac in cæteris omnibus in quibus sudores Attis ope sollicitantur ad elminandam materiam morbificam, non verò naturæ ductu profununt, periculisssimum est eosdem nimis violenter arque ultra eum Coctionis gradum ad quem humores evacuandi sùa sponte pervenerint, elicere. Et celeberrimus iste Hippocratis Aphorismus, *Cœta non Cruda sunt medicanda*, tam in Sudoribus provocandis quām in subducenda Alvo locura habet. Qod quidem liquidò constat ex sudore illo quo Paroxysmus Febrium Intermittentium claudi solet, qui, si modicus fuerit & materia Febrilis à præcedente Paroxysmo concoctæ quantitatæ apte respondens, ægium insigniter juvat levatque; si verò ultra naturæ modum sudatio promoveatur, ex eo quoddæ æger lectulo jugiter affigatur, jam Febris continua subnascitur, & tencens focus succendiuit, cum iste qui prius efflagr. bat, fuerat extinguedus. Pari ratione in Podagra etiam lenis ille mador qui ut plurimum manè sua sponte oritur post minorum Paroxysmotum, è quibus majorem Paroxysmum constare docui, singulos, tam dolorem quām it quietudinem quibuscum æger totâ nocte conflictabatur, mitigat; è contra veò, si quando levishicce mador & suapte naturâ fugax, diutius & vehementius protinetur quām fere proportio materiae peccantis jam ab ultimo Paroxysmo concoctæ, morbus inde exacerbatur. Tam itaque in hoc quām in aliis morbis quibusunque, quos mihi videre contigit, dempta sola Peste, sudores prolicere non tam Medici, quām Naturæ provincia est: cùm nullo modo assequi possimus, quanta materia pars ejusmodi separationi obeundæ jamjam est parata, nec perconsequens, quæ in provocando sudore modum tenere debeamus.

Ex jam dictis cùm satis liqueat, non solum podagræ Curationem à Medicamentis evacuationibus incalsum peti, sed & eadem ποδαργίων noxam adferre, restat ut exquiramus, ad quem alium scopum Curativæ indicationes sunt dirigendæ. Ego quidem ex accurata φαρμακείων prædictorum omnium pensatione & diligenti examine colligo, duabus potissimum causis in hujuscemodi curatione obviam iri debere. Prima est causa Antecedens, sive humorum indigestio à caloris & spirituum Naturalium defectu orta. Altera est causa Continens, sive eorundem humorum calor & exæstatio, ubi jam tum putredinem, tum etiam acredinem nocti sunt à mora in corpore, quām oportuerat diuturniore, quæ mora ab inconcoctione suprà memoratâ penderat. Hæ causæ ira toto cœlo, quod ajunt, à se invicem discrepant, ut, quæ huic prosunt remedia, alteri obsint; unde hic Affectus ita curatu perdifficilis est. Etenim dum Medicamentis calefacentibus Indigestionem vincere satagimus, peritulum est, ne ex altera parte humorum calor intendatur: atque è diverso, dum sive Diætâ, sive Remediis refrigerantibus calorem & acredinem humorum commitigare volumus, ἀπεψίας accersimus, labefactato scil. calore naturali. [At verò hīc Causam Continentem non eam tantum intelligo, quæ jam actu Articulos obsidens Paroxysmum format, sed eam insuper, quæ adhuc in san-

guine delitescens separationi hactenus est inepta. Perrardò enim materia mortifica omnis à Paroxysmo quantumlibet diurno & crudeli, ita plenè egeritur, ut nullæ prorsus in corpore reliquæ sint, eodem jam elapo. Ac proindè utriusque hujus causæ tam extra Paroxysmum quām eo vigente ratio habenda est. Quandoquidem verò materiae continentis eliminatio Naturæ omnino opus est, sūa ipsius methodo peragendum; cumque nihil interea temporis, ad humores calidos acreisque leniendos, absque damno digestionibus illato, possit tentari, nisi ut exulent ac evitentur vixtus medicamentaque calidiora, à quibus inflammantur humores: maxima certe & præcipua Curandi intentio in eo verti debet, ut Coctioni, indigestionibus sublatis, consulatur, de quā jam agam: ita tamen ut in Dissertationis serie ea etiam attingam Remedias, prout ansa data fuerit, quæ ad leniendum humorum calorem, & acrezinem retundendam facete possint.

Quæcunque igitur naturæ opem ferunt in muneribus suis titè fungendis, sive Ventriculum confortando ut alimenta rectè coquat, sive sanguinem ad debitam chyli in illum inventi assimilationem, sive partes solidas cortoborando, quo melius succos earundem nutritioni atque augmentatione destinatas in propriam substantiam convertant, quæcunque denique varia excretionis Organa atque emanatoria corporis in eo statu conservant, ut singularum partium recrementa debito tempore atque ordine valeant amandare; hæc & hujusmodi omnia huic intentioni adimplendæ conferunt ac propriè *Digestiva* appellantur, sive (pharmaca ea fuerint, sive ratio vixtus, sive exercitatio, sive alia ex ipsis quælibet, quæ sex res non naturales indigitantur.

Hujusmodi Medicamenta sunt in genere, quæ moderatè excalefaciunt, & vel amaricant, vel linguam leniter feriunt, utpote quæ ventriculo sunt pergrata, sanguini medentur, & cæteras partes fovent confortantque, qualia sunt, verbi gratiâ, Radices Angelicæ, Enulæ, Folia Absinthii, Centaurii minoris, Chamædryos, Chamæphytos, &c. Addi possunt etiam Antiscorbutica vulgò dicta, ut Radices Raphani rusticani, Folia Cochleariae Hortensis, Nasturtii aquatici, &c. Cùm autem herbae istæ acres ac pungentes, ut ut Stomacho arrideant atque eidem conferant in Coctione juvandâ, morbi tamen fomiti jamdiu formato aculeos subdant & augeant calorem, parcus usurpandæ veniunt, præ aliis ipsis quæ miti calore atque amaritudine & Ventriculum corroborant, & sanguinis massam vegeriorem reddunt ac magis vitalem.

Eorum species aliquot affabré permistæ humoribus concoquendis rectiùs, ut mihi videtur, quām simplex quodlibet ex eorum tribu desumptum ministrant, Quamlibet enim quoties specificâ medicamenti cuiuslibet virtute opus est nobis, Regula tener, *Quo simplicius* eo melius; tamen cùm id habemus propositi, ut huic illive indicationi satisfaciendo agrum sanemus, singula ingredientia symbolum pro morbo curando quasi conferunt, atque in hoc casu, quanto major est simplicium numerus, tanto potentius medicamentum operabitur. E prædictis itaque & reliquâ ejusdem farinæ materiâ medicâ, variæ Remediorum formulæ ad hunc scopum tendentes concinnari possunt. Ego formam Electuarii ad exem-

plum Theriacæ Andromachi cæteris præfero, ceu viribus præstantissimam, eò quod mutua simplicium confermentatio omnium virtutem adaugeat, quasi ali- quid Tertium progignens, quod in ita conjunctis majorum est virium in pari quantitate quam in eorum quolibet. Veum tan delectum ejusmodi ingre- dientium quam formulas quibus exibenda sunt prudenti Medico lubens relinquo; cum nunquam mei officii esse duxerim Receptulas, ut vocant, conser- bere, at portius veras indicationes notare, ad quas Curationes sunt dirigen- dæ: Quod cum minus observetur, exhinc, ut alibi dixi, Empiricis ansa da- ta est, ut se Artis medicæ Principes jacent.

Veruntamen Tyronum gratia, remedium, quo ego uti soleo, in medium profe- ram, quod ad hunc modum componitur, ȝ. Rad. Angelic. Calam. Aroma. Imperator. Enul. campan. Fol. Absinth. vulg. Centaur. min. Marrub. alb. Cha- madr. Chamapyt. Scord. Calaminth. vulgar. Parthen. Saxifrag. pratens. Hype- ric. Virg. aur. Serpil. Menta, Salvia, Ruta, Card. Ben. Puleg. Abrotan. Flor. Chamam. Tanacet. Lil. Conval. Croci Anglican. Sem. Thlaspi. Cochlear. hortensi. Carui, Bacc. Junip. singulorum quantitatem sufficientem. Legantur singula Her- ba, Flores, & Radices quo tempore viribus pollut maximis. Siccentur ac in Papyraceis sacculis asserventur, dum in pulvrem tenuissimum redigantur. Sin- gulorum Vnca sex simul probè mistæ excipientur s. q. mellis opt. despumati, & Vni Canarini, & in Electuarium debita consistentia conficiantur s. a. Sumat Drachmas duas mane & sero, Vel hujus defectu, sequenti utatur. ȝ. Cons. Cochlear. hortensi. ȝiȝ. Absinth. Roman. & Flaved. Aurantior. an. ȝiȝ. Angelic. condit. Nuc. Moschat. condit. an. ȝiȝ. Theriac. Androm. ȝiȝ. Pulv. Ars comp. ȝiȝ. cum s. q. Syrupi Arantiorum fiat Electuarium. Capiat Dta hmas duas bis in die, superbibendo sequent. Aquæ cochlear. v. vel vi. ȝ. Rad. Raphan. rust. incis. ȝiȝ. Cochlear hortensi. manip. xij. Nasturt. aquatic. Becabung. Salv. Menth. ana manip. iiiij. Cortic. Aurantior. no. vij. Nuc. Moschat. contus. no. ij. Cerevi- sia Brunsuvic. ibxij. Destillenur organis communibus, donec solummoda libra sex Aquæ eliciantur pro usu.

E Medicamentis vulgo cognitis Theriaca Andromachi Concoctionibus ro- borandis pœ cæteris confert; Cum tamen plures in se species contineat, quæ plus satis calefaciunt, atque insuper Opio abundet, Electuarium supradictum commodius patari potest è Vegetabilibus præcipuis excalefacentibus & corroborantibus. Curandum est interim ut ea simplicia eligantur quæ ad ægræ gustum magis faciant, cum enim diu admodum, scil. ad omnem ferè ætatem, in ejus usu perseverandum sit, omnino convenit, ut palato minus sit ingratum. Inter simplicia Cortex Peruviana primas obtinet, cum sanguinem corroboret vegetumque reddat, ejus grana aliquot mane & sero assumantur.

Et sanè uti in hoc Affectu de quo jam agimus, ita & in aliis Chronicis ple- risque, hæc & huic similia remedia quæ sanguinem corroborant, vegetum que reddunt (si modò eorundem calor, propter causas postea adfrendas, in spiritibus vinosis non consistat) præ cæteris juvant; quando quidem singuli hujus generis morbi ad unam eandemque causam universalem, humorum scilicet Indige- sionem, si recte conjicio, referri debeant.

Nihil

Nihil est autem, ex quo hoc certius evinci poterit ac probati, quam si oculos ponamus differentiam, quæ inter morbos, *Acutos & Chronicos* intercedit; quam ab causam æquis Lector boni consulat, si paulisper ab eo, quod jam præ manibus est, negotio digrediar. Prout itaque morbi *Acuti* illi ferè habentur, qui citò vel perimunt, vel ad Concoctionem perducuntur: ita *Chronicis* appellantur isti, qui vel non omnino vel tardè admodum & longâ temporis motâ ad eandem Coctionem pertingunt. Atque hoc quidem tam ipsa rei natura, quam verba quibus illa exprimitur, aperte loquuntur; at verò causa hujus differentiæ, quæ inter hæc duo morborum genera deprehenditur, altius latet, haud ita facilè eruenda: cujus indagationi si aliquanti per immoremur, operæ, ut puto, vix nos pœnitibit, cum harum rerum notitia clara ac distincta, ad inveniendas veras Indicationes horum Morborum Curationi accommodas, magnum momentum adferre queat.

Sive interiora Terræ viscera, si ita loqui fas est, varias subeant mutaciones, unde à Vaporum inde exhalantium intervenu aer inquietetur, quod mihi maximè probatur: sive inficiatur Atmosphæra omnis, ab alteratione quam eidem iudicuit peculiaris aliqua corporum Cœlestium quorumlibet Coniunctio: res ita se habet, ut ad hoc illudve tempus aer particulis referciatur, quæ humani corporis œconomia adversentur; uti etiam alio tempore istiusmodi particulis impregnatur, quæ cum corporibus speciei alicujus Brutorum minus convenient. His jam temporibus, quoties nos hujusmodi noxia & naturæ inimica *pidomata* in nudum sanguinem inspiratione attrahimus, & in illos morbos Epidemicos incidimus, quos illa patere apta nata sunt, Natura *Febrim* occersit, sollemnem nempe sibi Machinam ad sanguinem à materiâ aliquâ hostili & contraria intus stabulante vindicandum. Et tales morbi *Epidemici* vulgo audiunt, & ideo *Acuti* sunt & *Breves*, quia motum habent ira celerem & violentum. At verò præter hos morbos à causâ externâ excitatos, sunt & alii perinde *Acuti*, ab hac vel illâ peculiari sanguinis inflammatione nati, quæ non à causâ aliqua generaliori ab aere pendente, sed à particulari particularium corporum Anomaliam vel intemperie producuntur. Quod quidem *Februm* genus ego *Intercurrentis* & sporadicum idcirco vocito, quod annis ferè quibuslibet occurrant.

At verò morbi *Chronicis* genium habent longè ab his diversum: quamvis enim aer minus salubris hujus vel illius generis ad hos morbos generandos multum conferat; non tamen aeti ita immediatè originem debent suam, sed ut pluriimum communis omanum horum Parenti, Humorum scilicet *Indigestionis*. Ubi enim quis Naturæ principia jam habuerit infirmata ac prostrata, sive à senectâ, sive à magnis & continuis circa *Sex res non-naturales* erroribus, præcipue in Cibo Potuque; vel si Organis Secretoria eo usque fuerint debilitata, ut jam functionibus suis ad defæcandum sanguinem & ejus superfluitates eliminandas destinatis, prorsus fuerint imparia: his in casibus uberiori humorum proventu jam coagmentato quam cui digerendo hominis vires sufficient, disti humores morâ diuturniore varias fermentationes ac putrefactiones patiuntur, tandemque in *speciem* erumpunt, & varias morborum species edunt pro depravationum varietate. Et

prout

prout hi succi depravati variam habent indolem, ita variè in hanc illamve partem dilabuntur, quæ eisdem excipiendis aptissima est; atque ibi sensim longam illam symptomatum seriem explicant, quæ partim à talium succorum naturâ, partim ab *ætâ* istis partibus illatâ, solent exortiri: quæ duo simul juncta istam naturâ *avouantâ* constituunt, quæ morbi alicuius nomine insignitur.

Jam quod ejusmodi impotentia naturæ ad coquendos humores p' erorumque Morborum Chronicorum causa sit præcipua, facile liquebit, si animadvertiscas Senes, quorum Coctiones sunt læzæ, & spiritus, earum instrumenta, ab umpti à reperitis vitæ longioris functionibus, hisce Affectibus magis esse obnoxios quam sunt Juniores, quorum vitæ flamma magis accensa recrumenta ista coacerata dissipat; & quorum Organa Secretoria iugi isto caloris naturalis subsidio instruuntur, ut functionibus in totius sanguinis massa deputanda peragendis neutiquam deficiant, nisi insuper premantur, & quasi suffocentur à nimia humorum copiâ. Adhac talem humorum indigestionem plurium Morborum Chronicorum causam eise ex eo constat, quod Hyems ad istiusmodi morbos gignendos longè magis faciat quam *Ætas*. Licet nonnulli ex his morbis non actu exerantur, nili sub Brumæ exitum; attamen iste humorum proventus, à quo illi pendunt, per omniem Hyemis decursum succrescens, auctior factus est ab ejus tempestatis frigore & effecto languore naturam debilitante, quo minus valeat in administranda corporis œconomia. Unde fit, ut qui in *Ætate* satis bene habeant, tarò tamen Hyeme eos morbos effugiant, ad quos magis sunt proclives, *Podagrum*, verbi gratiâ, *Asthma*, *Tusses*, &c. Atque hinc etiam ratio deducenda est, quare Peregrinatio in Regiones magis Australes ita efficaciter eos morbos expugnet, quorum curatio in frigidioribus ineassum tentabatur. Eorum, quæ de generali morborum Chronicorum causâ jam dixi, veritas magis adhuc patebit ab ingenti & quasi stupendo ac incredibili emolumento, quod ii qui morbis Chronicis plerisque, præcipue verò *Pthisi*, laborant, ab Equitatione percipiunt, quod genus Exerciti Digestiones singulas invigorat firmatque, dum à continuâ corporis succussione calor naturalis re-accendit, & Organa secretioni destinata in munere deputandi sanguinis ritè fungendo promovetur: unde necesse est, ut sequatur Digestorum deperditarum quasi renovatio quædam, & è consequenti totius corporis Crasis optima.

Quocirca è rationibus jam allegatis satis elucescit, quod non in Podagra tantum, sed & in aliis quoque Chronicis morbis, ubi nullum Symptoma manifestum contra-indicat, *Herbas* ejusmodi *excalfacientes* magorum omnino commodum adferre, cum sanguini æstatis calorem vel mediâ hyeme concilient: quamvis si æstivo tempore eorum usui assuefcamus, melius præcavebunt mala isti, quæ adversa tempestas solet apporrate. Et profecto si ad hyemis usque appulsum deferantur, quo tempore ingens humorum faburra accumulatur, periculum est ne serò nimis ad hoc Asylum configiamus, & quod dicit solet, *Μέτε τούτην συμπαχεῖ*. Quamvis autem, ut supra fuisse disserrui, Podagra id sibi habeat peculiare, ut non tantum non juvetur, sed & laedatur à Catharticis; tamen in aliis Chronicis plerisque & Venæ-secchio quoties opus fuerit reperita, & Purgatio ante

sunt impetranda, quām Remediis corroborantibus & Digestivis hīc à me laudatis opera danda est: ubi verò se æger his addixerit. in iis perseverandum est, nullis intercalatis Evacuationibus. Etenim hoc est firmiter retinendum, quod quoties cujuscumque morbi curatio Remediis Corroborantibus innititur, Evacuationes, qualescumque eæ fuerint, officiunt prorsus. Denique non is sum, qui assertam Medicamenta Digestiva jam memorata cæteris quibuscumque præstare: at verò dico eum, qui Remedium ad hanc intentionem satisfaciens m̄ potentissimum invenire potuerit, longè majora in sanandis Morbis Chronicis præstare posse, quam ipse se posse existimaverit.

Istud verò iis omnibus quæ de Podagrâ sanandâ dicturus sum, præmittendum est, maximopere præ cæteris observandum, nempe quodd *Digestiva* Remedia quæcumque, sive Medicamentorum apparatu, sive Diætâ, sive Exercitatione ea constant, haud obiter instituenda sint, verùm constanter atque omni adhibitâ diligentia assidue usurpanda. Cū enim in hoc morbo, uti etiam in Chionicorum quæ plurimis, causa ejus in habitum, & novam quasi naturam transiverit, nemo sanus existimaverit leviculam aliquam ac momentaneam alterationem sanguini atque humoribus à quodlibet sive remedii sive viæ genere super inductam, curationis scopum posse attingere; at verò corporis habitus omnis aliò traducendus est, atque homo integer deinceps quasi novâ incude refingendus. Neque enim hīc ita se res habet atque in morbo Acuto aliquo; ubi is qui modo athletice ac pancratice valebat, derepente Febre correptus, ab optimo sanitatis statu in morbum periculosissimum, quasi rupto ponte, præceps ruit. Podagræ dispar admodum ratio: ubi quis per multos annos continuos Comessationibus, Compotationibusque intemperantiâ indulgendo, solita exercitia intermitterendo, desidia atque pigritia intabescendo, vel etiam nimio studio atque irremissa animi intentione, aliisque vitæ erroribus, id egit tandem quasi deditâ operâ, ut varia corporis fermenta pervertantur, atque opprimantur spiritus Animales (qui Coctionis instrumenta sunt primaria, ) unde humores præter-naturales coacer- vati erumpunt tandem, cum jam ad summum gradum exaltati fuerint, ac stragem edunt; Carnibus denique emollitis, & effeminatis Articulis, unde humores illabentes promptius excipiunt. Atque ita demum alia quasi natura sensim super inducitur, pristinæ & naturali corporis œconomia eversâ funditus & deletâ. Cum isti Paroxysmi, qui hominum incautorum ac minus perspicacium oculos animosque soli ferè perstringunt & occupant, nihil prorsus aliud sit quām series & ordo symptomatum ab illa methodo pendentium, qua uti solet Natura in materia morbum committente foras pellendâ. Quamobrem operam ludit quisquis hoc illove sive medicamento, sive etiam regimine subinde in usum revocato, hunc morbum protelare satagit. Cum vero hic habitus tum in Digestiorum omnium labefactione, tum & in amissione firmitudinis naturalis partium singularium præcipue fundetur ac constet, utrique malo occurrentum est; & tam Coctionum robur, quam firmitudo partium pedetentium reduci debet ac restaurari, pro modulo scilicet pristinæ ac consuetæ corporis œconomiae. Quantumlibet vero istud plene perfecteque fieri non posse videatur, non eo solum nomine,

mine, quod Habitus quicunque non nisi ægerrimè in sibi contrarios transmutantur, sed etiam quod ætas senilis, quæ huic morbo ut plurimum comes est & socia, vehementer refragatur: tamen quantum vires annique sinent, tentanda est curatio, & prout æger propius ad hanc metam accederet, vel recederet longius, Podagræ tyrannidem magis minusve effugiet.

Atque porrò animadvertisendum est, quod Remedia ~~πεπτικα~~ vel Digestiva, sive pattern Medicam ea spectant, sive Diæticam, in Paroxysmorum præcipue intervallis in usum revocanda sunt; idque quām longissimè fieri potest à Paroxysmo insecuruto. Neque enim sine magnâ temporis mora & pertinaci Remediorum usu Concoctionum omnium corroboratio, fermentorum corporis jam immunitorum restauratio, tantaque firmitas, quantum expertunt tum sanguis, tum viscera, senio adversante possunt acquiri.

Quantumlibet verò profint hæc aliaque ejusmodi remedia, attamen hisce solis hæc corroborandi intentio satisficeri nequit; sed & earum etiam rerum habenda est ratio, quæ ad artem propriè medicam non spectant. Et certissimè voto frustrabitur is, qui in hoc aliove morbo Chronicō omnem curationem Medicamentis solis absolvī posse autumat. Primum itaque ea in Cibo Poteque medicocritas est observanda, ut neque plus alimenti ingeratur, quām ventriculus concoquere valeat, ac proinde morbo fomes subministretur: neque è contra, nimia abstinentia partes ea proportione defraudentur, qua earundem robur & vigor debuerat sustineri, unde etiam magis debilitentur; quorum utrumque ex æquo nocet, prout tam in meipso quām in aliis haud semel expertus sum. Adhæc, ciborum qualitatem quod spectat, licet *Euripi* per se considerata ~~συντάξει~~, præferrenda sint, attamen ægri palato est consilendum: quandoquidem observandum est, quod sepenumero id quod ventriculus vehementer appetit, licet difficilius coquatur, citius tamen à natura vincitur quam quod facilitoris concoctionis habetur, si ventriculo nausea crevit: at verò quæ ~~συντάξει~~ habentur, idcirco parcis sunt comedenda. Unicâ etiam ciborum specie singulis pestibus vescendum arbitror, cum varia carnium genera simul ingesta plus ventriculo molestiæ facessunt quām unicum, quod omnia ista quantitate exæquat. De ceteris, dempta carne, pro libitu comedat, modo nec actia, nec sale condita sint, nec aromatis; quæ licet coctionem non laudent, nocent tamen quatenus morbi somitem exagitant.

*Tempora* quod attinet, Prandere tantum expedit; cum enim lectus humoribus digerendis propriè dicitur, id tempotis in cibis concoquendis non est insumentum. Non cœnent itaque, qui Podagræ sunt obnoxii; haustum tamen Cerevisiæ alicuius tenuioris liberaliorem sibi indulgeant: quandoquidem etiam Renum Calculo generando proclives fere sint tales; cuius concretio à liquore ejusmodi hoc tempore hausto multum impeditur, refrigeratis scil. ab eo Renibus prolunisque.

*Ταλαιπωσία*, seu Diæta è solo lacte sive crudo, sive cocto, exulantibus ceteris omnibus, nisi quod penis aliquid semel forte in die adjiciatur, ab Annis tertio viginti obvniuit. Profuit hæc quamplurimis præ ceteris hujuscem morbi præsidii, quamdiu ne latum unguem ab ea discesserint. Quamprimum

verò ad sanorum diætam, utut lenem mitemque, sese receperit, qui huic insueverat, Podagra confessim reversa ægrum pejus longe quam antehac vexavit: labefactatis enim hac methodo naturæ principiis, æger jam morbo pellen-do magis impar redditur, unde & periculosius infestat & diurnius. Qui igitur huic se methodo tradere cogitat, primùm serio secum perpendat, num valeat per omnem vitam in eadē persistere: quod tamen fortassis penes eum non erit, utut propositi tenax fuerit: Novi enim Nobilem quandam, qui postquam per annum integrum solo lacte victitaverat, non tantum sine offensione sed & cum summa voluptate; (quo tempore quotidiè semel aut pluries dejecerat) sistente derepente alvo ac mutata corporis, temperie, manente verò adhuc animi propensione, & ventriculo tandem ad lac nauseante, absistere coactus est. Nonnulli verò Hypochondriaci, crasso corporis habitu, vel qui alias liquoribus spirituosis diu multumque assuevere, lactis usum nullatenus ferre possunt. Interea emolumentum illud, per breve ac fugax quod ex hâc diæta percipiunt illi quibus cum lacte convenit, hinc oritur, videlicet quod non tantum diæta sit simplicissima (unde nullus dubito quin juscum Avenaceum, modo ventriculus illud ferat, idem præstat posse, ) sed etiam sanguinem dulciorem mitioremque reddat, particulas in eo aciores contemperando: atque insuper, quod ego palmatum judico, cum lac alimenti genus sit Adultis prorsus impar, istam humerum turgentiam sive vitiositatem reprimit, cui Podagræ ortum debet, eo nomine paucos istos quibus congruit, tamdiu à Podagra immunes præstat, quamdiu eo solo vescuntur, nec juvat ulterius. Cum enim Podagræ causæ originali ac primaria ne mpe Concoctionum ac Fermentorum debilitati omnino contrarietur, longè magis hâc ratione obest quam altera prodest. Quod cum minus perspectum fuerit, nonnulli incautiores in errores permagnos & planè exitiabiles inciderunt; dum morbi causæ Continenti, humorum sc. calori & acridini, obviam ire fatigentes, Concoctiones pessimè dederunt, & punctiones naturales prostraverunt omnes.

*Liquores* quod spectat, ii, me judge, optimi sunt, qui neque ad Vini generositatem ascendunt, nec ad Aquæ debilitatem deprimuntur, cujusmodi sunt Cerevisia tenuis *Londoniensis*, sive lupulata, sive non lupulata; cum extrema ab utraque parte noceant. Primum de Vino, licet Proverbio jactetur, Vinum potans Podagræ laborabis, & Vinum non potans laborabis Podagræ; extra controversiam tamen est, & variis *podagræ iuris* experimentis confirmatissimum, *Vinum* de facto officere. Licet enim prodeesse credatur juvandis Coctionibus, quarum vitia causam Podagræ Antecedentem jamdudum statui; ratione tamen Causæ Continentis omnino obesse censendum est, humores scilicet, fomitem morbi, jam in procinctu stantes accendendo exagitandoque. Sed neque damus Vinum pro potu ordinario usurpatum Coctiones promovere, at potius subverttere dicimus, nisi in diu Vino assuetis. Quamvis enim calorem aliqualem in transitu impertiat, certissimum est tamen, fermenta corporis ab eo subjugari, & avocari spiritus naturales atque fugari: unde est, si bene conjicio, quod Bibaces atque Nepotes isti male feriati, Podagræ, Paralyse, Hydropœ aliisque morbis

morbis frigidis ferè perimuntur. Adde, quòd jugis & immodica Vini ingurgitatio corpus ad instar corporum Fœminarum emollit laxatque; cum liquores temperati partium omnium tonum reboren ac firment: unde qui liquoribus tenuioribus semper assuevere, Podagram fere nesciunt. Notandum est insuper, quòd hūc morbo maximè obnoxii Viri sunt, qui licet imminutam habent concoctionem naturalem, tamen ex quadam sanguinis luxuriâ plus satis nutritur, & incrementum sumunt ex materiâ quadam indigestâ, co substantiæ sanioris & ritè compactæ. Hanc sanguinis luxuriam *Ovotoria* adgettum magis, ac proinde rum novam materiæ laburram accumulat, tum etiam fomitem jamdiu repositum quasi subditâ face actu in morbum provocat. Huic accedit strui, quòd cùm podagricorum sanguis isti qui è Pleuriticorum, aliorumque morbis inflammatoriis laborantium pertusis venis extrahitur, persimilis sit, insanorum esset sanguinem jam *op̄nōvē* ulterius spirituosis liquoribus, ceu ignem oleo, proritare. Neque tutius ex adverso liquores nimium refrigerantes in usum revocantur, cùm hi Concoctiones prorsus dejiciendo, & extinguendo calorem naturalem, majorem adhuc noxam inferant; non dolorem scilicet ut *Vinum*, sed ipsam adeò mortem: prout experientia docet in iis, qui ad senium usque vino libera- lius indulgentes, aquam aut tenuiores liquores derēpente cum *Vino*, & non ita diu post vitam cum morte commutārunt.

Hic itaque Podagræ obnoxiis in potu modus statuatur, ut iis utantur liquoribus, qui neque vel in maxima copia assumpti ineibriare possunt, neque frigore suo ventriculum lœdere. Hujusmodi est, ut dixi, Cerevisia tenuis nostras, & in aliis regionibus confici poterit ex multa aqua cum paoco vino permixta. Aquam puram crudamque & periculosam existimo, & expertus sum meo damno. Attamen satis commodè ab ineunte ætate potatur Aqua; qua hodieque longè major hominum pars sitim levat: inopia sua feliciores sunt illi, quam nos nostra copiâ & luxu. Testes appello ingens morborum agmen, quo corpora nostra hoc nemine discruciantur, Podagram sc. Calculum, Apoplexiā, Paralyſin, &c. turn & vim animis illatam qua à nativa reſtitudine transversum aguntur, dum adventiū talium liquorum spiritus, cum spiritibus Animalibus cogitationi formandæ inservientibus complicati, mentem nimium volatilifando perturbant, vana ac futile loco rerum solidarum atque alicuius momenti subingerentes: atque ita dēnum ingeniose Lepidos ac Dicaces, pro Sapientibus nos reddentes; inter quos eadē fermè differentia intercedit, atque est inter Substantiam & prorsus Nihil. Sed de his satis.

Jam verò quamvis sufficiat ei, qui Podagra mitius ac tantum per intervalla laborat, vel Cerevisia tenui uti, vel vino dilutori, cum is morbi gradus tanti non sit, severiori regimini se subjiciat; attamen cùm universa corporis substantia in Podagram quasi degeneraverit, minus quam exoptet in profiliando morbo promovebit, qui non à liquore fermentato quoconque, quantumvis leni & tenui, in totum abstinet: cùm hi omnes spiritus pungentes, & aliquem acridinis gradum in se contineant; & quod pejus est, quatenus fermento imbuti perinde ac flores Cerevisiae liquoribus inditi vim suam

fermentativam toti massæ communicant,) humores fermentationi perpetuæ addicunt. *Potus itaque Diæticus ex ingredientibus vulgò notis & huic usui dicatis pro tali potu ordinario præscribendus est: modò non sit justo fortior, quo haud multo minus periculosè accendentur humores quām ipso vino;* nec è contrà aquosior justo, naturales functiones nimia refrigeratione prosternens. Hujuscemodi Potus si ritè paretur selectis Ingredientibus istis quæ æstro minus sunt ingrata, licet ad septimanam unam alteramve non sine aliquali fastidio ita jugiter assumatur, postea tamen perinde gratus & acceptus est, ac sunt alii liquores quibus quis maximè assueverit. Atque ab hoc potus genere non tantum non imminuetur Appetitus, sed & augebitur: magis insuper naturalis & genuinus evadet quām cum liquoribus fermentatis uti soleret. Hoc insuper commodi accederet, quod qui hujusmodi ortum Diæticum loco ordinarii hauriunt, liberius in cætero victu sibi possint indulgere, quām cum Cerevisiam biberent, aut Vinum: cum erroris in victu, (quos omnes penitus evitare pene supra humanam sortem est] hoc pacto aliquatenus corrigantur compensenturque. Quod verò omnium primum est, æger hoc modo sibi à Calculo præcavabit, qui Podagræ ferè individuus est comes; cum liquores acres ac attenuantes quilibet, uti ad Calculum jam factum proritandum, ita ad eundem generandum etiam faciunt. Liquor sequens, utpote qui gustu ac colore jucundo est, mihi maximè aridet. *U. Sarsaparil. Zvj. Lign. Sassafr. China, & raf. c. o. an. Zij. Glycyrrhiz. Zj. Coq. in Aq. fontan. Cong. dabois per hore dimidium;* deinde stent clausè super cineres calidos per horas 12. postea ebulliant ad tertia partis consumpcionem. Ciuis primum ab igne amoveatur, infunde sem. Anisi: ZB. Post duas horas coletur, & postea depuratur per residentiam, & liquor clarus reponatur in lagenis vitreis probè clausis ad usum.

Hic liquor tum primum commodissimè in ulum trahetur, ubi quis à Paroxysmo convaluit; atque in eo perseverandum tam in ipsis Paroxysmis, quām in eorum intervallis per reliquum vitæ cursum. Neque enim satis factum est sive iate adhuc morbo novis rebus studere, cum in ejusmodi ægria & motu inordinato natura vix ferre queat, ut liquores fermentati, qui vegetiores sunt ac magis spirituosi, cum alio inertii ac spiritibus destituto committentur. Eodem etiam tempore & Electuarium prædictum usurpabitur; quod pariter deinceps tam in Paroxysmorum insultibus quām extra eos quotidie est devorandum. Hujus calor Potus Diæticæ aquositatem quadantenus pensabit, sanguini & visceribus debitum caloris gradum concilians, sine istâ agitatione, qua excitari solet ab æstu liquorum fermentatorum.

Si quis objiciat eam vitam vix vitalem esse, in quā omnimoda tum à Vino tum ab aliis liquoribus fermentatis abstinentia observatur; respondeo perpendiculariter esse, an non longè miserius sit ac minus tolerabile diris inveterascentis Podagræ cruciatibus (nam in mitiori morbo non hoc postulo) quotidie excarnificari, quām huic soli liquori se adstringere; cuius usu continuato in cæteris esculentis fermè omnibus animo obsequi licet: ut jam non repetam, quod & hic potus [uti cætera omnia] dulcescit consuetudine. Certè qui

qui hunc morbum expertus est, modò Homo, non bipes fuerit pecus, nihil ambiget, in quam partem debeat concedere.

Quo non obstante, si æger vel à longo ac nimio usu liquorum inebriantium, vel ab ætate provectione, vel denique præ nimiâ debilitate, cibos absque Vino vel quovis alio liquore fermentato nequeat concoquere, non vacat certè pericolo eundem protinus ac derepente à vino depeilere; qui quidem error haud paucis lethalis fuit. Prorsus itaque, si me audit, Apozema Diætericum (upræ præscriptum abdicet, vel, si eodem uti statuerit, ei sensim assuefacat, haustum vini in pastibus ad tempus aliquod sibi indulgens, quasi Remedi loco potius quâta Diæta, donec Decostum illud familiarius evalerit. *Vinum autem Hispanum* hîc loci tam Rhenano, quâm Gallico omnino præferendum est, quæ posteriora, licet ventriculo pergrata sint, tamen exacerbandis humoribus & augendo morbi somni apta nata sunt. Adde quodd cum æquè fetè cruda sint, & vix magis concocta quâm est nostrum Pomaceum, nos perinde cardiaca sunt atque calida, ac res postulat. Atque hæc de Cibo Po: uque ~~modestior~~ dicta sunt.

Est & aliud, quod tametsi parvi pendatur, magni tamen momenti est tam in digerendo morbi somite, Paroxysmo adhuc vigente, quâm ad prohibendam ejusdem materiæ generationem extra Paroxysmum, nempe ut æger, maximè hyemis tempore, maturè lectum petat. Etenim post venæ-sectionem & Catharsin nihil æquè naturæ vires subruit ac noctu vigilare: quod quidem valetudinariorum quilibet expertus affirmabit, si seriò animadvertisit, quanto alacrior vegetior que exurgit, quoties se lecto temporius commiserit, quâm verò ener- vis est ac languidus, quoties ad multam noctem vigilaverit. Et quamvis res eodem recidere videatur, an citius seriusve quis lectum repeatat, modò per tot horas eidem indulget, verbi gratiâ, an horâ nonâ cubitum eat, & quintâ sur- gat, vel undecimâ cubitum eat & surgat septimâ; multum tamen interest, id- que ob hanc, ut existimo, potissimum rationem. Interdui scil. spiritus dissipa- tur, sive in corporis exercitio, sive animi, qui in miris rebus valentibus ita sunt infirmi ac debiles, ut vesperi somni subsidio maturius opus habeant; & cùm noctis appulsus œconomia corporis quasi relaxationem quâdam adferat, quæ diurno tempore à solis influxu vegeta conservatur, lecti calor, brumâ præsertim, solis vicem ut gerat necesse est. Manè verò spiritibus tam à prægref- se noctis quiete quâm à lectuli calore resocillatis invigoratisque, præterquam quod dies superveniens firmitatem ac robur corporis tono conciliat, diluculo surgere hoc tempore, licet horam unam alteram ve à somno matutino detrahat; non ita altum vulnus Naturæ infligit, ac vigilæ vespertinæ ad horam unam vel alteram protractæ. Quamobrem istis qui Podagræ sunt obnoxii Author ego sim, hyeme præcipue, ut lecto maturè admodum se committant, & diluculo exur- gant, quantumvis somnus justo brevior suadeat, ut diutius cubantes eundem adhuc venentur. Cum somnus qui ita diluculo capitur securæ noctis somno tantundem detrahat; atque ita tandem naturæ vi illatâ, spertoque sapienti ejus instituto, noctem pro die quis habeat, diem perversus pro nocte.

Quinimo animi tranquillitas omni ope stabilienda est : cum perturbationes omnes, si repugna semel efftingant, ad solvendam spirituum, qui sunt Digestionum instrumenta, systasis, ac proinde ad Podagræ incrementum multum faciant. Prudenter itaque secum meditetur æger mortalitatis sive conditionem, nec se eam, quæ eam sequuntur, molestiarum exortem stultus opinetur : sive enim sui ipsius, sive aliorum culpa hanc animi ægritudinem pariat, non poterit unquam mundo lege dare, qui nemini haec tenus, quantumlibet demum potens aut sapiens fuerit, semper morem gessit ; neque ita cuiquam semper ex animi voto cedebant res omnes, ac vana mens spouderat, at drepente inter rerum apparatus animam agens humanae fragilitatis specimen tandem edit, immoritò se brevi vita fructu spolians. Idem etiam incommodi sequitur nimium animi ad studia & res serias applicationem : Cum enim huic morbo præ cæteris quibuslibet Melancholia vulgo dicta comes semper adhæreat, qui ei sunt obnoxii, spiritus Animales diu multumque cogitando, etiam non a thibito artificiali librorum adminiculo, fatigare solent atque obruere, hoc ipsum ita valde ac nimiopere agentes, ut corporis œconomia integra amplius conservari nequeat : Quam ob causam ut mihi viderit, hic morbus per paucos Insipientes (me excipiat qui volet) occupavit unquam.

Cæteris vero omnibus, quæ ad impediendum humorum indigestionem (quam ego primariam Podagræ causam constitui) & ad sanguinem idcirco corroborandum, ac firmitudinem partibus conciliandum faciunt, Exercitium corporis facile palmam præcipit. Animadvertendum est autem, ubi supra monui, quod cum in hoc morbo, etiam magis quam in Chronicorum quovis, totius corporis Habitus immutari debeat, exercitatio corporis nisi quotidiana fuerit, nihil juvabit : hujusmodi enim exercitatio per vices intermissa, ut nihil ferè conferet ad immutandum habitum corporis ab inertia atque indulgentia jam languescientis & effeminati, ita fortassis & nocere possit, Paroxysmum accersendo, ubi quis jamdiu ab eâ desueverat. Hoc vero exercitium vehemens non sit oportet, tale vero quale Senibus competit, qui Podagræ subjecta sunt magis usitata. Motus enim corporis justo vehementior nimium dissipat, & è consequenti Concoctiones lœdit ; quando exercitatio moderata ac perseverans eosdem firmet. Quantumlibet hoc durum videatur homini, qui præter senium & corporis ad motum ineptitudinem, & socordiam huic præsertim malo quasi con naturalem, dolore insuper maestatur, tamen si hoc omittatur, nihil ex hac tenus inventis quicquam proficiet. Utque Paroxysmorum intervalla sine jugi corporis exercitio exercitio magna esse non possint, ita etiam ad Calculi generationem talis erit proclivior, qui quidem plus habet & periculi & cruciatu quād ipsa Podagra.

His addo, (quod magnum pondus habere debet) materiam *topheam* à longa requie admodum auctam iti in Articulis corporis, maximè vero Digitatum, ita ut tandem omni motu priventur. Ut enim fidenter afferant nonnulli horum toporum, materiam nil aliud esse quam sanguinis *Tartarum* ad articulos transmissum, facile tamen constabit cuilibet rem paulò attentius perpendenti, quod dum magna

magna vis materiæ inconcoctæ Podagram facientis in Articulos quoðam depluit, & partes vicinas diutius tumidas reddit, ut partim harum virtus assimilativa sufflaminetur, partim à suffocante obstrukione quam in eis parit iners hic humor, dicta materia generetur, quæ à calore doloreque articuli in hujusmodi substantiam cogitur: atque indies augetur, tum carnem tum cutim articuli in propriam naturam vertens; quæ jam nuda jacet, aciculâ, ad instar *Cretæ, Oœul, Caner.* aut similis alicuius rei, extrahenda. Jam verò hoc malum ab exercitio quotidiano præcavetur, à quo oritur debita humorum Podagram generantium, qui unam aliquam partem libenter occupant, difflatio per omne corpus. Unde fit, ut ipsemet expertus sum, quod exercitatio longa & quotidiana non tantum non officit generationi tophorum, sed etiam tophos veteres & induratos solvit, modò non eo usque invaluerint, ut cutim extimam in suam substantiam mutaverint.

Exercitii genus quod spectat, *Equitatio*, quoties nec grandior ætas, nec Calculus intercedant, reliquis longè præferenda est. Et sanè diu multumque mecum reputavi, quod si cui innotesceret Medicamentum, quod & celare vellet, æque efficax in hoc morbo, ut in Chronicis plerisque, ac est Equitatio constans & assida, opes ille exinde amplissimas facile accumulare posset. Hac si uti non liceat, vestio frequens in curru ferè eodem recedit. Atque in hoc saltem Podagra laborantibus Plerisque bene est, quod opes quæ luxuriæ, unde pullulavit morbus, irritamenta erant, facultates currus habendi subministrent, quo hac saltem exercitationis specie fruantur, cùm altera frui nequeant.

Observandum est autem, quod Exercitatio in aere salubri longè ea præstantior est, quæ in minus salubri peragit: ruri scilicet potius quam in urbe, ubi aer vaporibus à variorum Artificum officinis exhalantibus est repletus, & ædificiorum densitate constipatus; qualis est in *Londino* hoc nostro, urbe, quantum certè scimus, omnium quæ in toto terrarum orbe sunt, spatiofissima. Quantum vero intersit, an quis ruri, an in urbe se exerceat, Podagricorum quivis statim persentiscet.

Quod *Venerem* attinet, is quis tam Podagra quam senecta laborat (quandoquidem jam jam ea spirituum copia destitutus est qua Concoctiones promoveri debuerant, & per consequens absque hac clade adventitia articulos & reliquas partes adjacentes plus satis laxatas habet & debilitatas) æque improvidus meo iudicio foret si ejus lenociniis indulgeret, atque ille qui cùm longum iter emetiendum suscepit, Viaticum omne prius obliguriret quam se viæ committeret. Quinimò præter malum quod sibi accersit, languidiora ævi jam fatiscentis desideria non cohibens, maximo illo Privilégio fruendi Jubilæi, quod speciali atque eximio naturæ munere Senibus conceditur, se abdicat; qui jam in ultimâ vitæ scena ab earum libidinum impetu, quæ, ceu tor rabbitæ feræ, eos per juventam omnem diu noctuque quasi laniabant, tandem aliquando sunt emancipiati: cùm horum appetitum expletio nullo modo longum illud malorum agmen, quod eam vel comitabatur vel insequebatur, pensaret unquam. Atque hæc de Regimine.

Quamvis autem hujusmodi Regula tam Diætam quam cæterum regimen spectantes, si ab homine Podagræ obnoxio religiosè observentur, eum ab enor-mioribus morbi insultibus præservare queant, atque istam sanguini & partibus solidis fitmitatem conciliare, quæ ab illâ malorum Iliade unde morbus non so-lùm supra humanæ patientiæ vires, sed & funestus tandem redditur, eundem immunem præstare possit; non tamen efficient ut non post quædam intervalla, maxime exeunte hyeme, Podagra quandoque tentetur. Licit enim æstivo tem-pore dum tonus vigorque sanguinis à Solis calore excitatus fuerit & in statu conservatus, & pariter debita humorum per poros eliminatio pro voto successit, omnino oportet ut coctiones longè melius quam hyeme celebratae fuerint; ta-men cum appetente bruma & sanguinis robur fuerit imminutum, & perspiratio per cutis poros impeditior, necesse est ut ingens materiae indigestæ colluvies sit accumulata, quæ tandem diuturnam in speciem prætimpet, propriis fe ex-e-rens symptomatis & Paroxysmum inducens, quamprimum vel ab humorum mo-tu ab accessu Solis propiore, vini potatione, exercitio vehementiori, aut alia causa evidenti quacunque ansa detur.

Ex jam dictis liquet eum qui hujusce morbi curationem molitur, id negotii sibi dari debere credere, ut totius corporis habitum iminuerit, atque illud ad pristinam constitutionem refingat, quantum per æratem & reliquas circumstan-tias fieri possit: quod in Paroxysmorum intersticiis, non in ipsis Paroxysmis anni-tendum est. Cùm enim morbi fomes non solum generatus, sed & in articulos jam ablegatus fuerit, serò nimis vel ejusdem murationem vel eliminationem per alias vias conabimur: cùm non alia methodo foras ejiciendus sit, quam ea quam natura præmonstrat, cui soli permittendus omnino est: Quod & in Febrium Intermittentium Paroxysmis usu venit, quas eandem causam remedii non op-pugnamus nisi æstu prius consopito. Nec absurdius quis in extinguis-hum febrium, calore scilicet, siti, inquietudine, aliisque symptomatis, anxiè ope-ram locaverit, quam existimaverit alius se Podagram sanare, cum in Podagræ symptomatis tantum coercendis laboret; quum tantum hoc tempore à cura-tione morbi abscedat, ut eandem aliquatenus impedit ac remoretur. Quan-to enim magis æ gri dolores lenit, tanto magis humorum concoctioni adver-satur; quantoque claudicationem arcet, tanto materiae morbificæ expulsiō offi-cit. Adde quod quanto paroxysmi furor ac acies retunditur, non solum tan-to diuīus affliger, sed & brevius erit spatium interjacens, & minus etiam libe-rum ab omni gradu symptomatum, quibus hic morbus funestatur. Quod ne-mo inficiabitur, qui diligenter trutinaverit, quæ supra in hujusce morbi historia edisserui.

Quamobrem licet nihil magni in *Paroxysmo* tentandum sit, nisi quod istis sym-potomatis occurrentum est, que falsa medendi methodus quandoque parturit; tamen cùm omnes uno ore fateantur morbum hunc ab humorum copiâ & ex-u-beranti plenitudine nasci, æ gro fortasse conducet à carnibus per aliquot dies, ubi primùm à morbo corripitur, abstinere, & harum loco simplici juscule Ave-naceo uti, aut alio pati alimento; cuiusmodi diæta tenuis materiae morbificæ immi-

imminuenda multum conferet, & naturæ opportunitatem subministrabit, quā eandem ocyus digerat. Cum verò ingens sit corporum aliorum ab aliis discrimen, quibusdam abstinentiam à carne non ferentibus, statim verò ab eâ spirituum animalium *æ*gri, animi deliquio, aliisque symptomatis, qualia forminis Hysterica Affectione laborantibus accidere solent, correptis; istos non tanū non juvabit, sed & lœdet, si diutiùs à carnis abstinenceant, quām ventriculus eorum usum averseatur: quod ut plurimum non excedit primum aut secundum diem eorum Paroxysmorum particularium, qui omnes simul juncti integrum Paroxysmum, ut supra innui, constituunt. At vero sive tardiùs sive ocyus quis carne vescatur, serio cavendum est, ne urgente morbo majore copiâ utatur, quām quæ ad naturam sustentandam necessaria sit, nec minore cura opus est in assignanda vietus qualitate. Namque ut semper in Paroxysmorum intervallis, ita præcipue Paroxysmo jam præsente, æger summopere curare debet, ne quid vel in quantitate vel qualitate sive potus, sive ciborum peccetur. Neque in hoc solo, sed in alio omni Regmine, de quo fusiùs egî, in intervallis observando, cautela haud vulgaris adhibenda est. Et licet tam dolor quām magna ad motum inhabilitas, exercitio, quod ego præ ceteris omnibus laudavi, contra-indicare videantur, tamen & hic labor exantlandus omnino est. Quamlibet enim in Paroxysmi initio ægro impossibile videatur ut lationem in currum, multò minus ejus motum ferre queat, attamen si id tentaverit, non ita diu post sentiet se minus à tali motu dolere, quam cum se in cathedra domi contineret. Id insuper accedit emolumenti, si ad horas aliquot tam manè quām post meridiem in currus vectus fuerit, quod cùm domi toto die sederet, noctem ferè insomnem ageret, jam dolorem somno ad multam noctem fugare poterit; cùm exercitatio permodica Podagra laborantem eousque delasset, ut in somnum dilabatur. Adde quod eadem exercitatio Calculum, quem vita defes ac iners ut plurimum accersit, quadantenus præcavet. Quod verò maximi momenti est, à jugi ac pertinaci exercitio occurrerunt totali Attuum ad motum impotentiae, quæ haud paucis accidit post Paroxysmum unum alterumve diuturniorem, contractis sive poplitum, sive calcaneorum tendinibus: dum enim in cruciatu longiore quieti indulserint [maxime crura nolentes extendere quoties dolor genu occupaverit] tandem crurum ac pedum motu per reliquum vitæ tempus orbati sunt, tam in Paroxysmorum interstitiis quām in ipsis Paroxysmis, quos non ita tamen effugiunt. Quinimo in iis Senibus quorum Concoctiones admodum vitiatae sunt, & qui à morbo per multis annos affligente ipsam corporis substantiam quasi in Podagrum habent conversam, nihil minus sperandum est quā ut morbus sine exercitio ad digestionem perducatur unquam: cùm enim morbus naturam viribus superet, sepe moriuntur à languore atque ægritudine quæ formis morbos copia concoctionem respicientis apportat, & ab hac materia inconcoctili, quæ nullo modo potest assimilari, tanquam à veneno enecantur.

Attamen non obstantibus iis quæ de exercitii utilitate in Podagræ Paroxysmis dicta sunt, si tamen æget præ nimia Paroxysmi atrocitate primo statim insultu quasi prostratus fuerit, (quod ictus ferè usu venit in quibus Podagra

jam *æger* suam attigit, nec adhuc à multorum annorum decursu mitigata est) hoc in in casu si *æger* cubiculo includendus est, è re erit ut etiam lectulo ad primos dies aliquot, donec scilicet doloris vehementia remiserit, idem includatur: etenim lectulus exercitii defectum aliquatenus supplebit; cum ejus usus continuus materiam morbificam potentius digerat paucis diebus quam excubatio aliquam multis, maximè incipiente morbo, si modò *æger* absque leipothymia aliisque malis symptomatis à carnibus abstinere queat, solo juscule Avenaceo, Cerevisia tenui & cæteris ejusmodi contentus. Veruntamen haud omittendum est, quod si Podagra jam inveterata fuerit, atque *æger* ad animi deliquia, ventris tormenta, diarrhoeam, aliaque his similia symptomata propendeat, vix Libitinam evitabit ab aliquo Paroxysmorum jugulatus, si non exercitio utatur, idque in aere liberiore ac persilabili loco; quod diligenter animadvertisendum censeo, quando magnus Podagricorum numerus iis symptomatis jam perierit, quibus hæc in cubiculo, & praesertim in lecto incarceratio eosdem obnoxios fecerat, qui non ita mature fato concessissent si molestiam vexationis per majorem dici partem devorare voluissent. Licet enim qui unico artuum dolore fatigatur, se cubiculo possit includere, tamen qui loco doloris acerbissimi, ægritudine, aliisque symptomatis prædictis laborat, talis idem imitando, se in vita discrimen conjiciet. Et quidem bene nobiscum agitur quod quoties dolor ita vehemens est ut *æger* motum tolerare non valeat, neque eo admodum opus habeat; ipso dolore, quod amarissimum est naturæ remedium, ægro de vita prospiciente.

Jam vero quod attinet Podagræ *Symptomata*, iis occurrentum est à quibus *æger* in *Paroxysmo* de vita pericitatur. Horum maximè familiare est ventriculi debilitas ac languor, cum ventris tormentibus tanquam à flatu, quod iis accedit qui vel jam à multis annis Podagræ obnoxii vixerunt; vel iis qui licet non ita diu eadem laborantes, hoc tamen mali invitarunt præpropere; liquores spirituosos cum tenuioribus & multùm refrigerantibus, derepente commutantes; vel *Emplastrum repellentia*, aliaque Medicamenta refrigerantia partibus affectis ad leniendum dolorem admoventes, unde morbi causa materialis, quæ in artus debuerat deponi, in viscera rejicitur. Multa egomet expertus sum in postremorum annorum Paroxysmis ad mitigandum hæc symptomata; nihil vero æque votis respondit ac *Vini Canariensis* haustulus subinde degluttitus, languore, atque ægritudine urgentibus: neque vel Vinum Gallicum rubrum, vel Theriaca Andromachi, neque aliud quodlibet è Cardiacis mihi haec tenus notis pares habet vires. Sed neque vinum hocce, nec Cardiacorum aliud quodlibet ægrum, si exercitio non utatur, omnino servare posse existmandum est.

Sin autem gravius aliquod symptoma inducas haud ferens, ex retrocessu materiae Podagræ subito ingruat, & mortem ægri minitetur; neque vino neque exercitio supra laudatis fidendum, verum hoc in casu, modò non caput, at partes vel naturales vel vitales ejusmodi malum impetrat, ad *Laudanum* statim confugiendum; nempè *laudani liquidi* gutt. xx. haustulo aq. *Epidemicæ immista* propinentur, & in lecto ad quietem *æger* se componat.

Quod si materia Podagram committens, quia non jam in artus fuerit eliminata, Diarrhoeam induxit, modò ea Paroxysmi singularis Crisis non fuerit, & Laudano jam laudato, & exercitio omniummodi (hoc enim imprimis ad Diarrhoea curationem obeundum est) non obstante, alvus nihilominus diutius fluat, ægritudine, tormentibus ventris, &c. accedentibus; unicum, quod scio, remedium est, ut Sudor provocetur methodo & medicamentis huic usui destinatis: quod si fiat ad biduum triduumve mane & vesperi, per duas treve horas continuas, sistetur ut plurimum Diarrhoea, & morbi fomes magnâ vi in artus detonabit. Hac ego methodo aliquot retrò annis meæ vitæ consului, postquam me in hoc malem à potatione aquæ frigidæ pro ordinario potu, imprudens conjecteram; idque posteaquam Cardiacorum & Adstringentium variis generis opem frustrâ imploraveram.

Est & aliud symptoma non perinde crebrum, quod tamen aliquoties ipse vidi, Metastasis scilicet materiae peccantis in Pulmonum lobos; quoties nempe Tussis Brumalis à frigore tempore Paroxysmi suscepito, materiam sensim in Pulmones allicit, Artibus interim, ob translationem materiae morbificæ in aliam regionem, vel omnino, vel tantum nos, tam à dolore quam à tumore liberatis. Uno hoc in casu Intentio Curativa non ad ipsam Podagrum dirigenda est, at verò hoc symptoma paci modo tractandum est, quo Peripneumonia absoluta; Venæsectione scilicet repetitâ, cum diætâ & remediis refrigerantibus ac incrassantibus, cum sanguis, in hoc symptomate præcipue, extractus Pleuriticorum sanguinem prorsus referat. Purgandus est insuper æger inter venæsectiones Potionibus lenientibus, quibus hæc colluvies in Pulmones illapsa possit amandari. Sudoris autem provocatio, quam vim cunque habeat in morbi somite super Artus deturbando, hic tamen non tantum non prodest, sed & obest, materiam, pulmonibus impactam indurando; unde generantur abscessuli, & tandem ægri mors certissima subsequitur.

Hic porrò notandum, quod Podagrici ferè omnes, postquam cum hoc morbo diu conflixere, calculo rerum fint obnoxii, proindeque vel statu vel declinatione sèpius, paroxysmi generalis Nephritico dolore laborare soleant; idque cum magno ægrorum non tantum cruciatu sed & virium dispendio, cum jam plus satis attrita fractaque ea fuerint. Hoc in casu posthabitis quibusvis aliis remediis liquoris possetici, cui rad. Althæa zj. incocata fuerint, Congium unum quam citissime devoretur, & sequens Enema injiciatur.

R. Rad. Althæa & lilio, an. zj fol. malva, parietar. branc. Vrsin. & flor. Chamael. an. M. j. sem. lin. & foenug. an. zB. Cog. s. q. ag. ad vB. Colaturà dissolv. Sacchar. Culinaris & syr. dialthæa an. zj, Ms. f. Enema. Quam primum per vomitionem æger totum reddiderit quod per os ingestum fuerit, ut etiam Enema rejicerit, laudani liquidi satis magna dosis propinetur, viz. ad gutt. xxv. vel pil. Matthæi. gr. xv.

Remedia Externa si quis querat ad leniendum Podagræ dolorem accommoda, nulla mihi hactenus cognita sunt (licet plurima tūm in meipso, tūm in aliis expertus fuerim) præter mere Refrigerantia & Repellentia, quorum

usum jam suprà docui periculo haud vacare. Et fidenter assero, multâ & longâ observatione suffultus, maximam partem eorum qui Podagrâ periisse putantur, non tam ipso morbo quâm sublestâ atque indebirâ medicatione fuisse peremptos. Si quis autem Remediiorum externorum, quæ pro Anodynîs indubitatis habentur, virtutem probare velit, non sicut sibi faciat eadem sub declinatione Paroxysmi particularis (quo tempore dolor jam sponte suâ cessurus est) applicando: quin potius sub initio Paroxytimi ista usurpet; & statim edocebitur quâm sicutneum sit illud auxilium, quâm vana spes; cùm hæc Epithemata nocere quandoque possint: prodeesse nonquam. Quâ de causâ egomet jam à multis annis nulla remedia externa adhibui. Politicula ex pane similagineo cùm Croco in lacte cocto, addito postea Oleo Rosaceo in pauca quantitate, mihi olim præ ceteris profuit, quæ tamen in Paroxysmi initio nihil proslus juvabat. Si igitur dolor admodum seviat, æger rectius sibi consulere in lecto continendo donec aliquantisper remiserit, quâm Anodynîs utatur: attamen haud abs te fuerit Laudans pauxillum vesperi sumere, si dolor patientiam multum vincat, aliter melius omittetur.

At verò cùm in externis hujusmodi Remediis jam sim, omnino aliquid mihi dicendum est de Musco quodam Indico, *Moxam* vocant, nuper magni nominis in Podagræ Curatione, si nempe pars affecta cùdem accensâ leviter ustuletur. Quamlibet hoc Remediū genus Indis *Orientalibus* acceptum referatur, atque *Europeis* universum omnibus pro incognito habeatur, attamen constabit antiquioris id esse ævi etiam apud nos, illi qui Hippocratis effata jam ante annos bis mille literis tradita voluerit consulere. In præstantissimo illo de *Affectionibus* libro, *Sect. quintâ*, pag. mihi 524. de *Isciade* agens, haec habet, ēt dē ēt ēt τιχωποι, &c. i. e. *Quod si in uno aliquo loco firmiter confiterit dolor, neque Medicamentis expellatur; quoconque loco dolor forte exiterit, cum lino crudo inurito.* Et paulo post de *Podagrâ* verba faciens: Συρφίζεται τὸν τύπον, &c. i. e. *Huic eadem que Articulari merbo conferunt, & longus quidem hic morbus est & gravis, minimè tamen lethalis.* *Quod si in digitis dolor remaneat, venas in dígito panto supra articulum inurito; ustio autem per linum crudum fiat.* Opinor neminem posse existimare, eam esse differentiam Specificam interflammam vel à lino, vel ab hoc musco Indico excitatam, ut hæc illa in sanatione Podagræ plus valeat, non magis quâm reputaverit ignem è *Reboris Segmentis* accentum majus aliquid præstare posse illa; qui *Fraxini* ligno alitur. Hæc partis affectæ ustulatio aliquid pollicetur (quod & efficere quandoque possit) ad doloris committigationem, evocata scil. fomitis moribici parte subtilissima ac maximè spirituosa, in articulum jam deposita. Attamen beneficium ab hoc remedio partum, cùm indigessionem, quæ Podagræ causa est Antecedens, nullo modo attingat, fugax esse oportet ac breve. Neque opus est, ut dicam, illud in Podagris tantum incipientibus locum habere; quando enim sive à morbi diuturnitate, sive ab importuno atque indebito Medicamentorum usu, Podagra, ut subinde sit, ad partes internas fuerit conversa, ac proinde ægritudine, torminibus ventris, atque longo hujusmodi symptomatum agrine, potius quâm dolore ægrum multaverit, nemo sanus igne utendum esse arbitrabitur.

Ea

En vobis omnia , que mihi haec tenus comperta sunt in hujus morbi Curatio-  
ne. Siquis objiciat multa esse Remedia Specifca ad Podagram ; ego me ea nescire  
lubens fateor : & vereor ne Promissores isti perinde sint ignari ac sum ego.  
Et sane dolendum est, Medicinam [Artem nobilissimam hujusmodi magis, quæ,  
sive ab insectitia , sive à pravitate Scriptorum , credulis objiciuntur , usque ad eò  
deturpari; cùm in omnifere morborum genere hujusmodi aliquid à Nugiven-  
dulis tanquam θεῶν ζέος decantetur pleno ore. Et quod est magis mirandum,  
quod non tantum in morbis typo induitis hujusmodi deliramenta obtineant, sed  
& in minimè formatis qui ab Organorum lassione aliqua , aut οροφάται externa  
producuntur , Viris etiam cætera cordatis impomant. Atque hoc satis evincunt  
*Specifica in Contusionibus* vulgo prædicata , qualia sunt *Sperma Ceti*, *Tegula Hy-  
bernica*, &c. quæ omnia id tantum præstant , ut Methodum qua tractari debuerat  
hic Affectus , divertant : prout illi satis constabit qui experiri voluerit , quanto  
tutius atque ocyus sanabitur , is qui *Vena-sectionibus* ac *Purgationibus* uterur alter-  
natis , usque dura benc habuerit ; neglectis prorsus levidensibus istis , quæ pro-  
more post sanguinem semel eductum sæpe exhibentur , atque etiam ea sudorum  
sollitatione quæ pari passu cum eorum usu solet procedere : à qua partium  
jamborum ad inflammationem propensarum excalificatione æger sine causa in vita  
periculum adducitur.

Quod si nihil profcientibus his quæ attuli omnibus , adhuc minus sagax vi-  
dear , & minus copiosus in Medicamentis eruendis enumerandiisque , Universa  
illa proponam quæ *Lucianus* in *Tgrayorodæ* jam plenius collegit , è quibus tam  
externa quam interna qui volet eligat : quæ forsitan minùs efficacia sentier  
quam sunt eorum plurima quæ à nonnullis depredicantur. Apud hunc *Podagrâ*  
Persona ita istos alloquitur , qui Secreta quædam Remedia se habere jactabant ,  
quibus is morbus possit expugnari.

Tis tñs avunclo , &c. i. e.

*Quis invictam me dominam dolorum*  
*Igorat Podagrum in terrâ mortaliuum?*  
*Quum neque Thuri vapor placat,*  
*Neque effusus sanguis aras ad incensas;*  
*Non templum divi iarum undique suspensis ornatum donariis:*  
*Quam neque Apollo Medicamentis expugnare valet,*  
*Omnium Medicus in cœlo Deorum;*  
*Non filius Apollinis doctissimus Eſculapius.*  
*Postquam enim enarrum est primum hominibus genus,*  
*Conantur omnes meas eudere potentiam,*  
*Miscentes semper Medicamentorum artificia.*

Alius aliam in me experitur artem.  
Terunt Plantagines , & Apia mihi ,  
Et folia Laetiarum ; & silvestrem Portulacam .  
Alii Marrubium ; ali Potamogetonem ;  
Alii Urticas terunt ; ali Symphynum .

Alii

*Alii Lanosi afferunt ex palustribus lectas;  
 Alii Pastinacam coctam; aliò folia Persicorum,  
 Hesperianum, Papaver, Cepas agrestes, Mali Punici Cortices,  
 Psyllium, Thys, radicens Ellebori, Nitrum,  
 Foenum gracile cum vino, Gyrrinum, Collamphacum,  
 Cyprissinum Gallam, Pollen hordeaceum,  
 Brassica decocta folia, Gypsum ex Garo,  
 Stercora Montana Capra, humanum oletum,  
 Farinas Fabarum, florem Asi lapidis;  
 Coquunt Rubetas, Mares-araues, Lacertas, Feles,  
 Ranas, Hyenas, Tragelaphos, Vulpes.*

*Quale Metallum non exploratum est mortalibus?  
 Quis non succus? Qualis non arborum lacryma?  
 Animalium quorundam ossa, nervi, pelles,  
 Adeps, sanguis, medulla, sterca, lac.*

*Bibunt alii numero quaterno pharmacum:  
 Alii oleo: sed septeno plures.*

*Alius verò bibens Hieram purgatur:*

*Alius incantamentis impostorum deluditur:  
 Indens alium scutum excantas naelus:*

*Alius verò remedium petu ab Hirundinis nido.  
 Ego autem his omnibus plearare impere,  
 Et facientibus hac atque irritantibus me  
 Soleo occurrere multo iracondior.*

*Iis vero qui cogitant nihil adversum mihi,  
 Benignam adhibeo mentem, facilisque fio.*

Nullus dubito prudentissimos quoque eorum qui cum hoc morbo diu con-  
 fluxere de omnimodâ Curatione desperantes, Choro qui istius Dramatis Catastro-  
 phen facit, suffragaturos.

*Hæc vñ adygnus, &c. i. e.*  
*Lenore, O ubique gentium-celebrata afferas [nobis] dolorem ò Podagra,*

*Levem, facilem, non acutum, brevem, haud sevientem,*

*Tolerabilem, facile desinentem, parum validum, ambulationes non impedientem.*

*Multi sunt modi miserorum:*

*Sed exercitia dolorum, &c consuetudo*

*Podagricos soletur.*

*Ideoque aquo animo, ò Complices, obliviscimini*

*Dolorum. Si ea qua placent non sunt.*

*Tamen etiam prater spem accidentibus viam invenire solet Dens.*

*Quisvis sustineat Podagrâ laborantium*

*Deludi & derideri:*

*Talis enim hujus morbi natura est.*

Ut semel finiam. Methodus quam hîc trado φαρμακῶν prædictorum exanimi innititur; quamque ego secutus tam in ipso me, quam in aliis, morbi levamen percepí. Therapeia Radicalis & usquequaque perfecta, qua quis etiam à diathesi ad hunc morbum foret liberatus, adhuc in Democriti puto latet, atque in naturæ sinu reconditur, nescio quandò, aut à quibus in lucem extrahenda. Specro nihilominus me hoc scrpto humano generi commodi aliquid contulisse, si istos scopulos fideliter indigiraverim, ad quos tum ipsem̄, tum alii plurimi naufragium fecimus; atque insuper optimam quæ hastenus innotescit, methodum præmonstraverim. Non his majora promitto; quamvis à longa cogitationum ferie, quas huic rei impedere tantum non sum coactus, inducas credere, ejusmodi Remedium quandoque inventum iri. Quod si unquam acciderit, insciatiā suam Dogmaticis exprobabit, atque exinde liquebit, quam insigniter tam in dignoscendis morborum essentiis, quam in medicamentis quibus eos aggreduntur, hallucinentur. Cujus rei exemplum satis luculentum habemus in repertrione summi illius ad *Febres intermitentes Specifici*, *Corticis Peruviani*. Per quot jam secula homines quique solertissimi ingenia exercuerant in investigandis harum Febrium causis, quibus praxin quilibet aptavit Theorizæ à se excoigitatæ optimæ respondentem? Quomodo verò hæ Medicationes Theoremata valebant defendere, ex iis constat, quorum adhuc recens est memoria, in quibus varias Intermittentum species in variis humoribus in corpore redundantibus collocantes, Curationem ad humorum istorum alterationem atque evacuationem dirigere solebant. At quam inauspicato id egerunt eorum in his conaminum frustratio, præcipue verò hujus *Corticis* usus felicior, palam faciunt: cuius operis nunc temporis tum humores hujusmodi omnes, tum etiam Diætam & regimen quodcumque susque deque habentes, ac nihil nisi methodum pulvri exhibendo debitam observantes, scopum rectâ attingimus; vix ab illo aberrantes unquam nisi ægrum, lecto sine ulla necessitate addicimus, dum in ejus usu est: Tanta tamen est hujus remedii vis, ut non obstante eo incommodi, quod scilicet Febris à lecti calore plus quam erat opus intendatur, ægrum nihilominus ad sanitatem ut plurimum reducat. Interea donec hæc Podagra Curatio Radicalis comperta fuerit, quod Medicos omnes, me præ ceteris, optare fas est; hanc meam qualemcumque opellam boni consulite. Quod si minus eveniat, hominum mores ita probè perspectos habeo, ut non multum fallar; & officii mei rationem ita calleo, ut animo neutiquam cadam. Et si sævissimi isti cruciatus, impotentia ad motum, ceteraque corporis mala, que ego per maximam vitæ partem sum perpetius, (unâ cum danno rei familiaris quod sustinui, à Medicina facienda toties adversa valetudine avocatus) aliis quietem & ἀναλγονίαν possint comparare, erit unde me fructum aliquem miseriarum hujus generis, quas in hac vita toleravi, in aliam migrans percepisse existimabo.

**E**X paucis hisce, Clarissimi nostri Auctoris paginis, satis manifestum est, quid de Podagrâ in genere ejusque curâ legitimâ, quæ in solis palliativis posita est, sentiendum veniat. Verum specialius quid circa hunc morbum, aliasque omnes affectiones de ejusdem naturâ participantes, reputatur in Clarissimi Musgrave Tractatibus de Arthritide Symptomaticâ, & Anomalâ, quos propterea pro pleniori ejusce agitudinis cognitione hic inserere propositum nobis fuit; sed quandoquidem grandior illorum moles, longiorem Autoris nostri textui interruptionem procreasset, magis è re visum fuit eos in Voluminis hujus finem rejicere, ubi aequè commode à Docto Lectore perlegi poterunt, ac si ipso hoc loco exhiberentur.

## THOMÆ SYDENHAM

Med. Doct.

## TRACTATVS DE HYDROPE.

**O**MNIS hominum ætas, sexus omnis ab *Hydrope* nonnunquam infestatur. Fœminæ tamen huic morbo magis sunt obnoxiae quam Viri: verum hos ætate præsertim ingravescente adoritur, illas ubi jam parere desierint: Steriles autem quandoque etiam juniores occupat. Foveæ à digitorum impressione in futarum parte inferiore, sub noctem imprimis conspicuæ, manè verò evanescentes, primum hujusc malii indicium dant, quod non perinde certum est. *Hydropis* ingruentis signum in Fœminis atque est in Maribus; cum & prægnantes, & aliae quibus Catamenia quavis de causa sistuntur, haud raro idem patiantur. Neque tamen in Vitis ejusmodi tumor *Hydropem* certò indicat: etenim cum senex quispiam, habitu corporis paulo pleniori præditus, *Asthmatice* jam à multis annis laborans, ab eodem drepente, idque Hyemis tempore, fuerit liberatus, mox ingens tumor musculos tibiarum occupabit, *Hydroporum* tumores æmulans, qui Hyeme etiam magis quam Æstate, tempestate magis pluvia quam serena, pariter invalescet, & tamen sine quovis incommodo insigniori, eundem ad Libitinam usque comitabitur. Quo non obstante, si generaliter loquamur, suræ & tibiae intumescentes, etiam in Viris, pro signo supervenientis *Hydropis* habende sunt; maximè si ita affecti spiritum ægius ducant: qui quidem tumor tam copia quam mole auctior indies redditur.

ditur, donec pedibus majorem aquarum vim jam respuentibus, crura tentantur, ac postea abdomen ipsum; quod quidem sero è sanguine jugiter decidente repletum, paulatim ad ultimum capacitatis suæ limen distenditur; adeò ut sæpè multos Aquæ Congios intus contineat, quæ in umbilicum, qua data porta, ruentes, quandoque Exomphalon constituant.

Tria interim hunc morbum stipant Symptomata, *Dyspnoea, Vrinx pungit, & sitis intensa*. Spirandi difficultas oritur ab aqua Diaphragma comprimente, unde naturalis ejus motus sufflaminatur. Urina idcirco parcè redditur, quia sanguinis serum, quod per ductus urinarios ex lege naturæ excerni debuerat, jam in cavitatem abdominis deponitur, & in cæteras partes eidem excipiendo aptas natas. Sitis est à putredine colluviei serosæ, quæ à morâ in corpore longiore & calorem & acrem contrahit, unde æger & febre quadantenus semper laborat, & memorata siti.

Pro rata qua æger in partibus quas morbus obsidet, mole augetur, in reliquis magis magisque indies emaciatur, & gracilescit: tandemque cum tanta aquarum vis intra abdominis ambitum coerceri ulterius nequeat, impetu in Viscera nobiliora & vitalem arcem facto, cataclysmo quasi submersus perit.

Causa hujusce morbi in genere sanguinis debilitas est, unde alimento, quod forinsecus importatur, in substantiam suam convertendo non jam par, idem in extremitates & pendulas corporis partes explodere necesse habet, mox in abdomen etiam, in quo, quamdiu in exigua quantitate hinc inde dispergitur, natura eidem continendo Vesiculos quædam fabricat, donec tandem, modum jam superans, uno Peritonæo simul clauditur.

Sanguini autem debilitando operam ut plurimum commodabant vel nimia ejus Per Venæ sectionem aut alio quovis modo evacuatio, vel morbus aliquis diuturnior vel perditus ille liquores spirituosos ingurgitandi mos, unde & naturalia corporis fermenta destruuntur, & dissipantur spiritus. Hinc est quod bibacissimi quique Helluones sæpius cum hoc morbo, frigido licet, quam cæteri conflicitur. Econtra etiam Aquæ potatio in iis qui generosis liquoribus diu assueverant, sanguini eandem noxam infert.

In Fœminis vero, quod notandum est, alia quædam & ab his longè diversa Hydrope causa reperitur, inclusa nempe in testiculorum alterutro faburra seu obstructio quæ sensim ejusdem crasis subvertit; unde in dicto testiculo reposita primum morbi minera, tunica ejusdem mirum in modum distenditur, qua jam tantum non crepante, natura humoris excipiendo Vesiculos quædam surgerit, quarum tandem sive una aliqua, sive etiam pluribus disruptis, & in abdominis cavitatem se exonerantibus, eadem occurunt symptomata; quæ in Hydrope quam supra depinximus. Sed de hoc genete jam olim egi.

Sunt & aliæ duæ Species tumorum abdominis Hydrope mentientes, Fœminis utræque familiares. Prima est carnium in paribus intra abdomen ex crescentia præternaturalis, quæ ventrem in molere haud minus conspicuum attollit, quam solet inclusa aqua. Altera species flatibus ortum debet; qui non

tumorem tantum, sed & alia ingravidationis signa pariunt. Hæc Viduas ut plurimum exercet, vel etiam mulieres, quæ non nisi provectiones ætate nupserant: atque hæ tam suo ipsarum, quam Obstetricum judicio, quarum Oracula hac ipsa de re consuluere, motum Infantis jam à tempore consueto usque ad legitimum tempus pariendi persentientes, quin & ad eundem modum quo gravidæ solent, subinde ægrotantes, fororiantibus insuper mammillis, & lacte extillante, de fasciis haud raro cæterisque ad excipiendum infantem necessariis sibi prospexerunt; donec tandem venter pari quo increverat grado, sensim detumescens, spem vanam eluserit. Neutra verò harum ad eum, de quo agimus, morbum est referenda.

Indicationes Curativæ veræ ac genuinæ, utpote à prædictis Phænomenis naturaliter quasi exortæ, vel ad aquarum in abdomen cæterisque partibus contentatum evacuationem, vel ad instaurandum sanguinis robur, quo novus earundem proventus præcaveri possit, omnino dirigendæ sunt.

Sei evacuationem quod spectat, magni refert, ut diligenter observemus in omnibus Hydropicis ea Cathartica, quæ vel segnius vel minus potenter operantur, officere magis quam prodesse: cum enim Medicamenta Purgantia ad unum omnia naturæ fiat inimica, quo nomine Catharteos munere funguntur, sanguinem aliquatenus debilitant laeduntque; unde nisi corpus celeriter pervadant & citissime expellantur, Camerinam eam moventia quam secum abducere nequeunt, & sanguinem tumultuosè exagitantia, tumorem magis adaugent: quod plus satis liquet iu eorum pedibus, quibus alvus ita leniter ac blande sollicitatur. Quamobrem ut cum bonis ægti rebus Purgatio instituatur, scire oportet, utrum ægri corpus facile, an verò difficulter atque ægrè Catharticis cedat, cum in hoc cardine Curationis omnis, sive nullo, sive non nisi magno labore peragendæ negotium vertatur.

Quoties itaque *Hydragogis* utendum est, sollicitè ad facilitatem vel difficultatem qua ægri corpus Catharsin ferre solebat, respicere omnino convenit; quod non alia via ulla certius dignosci potest, quam exdiligenti inquisitione, quomodo alia Purgantia Remedias alio tempore aliquo usurpata, opus destinatum peregerint. Cum enim in corporibus Idiosyncrasia quædam inveniantur, quoad facilem difficilem Catharticorum operationem, ægrum sæpiissime in vitæ discriben conjeticiet is, qui sensibile corporis temperamentum, modum sibi ac normam statuerit: quando non ita raro usu veniat, ut qui habitu sunt fermè Athletico mediocribus Catharticis facile pareant; cum qui contrario planè habitu sunt prædicti, vel fortissimis ægrè cedant. Et profecto jam dicta cautio de ægri corporis ad Purgantia ferenda ineptitudine non in *Hydragogis* tantum præscribindis, sed in aliis quibuslibet Catharticis locum habere debet. Etenim sæpenumero observavi hypercatharses à Potionibus etiam Lenientibus adductas, ex eo quod ægrum Medicus non interrogaverit, prout oportuit, utrumne corpus facile, an verò difficulter expurgaretur. Attamen cum *Hydrops*, quod superius dixi, præ cæteris morbis quibuslibet Catharsin & validissimam postuleat & maximè celerem; cumque in hoc morbo Purgatio per *inlungatus*,

qua

quæ in nonnullis aliis prodest, nullatenus admitti debeat, (cùm hujus generis Catharsis non tantum non imminuat tumorem sed & adaugeat:) Hanc inquam ob causam, expurgatio paulo fortior & nimia, justo debiliori est præferenda; præcipue cum *Laudano* non destituantur, certissimo ad Hypercatharsin istiusmodi subito domandam fræno.

Ad hæc in *Catharticis* omnibus Hydropicorum sanationi dicatis, id diligenter est observandum, ut aquæ ea maxima celeritate exhaustantur, quam ægri vires ferre queant; utpote qui singulis diebus expurgari debeat: nisi quod sive ob nimiam debilitatem corporis, sive propter *Cathartici* præcedentis operationem plus satis violentam dies unus aut alter nonnunquam intercalari possit. Etenim si non nisi post longa intervalla repetatur Purgatio, quantumlibet copiosa Catharsis præcesserit, aquis denuo assatim colligendis ansam præbebitus; atque ex hac induciarum occasione, quasi victoria jam parta uti nescientes, tandem loco pulsæ, re infecta turpiter fugabimur. Adeo quod periculum est, ne aquarum inter viscera mora diuturnior eadem putredine quadam sua inquiet ac inficiat. Atque insuper, quod parvi ducendum non est, istæ aquæ à prægressis *Catharticis* ita in motum concitæ ad noxam inferendam jam propensiores sunt quam ubi quiescerent. Tam ob hanc itaque causam quam ob alias supra memoratas, huic Intentioni, quæ colluviem serosam intus clausam respicit, quam velocissime satis faciendum est; neque ab ea nisi urgente necessitate est absistendum aut cessandum, donec omnis aquarum moles omnino demum exantata fuerit.

Hoc porro notandum venit, quod cùm è Praxi constet *Hydragoga* fere omnia, genio quodam sibi peculiari, si sola exhibeantur, iis qui agè purgantur parum admodum votis respondere, quin & largiorem eorundem dosin, non tam Catharsin quam sanguinis tumultum promovere (unde qui imminui debuerat tumor, jam auctior cernitur:) Hæc itaque non alium obtinent usum, in hujusmodi corporibus, quam ut lenioribus *Catharticis* stimulum addant. Quo non obstante in iis, qui purgatu sunt faciles, *Hydragoga* ista & celeriter, & cum magno effectu operantur.

Quocirca in istis, qui Catharsi promptè cedunt, *Syrupus de Spinâ Cervina*, etiam solus, Aquas sat copiosè elicit. Quod quidem Remedium in his aquas ferè solas, easque in magnâ quantitate educit, nec sanguinem perturbans, nec urinam reddens coloratiorem pro reliquorum Purgantium more: Id tantum habet incommodi Syrupus ille, quod inter operandum ingentem sitim provoget. Quod si idem vel in summâ dosi aliis propinetur, qui ægriè expurgantur, neque multæ sequentur dejectiones, neque ea multâ aquâ, ut debuerant, refertæ.

Evidem probè memini, [cùm tunc primùm ad *Hydropem* curandum invitarer] me annis ab hinc 27 aut circiter ad Matronam quandam piam & honestam, nomine *Saltmarsh*, *Vestmonasterii* commorantem, fuisse acceptum; cuius abdomen *Hydrops*, quo atrociorum nondum vidi, in molem magnitudinis vix credendæ evexerat: huic ego Syrupi prædicti Unciam unam ante prandium,

qui tunc mos obtinuit, exhibui: credi vix potest quām magnam aquarum vim per sedem deturbavit, idque nullo excitato tumultu, ab' que nilà virium ægra ja-  
eturā: Quod mihi animos addidit, ut eundem quotidie repererem, nisi quod diem unum alterumve intercalari paterer, siquando paulò infirmior videtur. Atque ita aquis sensim eductis, venter indies detumuit, ipsaque prorsus convaluit. Ego fiduciā planè juvenili atque hominis inexperti, credebam me ejusmodi medicamen possidere, quo Hydropes quoscunque possem debellare: verū hujusmodi erroris intra paucas septimanas admonebar. Cùm enim non ita diu post ad aliam Fœminam eodem morbo laborantem, qui Febru Quartanæ diuturniori supervenerat, medicinam facturus accederem, eundem Syrupum propinavi, quo sōpiùs repetito, & dosi gradatim aucto, morbum lacescebam; at cùm aquarum evacuationem frustre tentarem, Catharsi non procedente, tumore autem ventris magis aucto, missum me fecit ægra; atque alterius Medicī ope, qui remedia efficaciora adhibuit, si bene memini, sanitatē recipit.

Ubi igitur constiterit, ægrum eo esse corporis habitu ut Cathartica Leniora nec celeriter, nec cum bonâ euphorîa opus suum peragant, Fortiora tentanda. Quo in casu, ut modò innui, notandum est, quod licet Hydragogorum pauca, si sola exhibeantur, votis respondeant, lenioribus tamen calcaris vice permista, efficacissima omnino sunt. In hujusmodi corporibus, exempli gratiâ, sequentem Potionem cum successu sæpenumero præscripsi. *Y. Tamarind. ʒ. B. Fol. Sen. 3ij. Rhei ʒ. B. Coq. in q. f. Aq. fontan. ad 3ij. in Colatur. dissolv. Mann. & Syr. Rosar. solut. an. ʒj. Syr. de Spin. Cervin. ʒ. B. Elect. ē succ. Rosar. 3ij. m. f. Potts.* Quæ tamen potio non nisi Robustioribus exhibenda est, quibus alvum solvit, ubi cætera id præstare nequierint; quod multiplici experientia ipsius probavi. Vel *Y. Vini alb. ʒiiij. Zilap. subtiliss. pul. 3j. Zinzib. pul. ʒ. B. syr. de spin. cervin. ʒj. m. f. poro, sumenda summo manè, repetendaque singulis, vel alternis diebus pro ratione virium.*

Sequitur alia medicamenti formula, mihi haud infrequens, quo illi satis comodiè utentur, qui à repetito aliorum purgantium usu abhorrent; quando ægium calefaciat inter purgandum, tum etiam corroboret, ex. g. *Y. Rad. Ialap. contus. Hermod. styl. an. ʒ. B. Scammon. crud. ʒiiij. fol. Senn. ʒij. Glycerrbiz. ras. sem. Anis. Carni an. ʒ. B. Summit. Absinth. Fol. Salv. an. m. j. Infund. frigide in tibiij. Ag. vita vulgaris, & coletur tanquammodo usus tempore. Cap. cochlear.j. horâ somni, ɔ iij. mane sequenti: Augendo vel minuendo dosin pro ratione operationis.*

Restant vero Medicamenta duo, me judice, Palmaria, & in iis qui non nisi ægrè purgantur, cæteris quæ vel suprà enameravi, vel adhuc comperta habeo spagmatoegy, Elaterium intelligo, & Infusionem Croci Metallorum. Elaterium sive Fauna Cucumeris agrestis potenter in permodica quantitate vires suas exerit in conturbanda alvo, & facibus cum ferosis & aquosis humoribus copiosè egerendis, sed ut ejus grana duo plenisque, in genere loquendo, corporibus dosis aptissima sunt. Ego permiscere soleo Pil. ex Duobus ʒj. quas in Pilulas tres exiguae formandas, ac manè sumendas impero.

*Infusionem Croci* quod spectat; ejus 3*ij.* (vel purgatu difficillimis 3*ij.*) manè exhibita, & quotidie pro ægri viribus reiterata, quamlibet prima facie haud aliud promittat quam colluviem in ventriculo stabulantem egerere, , tandem tamen efficier, ut abdomen ab aquarum super-incubentium onere liberetur. Præterquam enim quod cessante Vomitione, in Catharsin riu nárw solet definere, necesse est omnino, ut cum tanta fuerit agitatio concussioque tam Ventriculi quam viscetum, à tam insigni aquarum corrivatione quasi circumseptorum, earundem evacuatio, per ductus communi naturæ lege haud satis patentes, conatum ita vehementer insequatur. Veruntamen si prædictum Vomitorium inferiorem ventrem haud efficaciter expurgaverit, tam *Electuarium de Succo Rosarum*, quam *Syrupum de Spinâ cervinâ* soleo post teriam aut quartam dosin metæ infusionis Croci Metallorum quandoque, licet rariùs , adjicere. Ex. gr. *U. Ag. Card. Ben.* 3*ij. Infus. Croc. Metallor.* 3*ij. Syr. de Spin. cervin.* 3*ij. Elec. de Succ. Rosar.* 3*ij. m. f. Potio.*

Quod verò dentur ejusmodi cæci meatus perquos aquæ ex abdominis cavitate ad intestina transferantur, de facto liquet ; cum quotidiè observemus Hydragoga tantam aquarum in abdomine inclusarum vim per secessum educere, perinde acsi primitus in ipsis intestinis continerentur. Cui tam duro nodo cum parem cuneum haud facile inveniamus, in mentem mihi venit celebre illud dictum Medici omnium sæculorum judicio sapientissimi optimique, *Hippocratis* scilicet , qui in libro de Priscâ Medicina hæc habet. Δίγνωστε τινες καὶ λαργοῖ,  
καὶ σοφισταῖ, ὃς εὐ ἐν διατάξιν λαργίου εἰδέναι, ὅσις μὴ οἶδεν δ, τι ἐστιν ἀνθρώπῳ,  
καὶ δύσις ἐγένετο πρῶτῳ, καὶ δύσις συνεπάγει ἐνώ δὲ τοτέστιν μὲν σταθήσις εἴρηται σοφιστῇ,  
ἡ μῆτρα, ἡ γένεσις τοῦ φύσεως, δύσις νομίκα τῷ ιατρῷ τεχνῇ προσπένει, ἡ τῷ θεατῇ  
i. e. *Medici quidam & Sophistæ dicunt, quod impossibile est eum medicinam cognoscere, qui non novit quid sit Homo, & quomodo primum factus & compactus sit. Ego verò ea que ab aliquo Sophistâ aut Medico de Naturâ dicta, aut scripta sunt, minus censeo ad Artem Medicam spectare quam ad Pictorianam.*

Attamen (ne vel divinus hic Author erroris ullatenus insimuletur, vel ex hoc loco Empirici ignorantiae suæ patrocinium querant) aperte dicam, me quantum attentissimâ cogitatione, eaque ad Praxin (quæ Medicinam profitentium Lapis Lydius haberi debet) relatâ assequi valeam, irtunque existimare , quod necesse omnino sit ut Medicus structuram humani corporis probè calleat, quo rectius veras ideas & naturæ, & causarum quotundam morborum animo concipere ac formare queat. Neque enim fieri potest, ut qui Renum fabricam ignorat, ductuumque exinde ad Vesicam tendentium, conjicere possit, unde oriuntur Symptomata illa, quæ à *calcule* vel in pelvim, vel in uterines altius impando pendent. Nec minus Chirurgum oportet eandem humani corporis structuram perdiscere, quo melius inter operandum ab iis vasis, sive aliis partibus abstineat, quæ, si violentur, æstro exitium afferant. Sed nec ossa dislocata ad sicutum naturaliter rectè poterit reducere, nisi eam osium compagem, *Sceleton* dicat, curiose inspicerit, atque animo comprehendenterit.

Hujusmodi

Hujusmodi itaque humani corporis notitia omnino necessaria est; quam qui non habet, cum quibusdam morbis *Andabatarm*, quod ajunt, more pugnabit, aut sine Nauticâ pyxide tentabit mare. Porro hæc scientia & cito & facilè acquiritur, cum id præ cæteris difficultoribus habeat compendii, quod *duGes* in cadaveribus vel humanis vel animalium quorumlibet perdiscatur, idque nullo ferè negotio, etiam ab iis qui mente ac judicio minus valent. Ventutamen in Acuris quibuslibet, quod genus plus quam duas tertias morborum partes comprehendit, arque potro in Chronicis plerisque, omnino fatendum est *ti Geis* inesse, sive specificam proprietatem aliquam, quam nulla unquam contemplatio à speculacione corporis humani deduxta, queat indagare, arque in lucem protrahere. Quamobrem ne ita homines in cadaverum dilectione præcipuam locant operam, tanquam exinde potius quam ex *Pharacœv* naturalium, ut & *Iuvantium* & *Ladentium* diligent observatione, promoveri possit Ars Medica; id opinor, ut maximè caveri in loco prædicto voluit Divinus ille Senex, non autem generalem fabricæ humani corporis notitiam carpere ac fugillare.

Et profectò Virum tantum tamque sapientem nullo modo potuit latere, humanam omnem investigationem ultra generalem ejusmodi noritiam pertinere non posse. Licet enim diligent in secundis cadaveribus inquisitione ac scrutinio, majora organa, quibus natura in peragendis operationibus suis utitur, in conspectum veniant, vasaque itidem nonnulla per quæ succi ab his ad illas corporis partes transmittuntur; quæ tamen hujus motus sit origo & causa primaria, oculi docere nequeunt. Neque Microscopium quodvis vel exquisitissimè elaboratum exiles istos meatus per quos Chylus, ex. gr. ex intestinis in vasa Chylifera transcoletur, vel per quos ductus sanguis per Arterias derivatus in Venarum oscula reducendus transmittatur, potest detegere. Quinimò sunt & alii ferè innumeri, iique magis adhuc affabre concinnati, meatus ac pori in hac mirandâ hominis compage, quos nemo hominum ne per somnium quidem vidit: cum rudit & indocta, (sit verbo *venia*) Cognitio nostra in rerum cortice omnis fermè versetur, ac ad τὸ ἔτι sive quod res hoc modo se habeat, ferè tantum assurgens, τὸ δὲ, sive rerum causas nullatenus attingat. Ut ut se res habeat, haud diffici investigatione scire possumus, quantum nobis dirigendis (prout fert rei natura) sufficit in eorum Curatione mortborum qui hujusmodi peritiam, quod suprà dixi, sibi vendicant: maximè vero quantum nos impellat ad Divinum Artificem summâ animi demissione adorandum, dum stupendum ejus artificium contemplamur in iis, quorum ratio nobis innotescit, tum illud longè excellentissimum in cæteris ad quæ prorsus cæcutimus.

Et sicuti *Hippocrates* eos reprehendit, qui huic in humanis corporibus speculandis curiositat & περιπλακα plus dant quam observationibus practicis, ac proinde quam ipsius naturæ judicio; ita pati jure prudens vir quipiam in hoc nostro seculo eos culpare possit, qui existimant, Artem Medicam nullà realiā magis promoveri posse quam novis *Chymicorum* inventis. Quanquam enim ingratii prorsus animi esset non libenter agnoscere id emolumenti, quod Chymix

Chymia acceptum debemus, eo quod utilia nonnulla medicamenta, & indicationibus satis faciendis perquam accommoda (inter quae vel hoc ipsum *Emeticum*, de quo jam agimus, haud infimum locum tenet) nobis supeditaverit; atque eam ob causam, si intra Pharmacopœæ limites continetur, Ais est satis quidem laudabilis: attamen nec illi culpâ, aut saltem errore vacant, qui cerebrum sibi eosque excalefaciunt ac torquent; ut tandem arbitrentur Artem Medicam in hoc præsertim deficere, quod Remediis magnis atque efficacibus à solâ *Chymicorum* præparatione atque operâ nobis subministrandis, indigeat. Cum ei qui tem recte perpendeit, satis liqueat, præcipuum Medicinæ facienda defectum non in eo verti quod nesciamus quo pacto huic aut illi Intentioni satisfacere debeamus, sed quod non satis sciamus, quænam sit illa Intentio, cui satisfacendum est. Cum vel rudissimus quispiam Pharmacopolæ servulus intra dimidium horæ quadrantem certum me faciet, quo medicamento Vomitionem, Purgationem, vel Sudores provocabo, vel refrigerabo restuantem; at verò in palæstra medica probè exercitatus sit oportet, qui pari certitudine me docere queat, ubi hoc vel illud remediiorum genus in usum revocare debeam per omnem morborum ac Curationum circuitum.

Et quidem certissimus sum nihil æquè ad judicium hac in re ritè formandum conferre atque observationem exactissimam *Pharmacœuvr* naturalium & morborum, & pariter eorum, quæ in Praxi cernuntur à *Iuvantibus* & *Ludentibus* derivata, post ea sive Remedia usurpata, sive etiam Medendi methodum istam, quibus morbos depellere satagimus. Hæc si diligenter inter se collata fuerint, mihi ostendent & morbi naturam, & insuper undenam Curativa Indicationes desumendæ sint longè melius certiusque, quam si ad Speculationem nature hujus aut illius principii corporis concreti tanquam ad *Cynoscuram* cursum dirigam. Etenim vel exquisitissimæ hujus generis Dissertationes nihil aliud sunt quam Metaphora bellè deducta exortataque: quæ etiam ad eorum instar omnium, quæ in scena imaginantis, non verò in ipsa rerum natura fundamentum habent, dies delebit ac proteret; cum *Natura* *judicia* rerum veritati superstructa, non nisi cum ipsa natura intercederint.

Quamvis autem *Hypotheses* speculationibus Philosophicis innixa fuitiles sint proflus, cum nemo hominum scientia intuitiva pæditus sit, qua fretus Principia queat subternere, quibus mox superstruat; attamen si *Hypotheses* ab ipsis rebus factis fluant, ex eis tatum observationibus naturæ, quas Phenomena Practica & Naturalia suggestur, stabiles manent & inconcusse: ita ut licet Praxis Medica, si scribendi ordinem respicias, ex Hypothesibus orta videatur; nihilominus ipsæ Hypotheses, si modo solidæ fuerint ac genuinæ Praxi quadrantenus originem debant. Exempli gratia, in *Affectione Hysterica* non ideo Chalybeatis utor, ceterisque sanguinem invigorantibus; nec ideo ab evanescientibus me tempore (nisi scilicet in statis quibusdam circumstantiis) & Remedia potius Paregorica impero, quia primùm pro concessio habui hunc

morbum à debilitatis fractisque spiritibus Animalibus pendere: verum cum Φαρμακών Practicorum constans observatio me docuisse Cathartica exhibita morbi symptomata semper auxilie, his vero contraria eadem symptomata conspice solere, ex hac, aliisque Φαρμακών naturalium observationibus Hypothesin meam desumpsi, ita ut Philosophus Empirico hic famularetur. Quod si ab Hypothesi cœpissim, eā planè ratione insanirem atque ille qui tabulata tignaque domus superiora prius velit erigere quādū fundamentum jecerit: quod quidem istis tantum convenient, qui in Aere Castella, quod aiunt, solent extuere: his enim certo quodam privilegio ab alterutram extremitate licet orditi.

Sed ut ad rem redeam. Quicunque demum sint meatus isti, per quos aqua ex abdominis cavitate in intestina deducitur, certissimus sum Vomitionem à dicto Emetico excitatam easdem potenter evacuare, idque non solum deorsum per sedem, sed & sursum per ipsum Ventriculum atque Os in vomendi actu. Etenim post duas vel tres evomendi vices, aquæ non tam medicamentivæ secretoria elicuntur, quādū ruptis quasi repagulis & claustris referatis, pleno alveo effundi: quod satis constat ex earundem eruptione atque imperio sæpe facto inter ipsa vomendi spatia, sive intervalla.

Mense Augusto postremum elaplo, Paupercula quædam annos habens 55. aut circiter, opem meam imploravit. Febre intermitente diu laboraverat, dein carcere fuerat inclusa fere per triennium, à frigore multum passa erat, venter denique ad tantam molem increverat, ut ei patem nunquam hactenus viderim: Ego zib. Infusionis Croci Metallorum singulis diebus ad triduum exhibui, mox alternis diebus pro virium ægræ ratione, usque dum doles omnino sex hauserat. Primis aliquot vomendi vicibus urina penitus suppressimberatur, quam postea quandoque per intervalla reddebat, sed raro admodum: quo frequentius Emeticum repetebat, eo majorem aquæ copiam solebat rejicere, idque sub finem tam per os quam per sedem. Verum post tertiam dosin tumor subsidere atque imminui cœpit, & post quatuordecim dies filo, quo crassitudinem corporis inflati jussu meo fuerat dimensa, judice ac teste, jam tribus pedibus gracilior comparuit, atque aliquot aquæ Congios, suppuratione ex iis quæ mihi ipsa narravit facta, ἀνεγένετο egesserat. Ita ut quæ prius in lecto non nisi erecta dormiebat, ne decumbens ab aquarum pondere suffocaretur, jam capite in pulvinar reclinato secura jaceret, & de latere in latus pro arbitrio se movere potuerit. Cum vero dicta Emetica operandi violentia Vapores, quos dicunt, ad eum gradum excitarent, ut iisdem diutiis morbum laceſſere tutum non foret, & tamen tam ex residua adhuc ventris mole quam aquarum rotatione, quam toties percipiebat, quoties se in alterutrum latus convertebat, & vestigiis insuper rei cuiuslibet prementis in tibiis etiam nunc manentibus, plus satis liqueret multum aquæ adhuc in corpore restare: ob causam jam dictam, reliquam Curationem Purgantibus propriè dictis cogebat absolvere. Posthac igitur vel Potionem Purgantem supra dictam, vel aliud quoddam Hydragogum præscripsi; idque vel rarius vel sæpius prout vires ejus ferrent, aut Vapores minus infestarent. Etenim & Catharsis per inferiora

Affectus

Affectus Hystericos aliquatenus invitabat, licet non ita graves & violentos ac solebant Emetica. Atque in hāc methodo persistebam; donec prorsus convalluisse videretur. Quæ dum fierent, hæc mihi præcipue observanda occurrerant: Primo quòd iis diebus, quibus à Purgatione feriabatur, nonnunquam magnam aquarum vim per sedem excernebat, atque etiam sub finem per meatus urinarios, vel ad Congii mensuram; quamlibet non ultra tibi. vel fibij. Potus pro singulis diebus concederem: ita ut portas omnes, atque canales undicunque patere viderentur. Secundo notatu dignum erat quod curatione fere absoluta siquando Vapores à Catharticis commoti tumultuarentur, venter maximè versus superiora, intumescebat, tanquam novo aquarum proventu denuò repletus foret, quod tamen fieri non posse sciebam, cum ita parcè bibisset; ac proinde tumorem illum à flatibus, quos peperit *et cæsas* ista à Catharticis provocata, tantum oriti: quod meum judicium eventus comprobavit. Licet enim vel Congium aquæ eo die quo purgabatur ejecisset, mox tamen cœpit intumescere, nec remittebat tumor ille, ad guttur usque assurgens, & dyspnœâ affligens, donec corpus à Purgantium molestia liberatum, statum naturalem ac quietem reciperet; quo facto & tumor & cætera symptomata de repente evanescabant, donec à succedente Catharsi de novo irritarentur. Denique & hoc animadvertisendum erat, quod cùm præfata Fœmina annum agens quinquagesimum quintum, fluxum Menstruum jam ab annis aliquot non fuerat paſſa, attamen Mentes magno quasi flumine erumpabant denuò; qui sanguinis fluxus debilitati & evacuationibus prægressis additus ingens Affectuum Hystericorum agmen adducebat, dolorem scil. in dorso & circa regionem Splenis vehementem, Cephalalgiam, & Tussim ferinam. Adhæc tametsi post tam insignem Aquæ quantitatem per os, sedem, & urinas eliminatam omnino credibile esset non multum in corpore restare, attamen venter haud minus protuberabat, quām nulla adhuc evacuatione tentata solebat. Quamobrem ad hos motus sedandos, qui etiam ad septimanam à postrema purgatione negotium facessabant, coactus sum ad quatuor noctes continuas *Diacodii* ſibi. propinare; quæ etiam Dosis erat repetenda, niſi ſomnus intra horas tres inſequeretur. Quo tandem pacata sunt omnia, & tumor disparuit.

Hoc interim obſervari velim, quod si leviculo aliquo ventris tumore tentetur æger, non ita promptè educuntur aquæ per Infusionem Croci Metallorum, ac in Ascite grandiore, ubi ingens aquarum copia aggesta fuerit: etenim vel ipsa aquarum moles dum Emeticī operatione agitatū ac concutitur, ad earundem evacuationem mirè confert, atque eam ob causam niſi venter in tumorem insignem attollatur, omnino convenit, ut tota res evacuationibus per inferiora committatur.

Est & aliud Medicamentum satis vulgare ac simplex, quod Hydropem pari ratione qua illud de quo modò egimus, expugnat. Nempe manipuli iii. *Corticis interioris Sambuci* à ligno deralī in fibij. aquæ & lactis ſimul miftorum, ad fibj. incoquantur: Decocti hujus altera medietas mane, altera ſerò quotidie afflumatur, donec æger convalescat. Hoc remedium & vomitionem ciet

& catharsin, pariter ac Crocus Metallorum; ac proinde eodem modo morbum depellit, non vi aliquâ specificâ: quocicâ si neutrâ harum operacionum præter, vel si mediocriter ac parcè, ne hilum prodest quidem: ubi verò alterutram producit efficaciter, maximè verò si utramque, mire ad hunc morbum debellandum confert.

At sane, quod serio animadvertisendum est, haud raro accidit, ut aqua non solum in crura ac tibias deturbetur, sed etiam in ipsam abdominis cavitatem depluat, quæ tamen Medicamentis Catharticis sive æræ sive nitræ ducentibus, omnia elicienda non est. Verbi gratia, quoties hujusmodi tumor vel phthisis diurnam excipit, vel à viscerum alicuius labo ac putredine nascitur; vel à sanguinis tono, si ita loqui fas est, non tantum relaxato sed & deperdito, ac spiritibus penitus exhaustis, vel à longa Fistularum in partibus carnosis motâ quæ copiosam saniem egesserunt; vel à nimia debilitate atque evacuatione tam humorum quam spirituum quas advocavit sive salivatio, sive sudatio, sive etiam Purgatio justo interius, & Diæta tenuis quæ in Luis Venereæ Curatione, etiam magis quam res postulabat, fuerant adhibitæ. In his atque aliis morbis ad hunc modum factis, æger non tantum non juvabitur à Catharsi, sed imminuto adhuc amplius sanguinis tono, augebitur malum. Quamobrem rebus ita stantibus, omnis Curationis Cardo in sanguine ac visceribus omni ope corroborandis firmansque omnino vertetur. Inter cætera hujus ordinis, præter Remedia Confortativa infra enumeranda, ego certissimo Experimento edocitus sum, aeris mutationem, & in aerelibero Exercitium, quale quale demum æger ferre potuerit, huic Indicationi apprimè respondisse; spiritibus scil. quasi nova vita hoc pæcto afflatis, atque Organis Excretoriis ad pensum sibi debitum denuo revocatis.

Est etiam ubi absque omni istiusmodi θροφάσι, Intentioni isti quæ aquas evacuandas respicit, nec Catharticis, nec Emeticis satisfaciendum est: quoties enim vel æger constitutione est infirmiore, vel Fœmina Vaporibus atque ataxiis spirituum animalium admodum obnoxia; fieri non potest, ut Catharticis, & multo minus ut Emeticis res geratur. Hic itaque aquarum evacuatio Diureticis committenda est. E quorum familiâ, licet quamplurima in Medicorum scriptis magni sint nominis, efficacissima tamen (ne dicam sola) mihi videntur ea quæ è Salibus Lixivialibus sunt: neque quicquam refert, è quorum vegetabilium genere cineres petantur. Quandoquidem verò vix aliud vegetable Genista sit parabilius & in hoc morbo bene audiat, ego ut plurimum cinerum ejus:  $\frac{1}{2}$  lb. in Vini Rhenani lib. iiiij. frigide infundi jubeo, addendo foliorum Absinthii vulgaris pugillum unum alterumve. Liquoris per filtrationem colati  $\frac{1}{2}$  lb. manè, hora quinta pomeridiana, & sero, ægro jugiter hauriendas impero, usque dum tumor evanuerit. Quo solo Remedio Hydropses pro deploratis habitos curatos vidi, in iis quorum Crasis debilior Purgantibus feredis non fuit.

Aquis autem, (ut ad secundam Intentionem properemus) quæ sunt proxima causa morbi, jam penitus evacuatis, non nisi ad dimidiam Curationis partem

ut plurimum perventum est, nisi sanguinis etiam debilitati, quæ prima morbi origo fuit, occurratur longo & assiduo Medicamentorum *Calefacientium* & *Corroborationis* usu, unde novus aquarum proventus præcaveri possit. Quamvis enim in junioribus sæpe contingat, ut aquis ritè expurgatis sine alio quo vis præsidio convalescant, cum eorum calor naturalis jam ab aquarum onere ac pressura liberatus, dictorum Remediorum vices supplere valeat; tamen in ætate proverbiis, aut iis, qui aliâ minus sano corporis habitu sunt prædicti, omnino necesse est, ut statim ab aquarum eductione jam absoluta, ad eorum simplicium usum quæ sanguinem excalentiæ invigorantque, protinus confugiant. Inter quæ ea, quæ ego jam superius in *Podagrâ* curanda laudavi, sive ipsa Remedia spectent, sive sex *Res non-naturales*, præter illa quæ jam dicentur, locum habere possint: ) nisi quod *Vinum* à quo in *Podagra* prorsus est abstinendum, non tantum non noceat *Hydropicis*, sed & prolixi admodum, si pro potu ordinario usurpetur; ) Cùm hi duo morbi id habeant commune, quod eadem Remedia Corroborationis utriusque causæ originali adversentur. Faten-dum est interim, quod cum tam ex manifestis Phænomenis, quam à juvantibus & lædentibus edocti simus tum hos, tum alios plures *morbos Chronicos* sanguinis debilitati atque *indigestioni* ortum debere, nec ulterius progre-di valeamus, adhuc in extimo morborum cortice hæremus; nec in essentiales eorundem differentias, & specificas Humorum depravationes ab istiusmodi Indigestionibus prognatas, ( quæ quidem *a menœia* communis omnium stirps est) quimus penetrare. Ut neque varias illas specificationes, quæ in morbis Acutis ab una eademque causa, sanguinis nempe *inflammatione*, fluunt, ullatenus callemus. Quocirca tam in his quam in Chronicis morbis, cùm *Specificis* careamus, Curationem non ad Essentiale morborum naturam, sed ad causam eorundem magis generalem di-rigere cogimus; Curandi methodum subinde variantes, vel pro indicio naturæ spontaneo, quo in morborum eliminatione illa uitetur; vel experien-tia, cui porissimum Medicationis generi quilibet morbus facilimè concedat di-stantis, filum fecuti.

Porrò ad hanc, de qua jam agimus, Intentionem implendam, nempe ut san-guis corroboretur; sive aquarum evacuatio per hoc Diureticum, sive per Cathartis, vel etiam Vomitionem procuretur ut supra, omnino necesse est, ut æger, quantum res ferat, *Vinum* potare teneatur dum in curando est, ( modò nè prius incipiat *divortiary* quam meatus quadantenus reclusi fuerint, & porta aquis data) vel talitem loco vini Cerevisiam aliquam è gene-rosioribus; cum liquores tenues ac refrigerantes quilibet, utrū ægri palato ar-rideant, qui ferè semper in hoc morbo siticulosus est, eum magis Phlegmati-cum reddant, & aquis obstercentur: tardò itaque, aut nunquam hi sunt concedendi. Atque è diverso liquores generosi, modò non sint spiritus per distillationem eliciti, usque adeò sanitatem promovent, ut vel sibi aliquan-do amissam revocaverint; utique in morbi initio, nondum multâ aquâ di-stento abdomine; præsertim si *Herbis calefacientibus* & confortantibus fuerint

imprægnati. In Pauperibus, verbi gratiâ, quorum res angusta domi, meliora remedia non permittebat, *Cerevisia fortis*, in quâ quantitas sufficiens *Radic. Raphan. Rustic. fol. Absinth. vulgaris, Cochlear. hortens. Salvia. Centaurii min. summitatum Genista inclusa* fuerit, meo consilio usurpata pro potu ordinatio, sola fuit instar omnium: Pro ditionibus Vinum *Canarinum* eisdem herbis amaris potest similiter imprægnari, cujus haustulus bis terve de die inter Medicamenta suprà memorata deglutiendus est. Vel si id palato minus allubescat, *Vinum Absenthites* vice ejus substituatur, de quo æger sumere possit cochlearia ix post *Electuarii Digestivi* ( in *Tract. de Podagrâ* descript.) 3ij. horis medicinalibus, i. e. manè, quarta pomeridiana, & nocte, devorandas. Electrarium hoc huic intentioni faciendo satis, Corroborantia quælibet Medicamenta longo post se intervallo linquit alia. Hic vero magni momenti est, quod æger parcè admodum bibat liquores istos, qui minus generosi sunt; quandoquidem omnes, qualescumque demum sint, aquis nonnihil incrementi dant; adeò ut vel omnimoda abstinentia à potu nonnullos sanaverit: atque ob eam causam si liquoribus istis quandoque indulgendum sit, æger tamen admodum parcè eos bibat, Veruntamen cum sitis magna huic affectui se comitem adjungere soleat, quam insuper à potu tenuiori abstinentia adaugeat, è re erit, ut æger saepiusculè aquâ frigidâ *Spiritu Varioli* acidulatâ os colluat, aut *Tamarindos* in ore subinde teneat, aut *Limonem* manducet; neutrum verò deglutiens, præ eorum frigiditate qua morbo minus convenient.

Verùm inter *Corroborantia*, *Chalybs* in *Hydropis* incipientis curatione haud infimum locum sibi vendicat, sanguinem videlicet invigorando, calefaciendoque. Quam ob causam & *Allium* hic adeò conducit, cum eo solo, missis evacuantibus, *Hydropem* ex aliquum præscripto, non meo, depulsum novet.

Est enim observandum, eum *Hydropem* qui vel pedes tantum inflavit, vel etiam ventrem, sed modicè, non statim Curationem per Emetica & Cathartica sibi depositare; sed hujusmodi liquoribus præfatis calefacientibus & corroborantibus haud raro cedere. At verò præ cæteris serio animadvertisendum est, quod quoties hunc morbum solis corroborantibus, vel etiam Lixivialibus aggredimur, æger nullo modo expurgandus est sive mitiori, sive fortiori quocunque Pharmaco, tantisper dum sanguinis corroborationi navatur opera: evertet enim Catharticum quidquid Corroborans substruxerit; quod vel invitus agnoscat oportet qui observaverit tumorem, qui ab usu Corroborantium jam imminui cœperat, mox à Purgatione augeri. Etenim tametsi cum Intentioni isti aquas educendi satisfacere cupiamus, haud abs re fuerit, etiam Corroborantia subinde exhibere; tamen cum tota res in isto solùm cadiue vertitur, ut sanguis corroboretur, omnino necesse est, ut à Catharticis abstineamus.

Notandum est autem ægrum non semper sanari, quamvis utrique Indicationi satisficerimus, i. e. tum Aquæ in abdomen congestæ omnino eductæ fuerint, tum etiam Calefacientia & Corroborantia postea ad præcavendum no-

vum aquarum proventum fuerint exhibitis. Etenim non raro contingit, ut *Af-*  
*cites* ad multos annos perdurans, diurna aquarum in viscera incubatione eo-  
rum substantiam perverterit, & quasi semi-coixerit; & tam ipsa viscera quam par-  
tes vicinas corruperit penitus, glandulas præternaturales & Vesiculos fanie-  
turgidas generans, & omnia intra abdominis cavitatem contenta in putrilagi-  
nem quasi quandam convertens: prout in eorum cadaveribus, qui ab Ascite  
inverteato sunt interempti, Sectio patefecit. Morbus ad hunc gradum jam  
proiectus, Aris subsidia, quantum video, contemnit. Nihilominus Medicæ  
est, cum certò scire nequeat, quantum adhuc noxæ visceribus illatum fuerit, cu-  
tationem omni epe moliri Remediis tam Evacuantibus quam Corrobantibus:  
& neque animo ipsius cadere, neque a gro ut cadat autor esse debet. Cui rei  
ob hanc potissimum causam danda est opera, quoniam in permultis Affecti-  
bus, morbi formite jam penitus exantato, Natura, quæ noctes atque dies  
nostris rebus invigilat consulitque, sponte sua mirum in medium machinatur,  
quo ægrum à perniciiosis morbi reliquis muniat ac tueatur. Quamobrem om-  
nis Ascites quantumlibet inveteratus, & quantumlibet funestam cladem  
visceribus intulerit, haud alio modo tractari potest, quam si nunc primum oc-  
coperit.

*Topica* sive *Remedia Externa*, quantum ego observare potui, nihil egregium  
in hoc morbo præsterunt unquam. Ea minus saltem nocere, quæ in forma  
*Cataplasmati*, sive *Linimenti* abdomini ad tumorem discutiendum fuerint  
applicata: Neque tamen video, quo pacto aquæ possint discuti. Verum &  
alia sunt à nonnullis Remediis loco præscripta, quæ ita non prosunt, ut etiam  
obsint plurimum: Hujusmodi sunt *Unguenta* è *Catharticis* fortioribus confecta,  
arque abdomini adhibita; *Vesicatoria* item cruribus & tibiis superimposita, ubi  
cutis in magnam molem fuerit protensa, ad aquas scil. hoc pacto educendas.  
Utrumque hoc genus Medicationis est periculosum; cum à primo vis simpli-  
cium Cathartica ita penitus nonnunquam musculis ac membranis impingatur,  
ut excitetur Hypercatharsis, nulla Remediis ope unquam fistenda. *Vesicatoria*  
autem locis prædictis ab Empiricis applicari solita, calorem naturalem jam  
fermè aquis obrutum, deficientibus item spiritibus Animalibus; omnino extin-  
guunt, & *Gangranam* [ plus satis in hoc casu familiarem ] sæpenumero invitent.  
Etenim vulnus vel levissimum in Hydropicorum carnis, maximè in membro  
pendente, sanatu difficultimum est: quoniam ipsa carnis substantia his in par-  
tibus usque adeo irrigua est & scatens latice, ut data quacunque porta, continuo  
cursu prorumpat humor, à quo vulneris conglutinatio impeditur. Neque aut  
feliciori cum eventu, aut minore discriminé administrantur, me judece, sive *Para-*  
*senesis*, sive *Apunctura* à nonnullis celebratae, quam Vesicatoria.

Ut tandem finiam; quamvis hic morbus ubi jam in verum *Ascitem* evaserit, pro-  
deplorato semper habens fuerit; attamen constabit, quod si dicto modo tractetur,  
nequæ certò potest subjugari ( modò viscera à corruptione sint libera ) ac alii per-  
multi qui non ita funesti vulgo estimantur.

At si quis forte arguerit hæc *Remedia*, utpote simplicissima & planè inartifi-  
cialia,

cialia, ego potiori jure ejus nequiciam arguam & improbos mores ; si dum tingatur alios hujusmodi simplicibus Medicamentis juvati, se, uxorem, vel liberos suos, si quando ægrotaverint, vel vilissimis ad sanitatem reduci exoptet. Adeo, quod fucum sibi facit Morio, *Equitans in arundine longâ*: etenim Artis Medicæ pompa & dignitas non tam in Formularum concinnitate & elegantia, quam in Morborum Curatione cernitur.

Atque haec sunt, quæ de his duobus morbis dicenda habui : & nisi fallor alios haud attingam unquam. Verum ista quod spectat, quæ hactenus in publicum dedi, si quis ea semel tantum perlegere dignetur, est quod doleam me huic eam perdendi temporis ansam præbuuisse : Quod si eadem sepius relegere voluerit, & altâ mente reponere, nullus dubito, quin cum fructum ex iis capiet, qui voto & magnis laboribus quos ego in ipsis observationibus faciendis componendisque locavi, aliquatenus respondeat. Quæ quidem quam bonâ fide fuerint traditæ, haud aliter scier, quam si in eorum Praxi fuerit versatus, ac perinde in observando diligens ac curiosus Explorator atque Ego prius fueram. At si in paucis iis quæ scripsi, Naturam, me quasi manu ducentem, omnino secutus fuerim, nullius unquam Hominis, quantuscumque is demum sit, opinionibus me addicens, pro certo habeo sapientes, quoquot sunt, veniam mihi saltem datus, quos & latere non potest duo esse hominum genera, qui profectum omnem in Arte Medicâ ex æquo prohibent, sufflaminantque : Primum ii sunt, qui nullum prouersus symbolum ad eam, quam profitentur, Artes excolendam ipsi conferentes, illis succendent qui vel minimum conferre videantur; defectus interim suos atque socordiam, Reverentia, quam antiquioribus, à quibus ne latum unguem discedere audeat, deberi contendunt, specie prætexentes. Querimus vero reliquas artes omnes, quæ homines minus tangunt juvantque, magna inclemencia sumptuose fateamur, etiam sine ullâ priscomum hominum injuria, solam autem Medicam undique perfectam existimemus ? An non certioris istius quæ nunc obtinet, navigandi Artis Repertores, eum *Pyxidio Nautico* usum, qui ita feliciter cessit, tentare potuerint, nisi primos ac rudiores illos, qui non nisi ad stellarum conspectum, & littorum anfractus cursum suum dirigebant, prius contempserint ? Aut accurasier illa ac magis perfecta, sive construendarum navium, sive earundem in pugnâ regendarum, Ars, quâ hodie præ certis pollent Europæ magis Occidentales incolæ, istos fugillat Naupagos, qui classes eas fabricabant, quæ olim *Altii* depræliabantur ? Aut *Augustum & Martium Antonium*, tanti belli duces & classium Rectores, ignominia afficit ? Adhæc innumerâ ferè sunt exempla rerum à nuperis hominibus inventarum, quæ Antiquioris seculi inventis longè antecellunt : quantum omnium Repertores haud potiori jure priscomum memoriae vim inferre censendi sunt, quam is filius patris famam lädere putandus est, qui rem familiarem à Parente acceptam, industria ac solertia suâ audaciem ac cumulatiorem reddiderit. Est & aliud hominum genus, qui præ animi levitate, ingenii ac sapientiae haud vulgaris titulum affectantes, *Speculationes* ad morborum Curationem nihil.

hilum facientes, molestè ingerunt; Medicis non tam viam præmonstrantes, quam ignibus suis fatuis devios in errorem agentes. His Natura cum ingenii modum largita est, quo de illa doctè Nugari queant; at prudentiam non dedit, qua intelligent se eam haud aliter scire posse, nisi experientia Indice, atque ejus peplum revelanti: quando abjectior humanae naturæ conditio ad scientiam *Intuitivam* nullatenus assurgens, intra angustos cognitionis, quam à quinque sensibus haurire potest, limites coarctetur. Unde nihilominus vir *Prudens*, quantum fert sors humana, quis potest evadere, *Philosophus* verò, saltem pro angustiori hujus Nominis Majestate, nemo Mortalium evadet unquam. Medici autem *Philosophia* omnis in Explicandis Morborum Historiis, iisque Remediis adhibendis quæ; *experienciam* Indice ac *Magistra*, eodem valent depellere, tota stat; observata tamen, ut alibi dixi, Medendi Methodo, quam recta ratio (non speculationum commentis, sed trito & naturali cogitandi modo innixa) ei dictaverit.

*Postscriptum.*

**L**Etor mihi veniam concedat, si unum haud parvi tam in dignoscendis quam curandis Febribus momenti hic adjiciam, quod nisi memoriae mihi exciderat, loco magis suo dicendum fuerat. Observavi, quod singulis annis ab hyeme inguenti usque ad ver adultum, *Febris* quedam invadit, quæ tam quoad Symptomata quam curationem à *Stationaria*, sive *Febre Epidemicâ* Constitutionis generalis, quæ tum obtinet, planè discrepat, proindeque in febrium, quas *Intercurrentes* appello, classem recensenda est. Frigiditati æris una cum crassitie ac humiditate ejusdem illa originem suam debere videtur: Hinc enim pori cutis occluduntur, & sanguis ob impeditam transpirationem colluvie serosa oneratur, quæ tandem inimica facta, ac diuturniore morte putrescens, facilè à suscepto frigore, vel à levi aliquâ occasione febrem accedit. Si materia morbum commitens copiosa admodum fuerit, ea febris emergit, quam sub titulo *Peripneumonia notba Libro de morbis Acutis, Sectione sextâ, Capite quarto* descripsi. Sin autem humor iste minus scateat, ea solummodo symptomata producit, quæ jam sum descripturus. Äger per diem unum vel alterum post primum febris insultum nunc incalescit, nunc friget: de dolore capitum atque artuum cum inquietudine quadam totius corporis conqueritur: Lingua alba appetet: pulsus sanorum pulsui non admodum absimilis: urina turbida est & intense rubet: sanguis ei detractus Pleuriticorum sanguinem æmulatur: Tussis fermè adeat; sed respirationis difficultas, thoracis coarctatio, & dolor capitum inter tussiendum quasi idem diffiliret, dictæ tussi, (sicut in *Peripneumonia notba* solent) se non adjungunt, proindeque cum notis insignioribus peripneumonicis hæc febris haud stipuletur, licet à dicto morbo non nisi gradu dissideat, *Febrem Hyemalem* indigitare luet.

Hic morbus, eti prīmo ejus insultu symptomata solummodo à frigore suscep-  
to orta, p̄t se ferat, si tamen malè tractetur, longam ineluctabilium ma-  
lorum catenam post se trahit, quæ tandem mortem ipsam accersunt. Etenim  
cūm Āger lectulo incaceratus fuerit, & Cardiacis nescio quibus ad sudore-  
rem eliciendum, ac proinde ad febrem solvendam (quod tamen raro perfici-  
tur) muletatus, delirium, Lethargus, pulsus languidus & inordinatus, lingua  
arida, maculae rubentes, & quandoque ad livorem aliquantulum accedentes  
sæ è s̄epiūs hanc febrem comitantur. Hæc atque hujusmodi symptomata,  
eti nonnullis pro malignitate, ut loqui amant, imponant, revera tamen rei  
malè gestæ sunt adscribenda. Cūm enim hæc febris suapte naturā plus satis  
inflammatione polleat, sanguis adhuc ulterius Cardiacorum, & jugi lectuli uſu  
incenditur: unde spiritus in confusionem, ac motus inordinatos inconditosque  
adguntur, atque materiā morbificā in cerebrum impulsā in pessum ruunt omnia.

In hac febre pellenda hunc mihi scopum propono, ut exundantem scilicet  
illam pituitæ colluviem ob hyemis analogiam congestam venæsectione revel-  
lam, & repetitā Cathartis subducam. Hæc ut fiant, ubi primū accesor,  
sanguinem è brachio dextro ad ſix vel x mitti jubeo. Die sequente blandam illam  
potiōnem purgativam, mihi in praxi familiarem exhibeo. Ut *Z. thamarind.*  
*Z. ſol. ſenna* *Zij. rhubarb.* *Ziſ. Cog. ſ. q. aq. ad ſij.* *Colatura diſſolve man-*  
*na* & *fyr. rosar. ſol. an.* *Zj. m. ſ. f. poſo, ſumenda ſummo mane.* Hanc potio-  
nem per duas alias vices repeto, die uno inter singulas purgationes interpo-  
ſito, modò symptomata omnia citius non disparuerint: Et noctibus inſequen-  
tibus Paregoricum ex syr. de meconio *zj.* propino. Diebus à Purgatione va-  
cuis, modò Tuffis adſit, *Decoctum Pectorale*, & *Elegma ex oleo amygdala-*  
*rūm dulciūm*, *fyr. Capill. Veneris* & *violarum* ſubinde assumenda precipio.  
Atque ad nimium sanguinis fervorem reprimendum, si febris magnopere  
aestuet, *Emulsionem ex ſeminib⁹ frigidis* præſcribo; ut *Inlapism seq. U. Aq.*  
*Nymph. Portulac.* & *lactuc. an.* *Ziſ. syr. de limonib⁹* *Ziſ. syr. viol. zj.* *M. f. Julap.*  
*de quo bibat ad libitum.* Interim ut æget à lecto interdiu ſibi temperet, in-  
jungo, ut & à carnis eſu: post primam verò, vel ſecundam purgationem  
haſtulum jufculi tenuis ex pullo gallinaceo facti ſubinde assumendum concedo.  
Veiu n hoc notandum, si symptomata quævis graviora, ut respirationis diſſic-  
tas, dolor capit⁹ inter tuffiendum lancinans, malum hoc ad Peripneumoniam  
notham propiūs accedere indigere, hoc in caſu tam venæsectione, quam Ca-  
thartis eosque debit⁹ intervallis ſunt iterandæ, donec symptomata omnia  
penitus evanuerint, & æget eo modo quem Capite dicto descripſimus, ſedulò  
tractandus. At non niſi perquam raro febris, de qua jam agimus, ad eam  
ſævitium affurgit, ut post unicam Phlebotomię, & tres Purgationes pluribus  
evacuationibus indigeat.

Sed de hoc ſatis, quod tamen mihi neutiquam reticendum videbatur, quo  
minus errante diagnosi febris hæc *hyemalis* pro *Stationariâ*, ſive febre  
*Epidemica generalis* cuiusvis *Constitutionis* habeatur, cūm ingentem ho-  
minum vim ob hanc rem vel neglectam, vel ignoratam periisse certò  
ſciam.



SCHEDVLA MONITORIA  
DE  
NOVÆ FEBRIS INGRESSU  
PER  
THOMAM SYDENHAM, M. D.

*Accedunt ejusdem*

De Febre putrida Variolis confluentibus superveniente;

*Et*

De Miectu sanguineo à Calculo renibus impacto,

DISSERTATIONES

V I R O

Tam Virtute quam Eruditione undique consummato.

CAROLO GOODALL, M. D.

Coll. Med. Lond. Socio.



*Um ea, qua de Febre presentis hujuscce Constitutionis nuper  
observaram, in publicum edere statuorem, Tibi, pra ceteris, Vir  
Ornatissime, opellam hanc meam dicandam esse censui; idque ob  
duas potissimum rationes mihi faciendum videbatur. Primum  
quod cum amicissimus mihi sis, comes inservius lateri semper ha-  
bisti, meque tuo iuvasti patrocinio contra omnes quotquot se mihi  
nisi objecerant. Quod non tam mei ipsius gratia prestabas, quam ex inchoato  
generoso Peclori honesto, hoc est, ex magno probeque Animo, qui tibi Author fast,  
ut Veritati à te cognita compertaque assentiri haud dubitares, etiam cum omnes fe-  
re omnium, qui rem Medicam tractabant lingua in me unum exaceruerentur. Quibus  
tamen non est quod irascar, [nec irascor sane] quandoquidem cum tot nequam Me-  
dicastri cerebrosa sua somnia & figmenta venditantes, quo famam sui laius  
flangerent, toties mundo imposuerint; fas omnino erat, ut Viri ingenio & ju-  
dicio praditi, non statim & sine examine ea admitterent, que ego jam recepto  
Praxos mori plurimam adversantia in medium protuleram. Quo non obstante*

cum nihilo tibi minus debeam, mearum partium esse duxi, gratiosa animi mea in te affectum omnibus testatum facere: quando vix alia virtus naturam humanam ad profectus ultimas metas evectam, hanc deceat magis. Nam sicuti Reges eos quibus facient, titulis & honorum insignibus illustrare, atque alios spectabiliores reddere satagent; ita natura quies hunc vel illum humili turbam ac grege hominum excimere voluerit, Gratitudinem, seu excelsioris Genii notam ac characterem solet imprimere. Altera Ratio cur hec tibi potissimum inscribam haec est: quod sc. pro familiari illa & quasi quotidiana consuetudine, quam jam per multos annos invicem habuimus: Tibi imprimis, plusquam cuiquam mortalium, novera esse oporteat, quanto cum labore Novitas illas, quantulacunque, tam Historia quam Curationis Morborum, de quibus palam differni, indeptus fuerim. Quae omnia non simul & semel euulgavi, sed interposito annorum aliquot intervallo, prout in aliqualem eorundem cognitionem pervenire tandem possem. Itas verò Observaciones meas ita mancas & imperficias esse iudico, ut me magis earum pudeat, quam ut ullam exinde laudem mihi queram. Vix res habeat, illud saltem in mei excusationem potest adferri, quod licet 30 annorum, & quod excurrit, spatium, quibus ego non indiligenter in morborum observations versabar, sufficere posse videatur ad maiorem, quam in eorum cognitione ego feci, profectum faciendum; attamen haud temere affirmo, quod licet hoc temporis spatium plus quam sufficiat ad Cerebrum Theorematis & Commentis fictiis, ex Authorum libris collectis, (que omnia non magis ad morborum Curationem faciunt, quam Pingendi Ars ad Artes Navigandi) plane obruendum, attamen ne quadruplicatus quidem horum annorum numerus, etiam in homine occupationibus medicis distractissimo, satis erit ad eundem in omni Medica Artis, quaqua patet, circuitu rite perficiendum. Ego saltus pro meo modulo omnem quam posui operam istuc coniuli, ut Observaciones quam accuratissimas colligerem, quas sine mora puto mandandas curavi, ut si quid utile haberent, id statim Publico cederet. Quidam in re cum meo munere, pro virili, defunctus jam mihi videar, acquiescit animus meus, nihil porrò sollicitus, quo in loco ab aliis habeantur mea scripta. Hoc tantum addo, quod sicut si quis ea neglexerit, mihi nihil nocuerit; ita qui semel tantum perlegerit, haud multum exinde proficiet. Sed ut bac missa faciam. Obscoro te, Humanissime Vir, ut Tractatulum hunc aqui bonique consulas, quo testatum esse volui, quanto te bonore prosequor; quod pariter faciunt etiam tu omnes, quibus longè minus quam in his perspecta est virtus tua. Neque iure merito existimare quis potest, me qui tui nullatenus indigo, tibi assentari, cum palam proficear; Quod sicuti in eaque exerces Arte, nemini secundus sis (ut modeste loqueris,) ita merum integritate, honestateque nondique absolutissima, omnes ferè quorum ego consuetudine unquam usus fuerim, superes. Diu vivas post mea fata, & in latricâ palmarum feras; non tam ad numeros posteriorum usui corradiendos (qua quidem ratio, si cum sequente conseratur, animam ferè Brutorum redolet) quam ut secundo tandem aliquando detegas, quibus modis ista in morbis personandis difficultates, sub quibus Ars Medica hactenus gemit & succumbit, vinci queant. Quod dum moliris, istis qua ego primis ieci fundamentis, si modo libet, possis superstrenuere. Ita tamen, ut errata

in qua ego fortè inciderim, pro more humano, in meis Observationibus sive Historiam sive Curationem hujus illiusve morbi attinentibus, ubi ab annosâ & repetitâ Experienciam melius fueris edictus, liberè ac palam arguas. Neque hoc pæcto defuncti ejus memoriam lades, qui in vita cum esset, nihil prius habuit quam ut Ars Medica à quoconque denum promoveretur, non tam eruditus de Morborum naturâ commentationibus, (quibus ad nauseam & fastidium usque jamdiu exemplum) quam certâ fidâque eorundem curandorum Methodo. Vale, Vir Optimo, & amare perge.

Tibi semper Addictissimum

THO. SYDENHAM.

Excellentî & in re Medicâ Admirabili Viro

D. THOMÆ SYDENHAM, M. D.

Qui capacem nobilis artifex  
Eludis Orcum; quò tamen ibimus  
Cuncti, quos humana Parentes  
Et decima tulit ordo Luna;  
Præsens fugacem sistere Spiritum,  
Præsens maligno tollere de toro  
Mortale Corpus, & propinquum  
Exequis removere Morbam:  
Quem Nos honorem, quas statuas Tibi  
Ponemus, O cui non alium parem  
In arte Phœbus, se remoto,  
Aut oriens videt aut recumbens?  
Quo Febris audax cunque movet pedem,  
Te Mater omnis, Te lachrymabilis  
Accurrit Uxor, nè caducum  
Oba virum puerosque plaret:  
Seu Confluenies fori timet notas  
Decor a Virgo; Tu faciem eripis  
Periclitarem protegisque  
Perniciem juvenum futuram;  
Atqui odit aries & Tua poula  
Hares profusus, quem simul excusat  
Ad spem implicatus vel Febrile  
Igne Pater, vel Hydropsis Unda;  
Mirè parat m. Te Medico, Senex  
Procelat Urnam, non sine gloria

Phœbi Tuâque, qui fugasti  
 Pollicitum sibi magna morbum.  
 Sic Te scientem non faciunt Libri  
 Et Dogma pulchrum; sed Sapientia  
 Enata rebus, mensque facti  
 Experiens, animusque felix.  
 Non Mille Plantæ & multa domi Vira,  
 Ignesque Centum aut Hypothesis placens  
 Profunt Medentii vel Coercent  
 Sava Luis mala, sava Febris;  
 Ni pectus adsit consilii potens;  
 Ni plena rugis Experientia  
 Ususque naturam secutus,  
 Quid faceret moneant in aurem.  
 Hec Praxis olim grande decus Sacra  
 Adduxit Arti; Sic Veterum stetit  
 Secura fama; sic prævit  
 Hippocrates, meruitque Cælum.  
 At non eandem sorte pari viam  
 Pressit Galenus; Non Arabes Virum  
 Æquè sequuti; non Falernâ  
 Usque madens Paracelsus uad.  
 Primus relicta Tu genium afferis  
 Fidemque normæ: En Diva Tibi Salus  
 Applaudit & ridens Juventus,  
 Vitaque non metuens Sepulchri,  
 Ex quo vagantem scripta manu Tuâ  
 Correxit Orbem Pagina nobilis:  
 Longum Illa Morbos, Tibique  
 Perpetuum patefecit avum.  
 Jam siqua restant, Eja frequentibus  
 Concede votis; Nos juvenilium  
 Vulgus Medentum, Nos avarâ  
 Qualibet excipiems aure.  
 Fortè & futuro tempore quispiam  
 Poeta, Musis charior, aetheri  
 Te sidus addet, Te salubre  
 Sidus, & in Crisibus benignum.  
 Me destinantem talia Chymicae  
 Curæ reposcunt: Me Medicus labor  
 Et Spes locate non vacare  
 Pieris patinuntur undis.

ED. HANNES.  
 Ex Aede Christi, OX.  
 SCHE-

## SCHEDULA MONITORIA

DE

## NOVÆ FEBRIS INGRESSV.

**T**Amersi ingravescens jam ætas, & à diuturnis morbis pænè confecta, missionem à Cogitandi penso, Meditationeque intensiori vel eo nomine sibi jure postulare videatur; atamen non mihi tempero, quin vel propriæ sanitatis dispendio, alienam curare satagam: populares scilicet meos admonens de subingressu Novæ cujusdam Constitutionis, à qua pendet Febris Nova species à nuper grassantibus multūm abludens.

Memoriâ recolendum est, quod in Autumno, Anno 1677. Febres Intermittentes se primum exerebant, quæ quotannis increbrescentes, & ~~enim~~ factæ, donec ad suum statum live ~~enim~~ pervenerint, postmodum sensim decrecabant; & postremis hujus Constitutionis annis ita raro apparebant, ut pro Morbo Epidemico vix, ac ne vix quidem haberi potuerint. Quā de re pariter animadvertisendum est, posteriores duos Constitutionis jam excun-  
tis annos Hyeme rigidissimâ fuisse infestatos; penultimum maxime, nempe Annum 1683. in quo Ita enormi Brumâ intemperies desæviebat, ut nemo quisquam viventium illi parem, vel intensissimo eo frigoris gradu, vel prælongo temporis tractu, viderit unquam. Quippe quo Thamesis, Nobilis fluvius, ita prævalido gelo compaginabatur, ut Curruum circumcurrentium rotas, officinas ad Platearum modum mercibus refertas, ac numeroſissimam hominum frequentiam, solidi instar pavimenti, facile sustentaret. Subsequens Annus 1684. licet nec intenso frigoris gradu, nec pervicavi duratione, præcedentem exæquaret, non tamen multūm ei utrobique cessit. At cum pri-  
mum exolveretur gelo Anno 1685. mense Februario, exorta est Febris ista, de qua jam agere institui; quam quidem ego novam Febris speciem esse arbitror, atque Febri, quæ per octennium ultimū prægressum invaluit, esse protinus dissimilem.

An hujusce Constitutionis mutatio mutationi manifestatum aëris qualita-  
tum, quæ per binas has hyemes successit, tribuenda sit, ego non satis scio; quam pro comperto habeam alterationes quod sensibiles Annorum qualitates, utcunque dispares, morborum Epidemicorum species non protulisse; & certam annorum seriem, quantumlibet annus unus ab alio, externâ facie & temperamento discrepaverit, nihilominus omnes in eadem Februum Stationarum specie producendâ convenisse. Quod cùm seriò animadverterim, epini mihi subiit, prout à me alias dictum suit, Constitutionis mutacionem à secreta aliqua abditaque alteracione in terræ visceribus Atmosphærā omnem

omnem pervadente, vel à Corporum Cœlestium influxu aliquo maximè pendere. Tametsi hic est notandum, quod valedicente nobis olim Febre Depuratoria, siccissimum ac vehemens gelu ab initio hyemis 1664. omnia constringerat; nec quicquam remisit, donec mensis Martius adolesceret; quo quidem tempore, quamprimum fatiscente gelu terrâ solveretur, mox Febris Pestentialis, postmodum ipsa Pestis grassari cœperunt. Ut ut verò hoc se habeat, Febris, quam nunc tractamus, jam dicto tempore primùm se ostendit, nempe Februario mense 1684. & tām præcedente anno, quam eo, qui jam agitur, per omnes Angliae regiones latius vagata est; longè magis & *Epidemias* aliis in locis, quam hīc Londini defæviens.

Ubi primū ad hanc Febrem vocarer, omnino existimabam, illam non ex eo genere Febrium fuisse, quas ego Stationarias appello; sed potius ex intercurrentium familiā, quæ singulis ferè annis promiscue adoriantur. Non aliud scilicet morbi genus esse rebar quam Peripneumoniam illam Notham, quam Libro de Morbis Acutis olim delineaveram. Unā hāc intercedente discriminis notā, quod in hac Febre subinde non comparebant Symptomata in Peripneumonia magis Pathognomonicā, qualia sunt Tussis vehementior, Cephalalgia inter tussiendū fævillima; & quasi Caput difficiens, Vertigo à motu quolibet, & Dyspnæa ingens, quæ omnia Peripneumoniam Notham fere comitabantur. Cum itaque Librarius novam Tractatuum meorum Editionem eo tempore solicitaret, visum est conjecturam tunc meam, in qua me hallucinatum fuisse jam sentio, in formā Postscripti publico dare, in quem quidem errorem me induxit ingens consensus, quo Febris hāc cum dictā illā Peripneumonicā luculenter conveniebat, quæ nullā non hyeme subinde occurrit. At cum æstate superveniente, quæ Febres illas Peripneumonicas solebat fugare, hāc nihilominus perseverareret, statim erroris mei commonitus, Febrem hanc ad novam Constitutionem redigendam omnino censi.

Symptomata diligentí quantum potui indagine comprehensa, hāc fere sunt, & olim fuere: Äger per vices calore & frigore tentatur; sæpen numero & caput, & artus dolore queritur; pulsus sanorum pulsui non absimilis est; Sanguis è venis eductus Pleuriticorum sanguinem haud ratiæ æmulatus; Äger ut plurimum laborat Tussi, quæ quidem quād ab hyeme longius invadit morbus, tantò citius, unā cum aliis Symptomatis Peripneumoniam mitem & boni moris comitantibus, recedit. Dolor collum, & fauces [hic verò levior quam in Angina] sub primum morbi insultum quandoque occupat. Febris tametsi profluis continua sit, sape tamen Exacerbationes molestissimas ingrante nocte apportat, non aliter ac si duplex foret Tertiana, sive Quotidiana. Äger jugem in lecto decubitum quantumlibet levissimè stragulis coopertus sit, non sine magno suo periculo experitur; Febre enim exinde in Cerebrum versā vel in Coma, vel in Phrenesin facilè incidit. Et, ut verum fatear, ita proclivis est in hoc morbo ad Phrenesin lapsus, ut persæpè suā sponte, nullā ejusmodi datā ansā, illico subreat. At non eo excandescētiæ & furoris ascendit. Phrenitis in hac Febre, atque illā, quam Variolis atque aliis Febribus correpti

correpti laborant; quinimò æger potius tranquillè delirat, in congrua sùbinde effutiens. Ab intempestivo Cardiacorum usu, & regimine paulò calidiore Petechiae sèpius efflorescunt, & in juniores calido temperamento præditis, maculae etiam purpuræ, certissimum summæ Inflammationis indicium, tam in hoc, quam in alio quovis morborum Acutorum generc. Quandoque eruptiones Miliares, quas vocant, in superficiem corporis se dispergunt, Morbillis haud multum absumiles, nisi quod rubent magis, & quando recedunt, squamulas istas furfuraceas, quæ in Morbillis cernuntur, haud relinquunt: licet hæ sponte suâ nonnunquam ingruant, sèpius tamen Lecti calore & Cardiacis extorquentur. Lingua ægri pro ratione imperati Regiminis, vel humida est, vel sicca. Ubi inatuerit, fusci est coloris in medio; quam partem undique cingit fimbria inalbescens. Ubi verò humida est Lingua, omni ex parte alba est, pelliculâ item scabrà & alba vestita; Nam si æger ab adhibito regimine plus justo incalescat, lingua ferè est fulsa & arida; sin minus, humida est, & alba. Idem de sudore dicendum est, qui pro ratione diversi regiminis præfati dimauat. Nam si calidius tractetur æger, ferme viscosus effluit, è capitis præsertim regione. Quantumvis autem sudor copiosè, & undequaque erumpat, parum tamen ex eo levaminis sentit æger; unde liquet ejusmodi sudores symptomaticos tantum esse, criticos non esse. Primis morbi diebus sudoris ex arte provocatio, materiam morbificam si non in caput, saltem in artus solebat depone. At ubi jam caput Febris occupavit, & Phrenesis semel invaluit, nulla restant Febris iudicia, nisi quod pulsus nunc citior est, nunc tardior; tandem verò, cum ex re malè gestâ spiritus in confusionem omnimodam adigantur, pulsus inordinatus cum subsultu membrorum subingreditur, quem non ita diu post mors excipit.

Curationem quod spectat; ista Peripneumonizæ signa quæ hanc Febrem comitabantur *Februario* illo anni postremi, quo primum emergebat, statim ab hyemis exitu fidem, ut dixi, mihi fecere, eam prorsus in Peripneumonicarum familia censemdam esse. Ac proinde me statim contuli ad usum Methodi istius, quam olim laudaveram in Curatione Peripneumonizæ Nothæ, & Auctario suprà memorato. Quæ quidem Methodus satis feliciter cessit, tum mihi, in paucis illis, quibus medicandis per adversam valetudinem meam vix sufficiebam, tum etiam aliis, qui, me Authore, eandem experiri haud aspernabantur. Quicquid verò id demum fuerit, quod hanc mihi Methodum suaderet; jam mihi satis compertum est, quando & morbi Phænomena, & ultimi Anni qui binas rigidissimas hyemescepit, perpendo temperiem [ Hyeme præsertim, si modo Hyems dici possit quæ nullum frigus notabile secum adduxit; ] mihi inquam constat, hanc Febrem nihil esse aliud, quam simplicem Sanguinis Inflammationem; ac proinde Indicationes Curativas ad dictam Inflammationem debitiss Remediis & methodo reprimendam, omnino dirigendas esse.

Hunc itaque ductum sequens, primo loco sanguinem è brachio dextro

ad  $\frac{3}{2}$ x educi volo. Neque sanè Febris hæc (utut sanguis emissus Pleuritico-  
corum sæpiissimè sanguinem æmulatur) reiteratam Phlebotomiam facile tol-  
let. Sin autem respirationis difficultas, dolor capitis inter tussiendum  
lancinans, &c. malum hoc ad Peripneumoniam notham propriùs accedere in-  
digent; hoc in calu tam venæctio quām catharsis eousque sunt iterandæ,  
donec symptomata omnia penitus evanuerint; prout Capite de Peripneu-  
monia tradidi. Atque hoc diligenter animadvertisdam volo. Vespere  
Epispisticum seu Vesicatorium Nuchæ appono. Sequentे Aurora, leni-  
tivam hanc Potionem exhibeo.

**4. Tamarind.  $\frac{3}{2}$ ʒ.**

Fol. Senn.  $\frac{3}{2}$ j.

Rhabarb.  $\frac{3}{2}$ ʒ.

Cocq. f. q. ag. ad.  $\frac{3}{2}$ j.

in Colat. dissolv. Mann. C. syr. Rosar. solutiv. an.  $\frac{3}{2}$ j. Ms. F. Potio,  
sumenda summo mane.

Quod quidem Catharticum etiam alterius diebus repetendum præscribo,  
donec tertiam vicem expleverit. Horā somni post Catharsin toties, que-  
ties Paregoricum hoc vel simile injungo.

**4. Ag. Paralyseos  $\frac{3}{2}$ j.**

Syr. de Meconio  $\frac{3}{2}$ j.

Succi Limon. recenter extracti cochl. ij.

Mj. F. Haustus.

Id scil. cavens, nefortè ab agitatione & tumultu, quem in Febricitantium  
sanguine & humoribus Purgantia sæpe excitant, æger ex spirituum Anima-  
lium confusione, Comatosus fiat. Quod quidem Symptoma Medicamen-  
tum Hypnoticum, quantumlibet contrà facere videatur, procul amoli-  
tur. Qia de causa ego in Febre Comatosa Anni 1673. Catharticum propi-  
nare non ausus, in Clysterum usu substebam, certò scieas Remedia Pur-  
gantia eo tempore usurpata, illoco Comata adduxisse. Quod fortean aliter  
evenire potuisset, si Paregoricum usurpatum fuisse post talem Catharsin mihi  
in mentem venisset. Ubi verò Purgatio celebrata non fuerit, Hypnoticum  
horā somni nullatenus est concedendum; nè sc. Cathartici postridie deglutien-  
di operationem ac vim (quod fieri solet quantumvis serò assumatur ilud) sus-  
flaminer, vel si non in solidum retundat, efficaciam tamē inminuat. In hac  
aut aliâ quavis Febre Epidemica, statutum mihi est alvum non turbare in  
principio statuere morbi, nisi Venæctione præmissâ. Quæ quidem pra-  
xeos Regula susque deque habita aut violata quamplurimos Orco addixit,  
infantes maxime, prout alias in cautelam monui.

Observandum est autem, quod licet plurimum Evacuationes omnes præ-  
fatae in hujus Febris Curatione usurpari debeant; sæpe tamen æger, maximè  
li Juvenis aut Infans fuerit, post eductum sanguinem unâ Catharsi defunctus,  
statim convalescit, nec pluribus fatigandus est, Febre primo purgantis Re-  
medii imperu expugnatâ. E contra verò nonnunquam opus est ut alvus  
ad

ad plures quam supra diximus vices sollicitetur. Quandoque enim, licet id raro evenit, Aegro è Febre jam dicta methodo liberato, recrudescens materiae Febrilis post dies aliquot morbum postliminio reducere videtur, quem tamen purgatio quartâ vice repetita raro extinguit. Tametsi in hac methodo nova hæc Febris raro accedit nisi ab Aphthis quæ sub exitu Febris praecedentis supervenire, & quaer jam ad statum auctæ eam denud revocant. Quæ quidem Febris Symptomatica tantum est, & Singultum per intervalla redeuntem sepenusme no post se trahit, qui etiam sublatâ Febre per dies aliquot perseverat; at pro ratione redintegratarum Aegri virium sponte tandem evanescit. Quod est diligenter animadvertendum, quandoquidem ex Singultu sub finem hujusce Febris accedente nihil ægro periculi est, nisi officiosè nimis & inutiliter multaingerantur remedia: quod si fiat, Mors pro Medio est. Veruntamen Aphthæ quam Singultus, vel horum utervis, si non sponte facessat, sed in longum tempus decurrat, facile fugantur usu *Pul. Corticis Peruviani*; neopè 3j. *Corticis cum syr. Papaver. Rhæad. q. s.* in forma Electuarii, vel Pilularum redactâ, eaque methodo assumprâ quam olim tradebam Epistolâ ad D. D. Brady, superbibendo haustum lactis deflorati. Quod remedii genus experientia deprehendi certius in hoc casum scopum attingere, quam aliud quodvis etiam celebratissimis, modo non frustrantur ejus vires (quod fieri solet) ex iugi ægri in lecto decubitu.

Diebus à Purgatione liberis sequentia vel his similia nonnunquam praescribo.

4. Conserv. *Lujula* & *Cynosbati* an. 3j.

*Conserv. Berberum.* 3j.

*Cremoris Tartar.* 3j.

Cum s. q. syr. è *Limonibus F. Electuarium*, de quo capiat ad magnitud.

*Nucis Moschat. ter. in die superbibendo seq. Tulap. cochl. vj.*

4. Aq. *Portulac. Lactuca Paralyf.* an. 3ij.

*Syr. de Limon.* 3j.

*Syr. Violar.* 3j.

*Mf. F. Tulapium.* vel :

4. Aq. *Font. Hb. Aq. Rosarum*, *Succ. Limon. Sachar. albif.* an. 3ij. Cog. lento igne dum despumaverint cap. 3ij. ad libitum.

Verum in his omnibus spiritum Vitrioli; et si summè refrigerantem, semper devito, utpote qui, cum egregiè stypticus sit, minus convenit morbis omnibus quorum Curatio purgationi innititur; ut in hoc loco mineralm laujus spiritus naturam haud memorem.

Sæpenumero hic accedit, maximè Febre jam ad finem vergente, ut æger dum hæc Methodo tractatur, nocte subinde sudore sponte prorumpente diffluat: à quo admodum mitigantur universa morbi symptomata. Quo non obstante, cum hujusmodi diaphoresi fidendum non sit, supradicta Methodus nullo pacto est intermittenda; quandoquidem si æger ad longius temporis spatum istis sudoribus indulget, Febris quam Purgationes praecedentes quadam-

tenus subjugaverunt, denuo vires resumet. Si enim diaphoresis ista pretrahatur ultra tempus illud quo particulae Febriles Coctione debitâ præparatae, prorsus difficiantur; qui post insequuntur Sudores non ad aliud faciunt quâm ad inflammationem de novo accendendam. Quamobrem licet Sudores isti qui sponte manabant, Critici fortasse fuerint, quoad materiæ Febrilis ejus quæ expulsioni jam parata est, eliminationem, alii tamen qui post illos eliciuntur, Symptomatici tantum esse possunt, atque adeò officere magis, quâm prodesse. Verbo dicam: Hujusmodi sudoribus noctu sponte suâ prodeuntibus, opportunè fayet lecti per noctem lenis calor; quare stragula nec plura, nec densiora illis quibus sanus assueverat, ægro agerantur; nec exhibeantur Medicamenta quævis excalafacientia: lectulo tantum indulget æger aliquantulum solito diutius manè subsequentem; & postea pergit in suprà descriptâ medendi methodo.

Dixæta expulticula avenacea est, vel juscuso hordeaceo, cum pomo subinde ad ignem cocto, atque etiam post secundam purgationem juscuso tenui ex Pullo Gallinaceo. Pro potu ordinario Cerevisiam tenuem nullatenus perfectam injungo, ut & Decocatum Album (quod appellant) ex 3j. C. C. ubi in aq. Communis  $\frac{1}{2}$ ij. cocti, & postea sacchar. albiss. edulcoratum.

Post Catharsia bis celebratam nulla suadet necessitas, ut alio loco adnotavi, Pullorum carnis aut similibus Eueptis ægro interdicere, cum hæc per purgationem medicatio ea indulget, quæ non poterant concedi, si alii viæ insisteretur. Atque porro post ultimam purgationem modo Febris aliquantulum deflagraverit, & intermittentis typum nundum prorsus induerit. Vini Canarini cochl. tria vel quartuor manæ & sero, ut & post prandium; per dies aliquot propinentur, quo & uires cirius instaurentur, & febriles avertantur accessus.

Cum autem hæc Febris species præ cæteris quas mihi unquam videre contigit, cerebrum petere quasi apta nata sit, nec sine ingenti tum molitione, tum ægri periculo, inde queat deturbari; ægros meos sollicitè moneo ne se nudos lectalo, nisi noctu tantum committant: Quod si usque adeò debilitati à morbo fuerint, ut erecto corpore sedere nequeant, permitto ut vel super lectum, ipsum, vel super grabatum, vestiti jaceant, capite paululum elevato; nec sino ut focus sit luculentior in cubiculo, quâm cui æger tunc cum sanus erat assueverat.

Atque ut hoc Regimen omnino tenendum est ab initio in singulis hæc Febre correptis (si foeminas, in primis Puerperii diebus decumbentes excipias,) ita necessariò est imperandum, ubi ad ægrum quem ob regimen justo calidius, Phrenesis, Petechie, aut Purpureæ Macule obsederunt, aut alia quævis effigiatæ inflammationis indicia, accersitur Medicus. Hoc enī in statu, quantumlibet sanguinis detrahatur, quantumvis leviter tegatur corpus, quicunque demum liquores Refrigerantes ingerantur, non priùs sedabitur Febris; quâm æger se lectalo interdiu abstinnerit: Cum calor circumambientis aëris inter stragula conclusi, sanguinem plus satis exagitetur, & prosumberentis cor-

pozis situs vehementiori impetu eundem in caput impingat. At hic ubi Phrenesis ob methodum imperitorem semel invaluit, nec subito deleri potest, nec tutu*a* est repetita ultra limites præscriptos vel Phlebotomia vel Purgatione, ejusdem curationem aggredi, tandem verò suo tempore suaque sponte, ope dicti regiminis recederet. Ad quam tamen amo vendam nihil perinde confert, atque ægri caput radi: quod itaque semper præcipio, nullum Emplastrum admovens, sed Pileolum tantum quod ablatum rasurâ Capillitium spissitudine quadantenus compenſet, aut saltem Caput à frigore externo mu-niat. Hac Methodo Cerebrum refrigeratur admodum, & recreatur, ita ut sensim calidas impressiones Phrenesin excitantes queat vincere.

Et quæ de Phrenitide hic dicuntur, de Comate etiam huic Febri superveni-enti dicta sunt, in quo ut in dicta Phrenitide materia Febrilis in caput sursum fertur, ac proinde si lingua albedinem excipias, nulla adsunt febris sig-na, at æger Apyrexia proflus frui videtur. In hoc pariter affectu ac in alio, Cathartica, sudorifica, vesicatoria atque id genus alia non tantum nullo cum fructu, sed ne quidem sine maximo periculo usurpantur; istiusmo-di enim evacuationes mortem s<sup>e</sup>pius quam symptomatis hujus curationem ad-sciscunt. Quamobrem post evacuationes generales per venæsectionem & purgationem factas, quantumlibet hoc symptomata astantes perterrefaciat, tota res naturæ & temporis committenda est. Licet enim stupore æger diu labo-rarit, post aliquatenus multos tamen dies pristinam sanitatem recuperabit, modo lecto non perpetuum affigatur, sed de eo eximatur iudicis, & supra grabatum vel etiam lectum vestitus decumbat. Interim autem abradatur caput & sub af-fectus finem vini canarini cochl. tria vei quatuor bis in die exhibeantur. Sed de hoc fusius egi in *Sectione quinta & capite secundo, lib. de Morbis Acu-tis*, ubi de Comate quodam insigni Febi*m* constitutionis illius comitante, differui.

Quoad Febrem autem haud deterrendus est Medicus à faciendis prædictis. Evacuationibus, si forte membrorum subsultum, vel motum Convulsivum in ægri corpore perficiat, dum pulsus tangitur; quandoquidem in quibusdam generis Nervosi affectibus tam Vene lectio quam Purgatio, etiam s<sup>e</sup>pius repetitæ non tantum non nocent, sed & necessariæ sunt adhibendæ. Cujus rei experimentum à me factum in medium profero, nempe in quadam Convulsionis specie quæ *Chorea Sancti Viti* vulgo appellatur; quo morbo handi pauciores quinque laborantes & vidi, & sanavi ipsem, & Vene sectionibus & Purgationibus, per intervalla celebratis. De quo morbi genere cum & mihi opportunè occurrat, & eorum quæ jam assero, veritati luculenter astipuletur, pauca dicere non gravabor. *Chorea Sancti Viti* Convulsionis est species, quæ ut plurimum pueros puellæs à decimo ætatis anno, ad puber-tatem usque invadit; primò se prodit claudicatione quadam vel potius instabilitate alterutrius cruris, quod æger post se trahit fatuorum more; postea in manu ejusdem lateris cernitur, quam hoc morbo affectus, vel pe-~~stigi~~ vel alii alicui parti applicitam, nullo pacto potest continere in eodem situ.

vel horæ momento, sed in aliud situm, aliquaque locum convulsione quædam distorquebitur, quicquid æger contrà nitatur. Si vas aliquod potu repletum in manus portigatur, antequam illud ad os possit adducere, mille gesticulationes, Circulatorum instar exhibebit; cum enim poculum rectâ lineâ ori admovere nequeat, deductâ à spasio manu, huc illuc aliquamdiu versat donec tandem forte fortuna illud labris propriis apponens, liquorem drepente in os injicit, atque avidè haurit, tanquam miscellus id tantum ageret ut deditâ operâ spectantibus risum moveret. Cum Affectus iste ab humore aliquo in nervos irruente quorum irritatione istiusmodi motus præternaturales producuntur, pendere mihi videretur; Indicationes Curativas primùm ad humores illos tam venæ - sectiones, quam Purgatione minuendos, dein ad corroborandum genus Nervosum omnino dirigidas censebam. Quem in finem hâc utor Methodo. Sanguinem ex ægri brachio ad 3vij. plus vel minus pro ratione ætatis, educi jubeo. Die sequente vel dimidiā partem, vel quiddam amplius [pro ratione vel ætatis, vel etiam majoris minorisve corporis ad subeundam Catharsin aptitudine] Potionis Purgantis Communis suprà descriptæ ex Tamarind. Foll. Senn. &c. exhibeo. Vespere haustum seq. propino.

**4.** *Aq. Cerasor. Nigr. 3j.*

*Aq. Epilept. Langii. 3ij.*

*Theriac. Androm. vel. 9j.*

*Laudani liquid. gutt. viij.*

*F. Haust.*

Potionem istam Catharticam ad tres vices alternis diebus repetendam præscribo, & Haustum pægoricum iisdem noctibus. Postea sanguinem rursus extrahi curo, dein ut ad Catharsin, uti priùs, æger revertatur. Atque ita alternatim sanguinem mitto, & subduco alvum donec ægro venæ ter quatérve fuerit incisa, & post singulas venæ - sectiones, toties fuerit purgatus, quoties, vires ferre posse viderentur: eo tamen temporis spatio inter alternas evacuationes diligenter observato, ut nihil inde periculi ægro immineat. Diebus à Purgatione vacuis, sequentia præscribo.

**4.** *Conserv. Absynth. Rom. & flavedinis Aurantiorum an. 3j.*

*Conserv. Anthos 3ß.*

*Theriac. Androm. veteris, & Nuc. Moschat. condit. an. 3ij.*

*Zinzib. condit. 3j.*

*Syr. c. succ. Citri q. s. f. Elect. de quo cap. ad magnitud. Nucis Moſchat. manè & horâ quintâ vespertinâ. superbibendo Vini sequentis cochl. v.*

**2.** *Rad. Paeoniae. Enul. Campan. Imperator. & Angelica an. 3j.*

*Fol. Rute, Salvia, Betonica, Chamœdr. marrubii albi, & summitat.*

*Centaur. minor. an. m. I. Baccar. juniper. 3vj.*

*Cort.*

Cort. duorum Aurantior. Incidantur & infundantur frigide in  
Vini Canarini h̄vj. Coletur. tantummodo tempore usū.

24. Ag. Ruta ʒiv.

Ag. Epilept. Langii & Bryon. cōpos. an. ʒi.

Syr. Paeonia ʒvij.

Mf. f. Julap. cap. cochl. iv.

Sing. noctibus cubitum iturus, instillando C. C. gutt. viii.

Applicetur plantis pedum Emplastrum ē Caranna.

Quanto magis convalescit æger, tanto minus pedem dicit; tanto pariter & diutius, & constantius manum in eodem situ continens, & Scyphum ori magis directā viā admovet: quæ certissima sunt indicia quantum profecerit in sanitate redintegrandā. Ad quam quidem consummātūs perficiendam, licet author nos sim ut plus ter quaterve ut plurimū sanguinem emittat æger, attamen Remedia Cathartica & alterantia eousque in usum sunt revocanda, donec rectissimè tandem valeat. Et quoniam qui hoc morbo temel laboravit facilē recidivam pati possit, è re fote existimo, ut pertundatur ei vena, & ad dies aliquot purgetur, vel eā ipsa tempestate anni sequentis, vel paulo antequam Morbus primō invasit. Sane haud multum abest quin huic Methodo Epilepsiam Adulterorum cedere posse autem, modo Remedia præscripta ætati eorum rite adæquentur; tametsi, cùm non nisi perquāraro hic morbus mihi occurrit, non adhuc idem sum expertus. Sed de hoc obiter. In fœminis affectionibus Hystericis obnoxisi quandoque accidit, quod ubi Cutatio Evacuationibus dictis commissa fuit, Febris post Venæ-sectionem & purgationes istiusmodi iteratas etiamnum duret procurratque. In hoc casu Febris, quæ jam urget spiritum commotioni ab evacuationibus excitatæ durationem ejus plane debet, ac proinde jam aliis omnibus poshabitis Indicationes curativæ, modo signa Peripneumoniae & inflammations circa partes vitales absit, ad quietem spiritibus inducendam & eorum orgasmum secundandum omnino sunt dirigendæ. Quem in finem singulis noctibus Paragoricum, quod vigiliis debellandis par sit exhibeatur, atque etiam medicamenta Hystericæ propriè dicta bis vel ter in die injungantur, qualia sunt pilulæ ex Galbano, Assafetida, Castoreo & similibus, & jalapia ejusdem indolis in cap. de affect. Hyster. descripta. Insuper ad vires instaurandas & vapores, quos dicunt, suppressandos concedatur ægræ talibus viettare, tam quoad cibum quā potum, qualia Appetitū maximè convenienti.

Jam diximus, Febris hanc rūm anno ultimū clapsō, rūm maximè hoc ipso qui nunc currit; exacerbationem quandam sub noctem quotidie addūcere, Paroxysmo Febris Intermittentis non absimilem. Quamobrem Medi- ci illi qui usū didicerant omnes illas Febres, quæ vel minimum intermitte- bant

bant [sæpe etiam quæ ne intermittebant quidem] per illam annorum seriem ab An. 1677. ad initium An. 1685. à Cortice Peruviano certissimè fūgari, eodem remedio hanc etiam Febrem adoriebantur. Quod quidem licet iudicio Rationis suffragante tentarent, non tamen æquè feliciter illis cessit, atque prioribus istis annis plerumque cesserat. Mihi enim quantum potui diligenter perquirenti compertum fuit, etiam magnam Corticis quantitatem exhibicam, ratiōnē ægrum à morbo liberasse. Idque ita perraro, ut quoties restitueretur æger pristinæ sanitati, ego id magis fortunato aliqui Morbi eventui, quam Corticis viribus tribuendum arbitraret: ita penitus Cortex descivit ab illa sanandi vi & certitudine, quā prædictis illis annis pollebat. Febris istam intelligo, quā cum nobis impræsentiarum res est, quæ Quotidianam aliquatenus imitatur. Ubi vero Tertianæ Genuinæ, vel alternis diebus invadentis, Typus reperitur, Cortex Peruvianus perindè hodiè atque olim ægris opiculatur. Unde liquido constat hanc Febris ab istis Constitutionis prioris toto cælo distare. Cum ne hilum quidem Corticis usū hīc proficiamus; cumque hæc ē Vino & Cardiacis, aliisque Calidis exasperetur magis; quibus omnibus cum Corticis usū olim satis conveniebat quin & cum ipsa Febre.

Porrò notandum est, quod grassante hâc Febre, per æstatem omnem, maximè illam anni jam currentis, morbis persæpe non tam Pathonogonicis Febris signis, calore sc., inquietudine, &c. quam ventris Tormenibus, nunc siccis, nunc dejectionibus, se ostendebat. Cūm nihilominus sub hac larvâ ipsa hujuscem tempestatis Febris delitesceret, in qua exhalationes sanguinis inflammatoriaz, non pro more solito, in externum corporis habitum protrudebantur, sed introrsum per Arterias Mesentericas in viscera inferioris ventris, sive Intestina; & nonnunquam etiam per arteriarum Cœliacarum ramos in Ventriculum deponebantur, quæ quidem exhalationes Vomititionem excitare soleat, præcipue statim ab ingestione sive potu sive nutrimenti cuiusvis solidioris: Quamvis autem hæc Febris sub dictorum Symptomatum specie & formâ delitescat, omnino tamen genuinâ illâ Methodo, quam suprà dedimus, expugnanda est, perindè ac si usitata hujus Febris facie compareceret, idque tam ratione venæ-sectionis, quam repetitæ Catharticæ. Nisi quod hīc animadvertendum sit, quod quoties Febris eò usque Ventriculum infestet, ut æger potionem rerinere nequeat, Pilulae Cochiae Majores [quæ ad dñj. exhibita nunquam non per viscera sibi exitum patant] loco Potionis leniter Purgantis substitui possit. Devorentur vero Pilulae horâ quartâ Matutinâ, ita ut æger superdormiat.

Tum etiam Hypnoticum dosi paulò largiore est concedendum v. gr. Laudani solidi Londinensis gr. 18. cum simili quantitate Majisches in duas Pilulas redacta eadem nocte deglutiuntur; vel etiam Laudani liquidii gutt. 18. vel 20. in ʒi. Aq. Cinamom. Hordeat. aut alio quovis Vehiculo gerasioiore; quod Ventriculus hujus tum viribus corroboratus, tum minori quanti-

quantitate non irritatus, ad medicamenti rejectionem minus insurgat. At si quovis modo Potio Purgans, & Diaecodium in Vestriculo queant retineri, dictis Pilulis, & Laudano omnino præferantur, cum officio suo fungantur, corpore minus quam ex Pilulis excalcefacto.

Cum autem de Torminibus Vestrīs mentionem fecerim, monēdi hīc mihi sunt Populares mei, quanto cum periculo, prout frequenti observatione didici, *Aqua Minerale* in Vestrīs Torminibus quibuslibet, vel Diarhoeā, vel Vomitione, vel Affectu alio quoconque, quem à Febre oriri vel suspicari possimus, præscribi soleant. Quandoquidem in tam subtili & spirituoso morbi genere ac Febris extat, ejusmodi Medicamenta Mineralia ita omnia conturbant, ut loco eorum Symptomatum quæ Febrem ex more usitato comitantur, accidentia prorsus anomala adducant; nec quicquam interea ad Febris extirpationem conferant, quod me diu sèpèque observasse memini.

Illud interim omnino observandum est, utpote quod ad quamplurimos ab Orci fancibus liberandos pertineat, quod non obstantibus iis quæ sèpè jam tradidimus, quotiescumque prædicta ventris Tormina ad *Dysenteriam* usque confirmatam (in qua præter illa Tormina Materia quedam mucosa una cum sanguine per sedem excernitur) promoventur; hīc mihi periculosissimum esse constat morbum aggredi protractione illâ Methodo, quæ evacuandos primū, dein contemperandos acres istos humores, esse docet [ut de Remediis Astringentibus, variis generis, & variante formâ intro assumptis, tum & clysteribus nunc Abstergentibus, nunc consolidantibus subinde injetis nihil dicam, (cùm Experiencia didicerim *Dysenteriam* & certissimè & celerimè curati, si missis ambagibus, Fluxus Laudano confessim sistatur. Ita enim atrox & vehemens est hicce morbus, ut, si *Dysenteria* jam confirmata adhuc purgare satagas, perquam metuendum sit, ne *Dysenteria* sumptis inde viribus in præcepis lata, ægrum præ incredibili fermento, quoconque te posse verteris, diutius excrucier, vel etiam vitâ spoliēt. Advocatus itaque, guttas circa xxij. Laudani liquidi in Aq. Epidemicâ vel Aq. Mirabili, vel aliâ sumili protinus exhibeo, bis intra horas 24. reperendas; vel etiam hoc sèpius statis intervallis, si nempe Dosis jam præscriptâ, manè ac serò tantum usurpara, tam torminibus Vestrīs, quam Dejectionibus cruentis, rite compescendis par non fuerit. Dejectionibus paululum incassatis, vel Jane magis consistentibus (quod primum sanitatis sìnox recuperandæ indicium est,) & fugatis Symptomatis, tutissimum arbitror, ut æger aliquantis per in usu prædicti Remediī manè & serò capiendi perseverer, guttulis aliquot indies demptis, donec eo amplius non fuerit opus. Animadvertisendum autem est diligenter, quod ægrum diutius ab usu Paregorici lectulo affigendum curo, cum situs quilibet paulo erectior cerebrum facile conturber, nisi æger somnos post in lecto satis longos captaverit. Diætam quod attinet; si æger vi no priùs assueverat, Canareuse concedo, probè tamen aqua dilutum, in qua panis crustulum fuerat decoctum; & quam frigidam in hunc usum in lagena

asservandam jubeo, ut in promptu sit ubi uinum est contemperandum. De coctum Album, è Cornu Cervi usto in Aqua fontana, hic etiam assatum epotum prodest. Pro victa jusculum Hordeaceum, vel è pullorum carnis elixis; ovum sine testa coctum, vel aliud quodvis ex Euepepis in primos dies sufficiet. Deinceps verò tum ad liquores magis generosos, tum ad alimentum uberiorius solidiusque paulatim ascendendum, ne scilicet nimia vacuitas sive exinanitio, vel morbum à quo convaluerat, vel alia Symptomata, quæ exinanitio solet pàrere, denuò reducat. Veruntamen hoc est adnotandum, quòd licet in constitutione jam regnante, Laudanum solitarium suo Marte Dysenterias subjugabat; in istis tamen Annis, in quibus Dysenteriae Epidemicæ grassantur, & cæteris præludent morbis, non abs re fuerit illas primum Evacuationes quas in Capite de Dysenteria olim descripsi, in usum revocare.

Et sicuti in radicata illa Dysenteria modò dicta, ita etiam in hoc qui sequitur casu, fieri non potest, ut Curatio Methodo illa quæ Febrì unde primus ortum duxit, debetur, illico possit expediti. Verbi gratiâ. Nonnunquam usu venit, ut quis rigore atque horrore corripiatur, calore & frigore per vices alternantibus, quæ sunt haud mendacia Febris jam imminentis indicia. Derepentè viscerum tormentibus, à materia febrilis irruptione ac insultu gravissimè discruciat. Ager cum venam ferire, & alvum repurgare debet, ad normam suprascriptam, ad Medicamenta nescio quæ Calefacientia, tam intro assumenda, quam extra applicanda se confert: eo sc. animo ut flatus, quos hujus mali fontem esse auguratur, his mediis discurtiat, donec tandem augefcente dolore & visceribus diuturniori morâ quasi impacto, motus intestinorum Peristalticus quo ex natu. & ordine omnia deorsum propellere debent, inverti occipit, & inclusa omnia sursum tendunt, unde ager sævissimo cruciatu torquetur, & provocatur ad Vomitionem, malo jam in Iliaca passione definito. Hic in Medendi ratione quam Febris quæ hujusc Symptomatis Causa erat Antecedens, sibi postulabat, ulterius procedere nequit Medicus, quam ut sanguinem ex ætri brachio semel extrahendum præcipiat: etenim quot & qualiacunque demum Cathartica propinaveris, ea statim Emética fieri, atque ita sursum inversum viscerum motum magis promovere solent; cum ut plurimum vix fortissima quidem Medicamenta Purgantia vel minima eorum pars intestina permeare valeant, ac sedem petere. Rebus sic stantibus consultissimum esse arbitror brachii venam primum pertundere; mox interiectâ hoīa unâ alterâve, Clysterem aliquem ex iis qui potentius operantur injicere, ego fumum Nicotianæ sive Tabaci, ex Tubulo inverso, per vesicam majusculam, in intestina validissimè influffatum, Enema omnium quæ mihi innotescunt hactenus efficacissimum esse duco. Qui etiam post momum aliquam reiterari potest, nisi prior immisus, solutâ alvo, meatus derisum versus reseraverit. Huic autem Remedio Symptomate haud cedente

omni-

omnino necesse est, ut Catharticum paulo fortius ac ~~dysenterorum~~ in usum veniat, ut ut difficile fuerit exinde viam facere: Ut,

## ¶. Pil. ex duobus gr. xxv.

Mercurii dulc. &c. cum s. q. Balsam. Peruv. f. Pil. n. iiiij. cap. è cochl. uno Syr. violar.

nullum insuper liquorem assumendo, ne minus retineantur. Sin autem æger hoc Remedium per os rejecerit, hæc methodo procedendum.

## Laudani lig. gut. xxv.

## Aqua Cinnam. fortis ʒ. 3.

infillatae statim propinentur; & interjectis aliquot horis idem Paregoricum reperatur. Cum verò horum usu vomituritio ac ventris dolores remiserint, tunc Catharticum priùs dictum iterum exhibeat. Hoc enim tempore idem sub Laudani tutela assumptum retinebitur, ac suo tandem defungetur munere. Verùm si Anodynorum virtute ac vi jam penitus infraestis, vomituritio ac dolor iterum redierint, Cathartico interim in corpore restitante; in hoc casu, ex dejectionibus per inferiora spe omni imprimatur abjecta, ad usum Paregorici supra descripti revertendum, idemque eosque reperendum quarta vel sexta quaque hora, donec intestinis quies omnimoda inducat, ac proinde motus eorum naturalis deorsum versus restituatur: quo quidem tempore Catharticum, quod hactenus ob contrarium intestinorum motum in corpore sisteretur, jam operationem suam per sedes exeret, quantumlibet ex tam repetito narcoticorum usu planè contrarium effectum iri videatur. Quod & ipse dum hæc scriberem in Generoso quodam Ileō savissimò laborante expertus sum; cui tamen postea ex nimis longa tam humorum morbum committentium, quam acrum Catharticorum retentione, Aphtha supervenire, sed quæ satis facile debellarentur usu Corticis Peruvianis supra descripto; ut & os sæpe colluendo cum sequente Gargarismate.

## ¶. Succi Pomorum agrestium ʒ. 3.

## Syr. de Rubo Idaeo ʒ. 1.

At cùm jam ductus isti pro naturæ lege, denuo pateant, ægro liberum est, ut ad dies aliquot ferietur à Purgatione, donec scilicet tumultus numeri in visceribus excitatus, omnino resederit; quod tempotis spatiū humorum calori & acrimonie diluendis contemperandisque satis commode impertiri potest. Quo facto Catharsi alternis diebus, ut supra, repetendæ vacare debet, si vel minima adhuc restent Febris vestigia. Sed de hoc satis.

Si infans hæc Febre laboret Gargarisma, tum hirudines duas utrinque pone aures applicentur.

Dein Emplastrum Epispasticum posteriori cervici admoveatur.

Cum Cerevisia in qua Rhabarbarum fuerit infusum purgetur,

Si post Catharsin Febris intermittere videatur, tum *fulgium cum Cort. Peruv.* (in cap. de Febre Intermittenti, pro Infantibus descriptum) exhibetur.

Hoc in loco insuper est animadvertisendum, quod licet *Infantes* huic Febris generi æquè cum *Adultis* obnoxii sint, ac proinde pari cum illis Methodo curandi, nisi quod pro ratione ætatis, minor sanguinis quantitas est detrahenda, ac *Catharsis* tum eorum æratulæ accommodanda, tum etiam forte ratus celebranda [sæpe enim & *Infantium* & *Juniorum* morbus à primo vel secundo saltem *Cathartico* prædominabitur;] nihilominus serio adverendum est, an quæ hoc modo tractatur Febris pro certo hujuscæ Constitutionis fuerit, non vero alterius speciei, quod diligenter perquiri debet in Febribus iis quæ *Infantes* corripiunt, in omnibus quibuscumque annorum Constitutionibus. Vulgo enim notissimum est *Infantes* à doloribus ex dentitione ortis, sæpius in Febris agi, quæ haud ita facile ab alterius generis Febribus internoscuntur. In harum ego Curatione diu multumque angebar, neç nisi nuperis his annis, certò mihi persuadere potui quemlibet ex illis qui meæ curæ concrediti, ad sanitatem restituti fuerunt, tam Arte quam Casu convalescisse, donec tandem de felici successu Remediis haud ita celebris, imò ob tritum ejus usum planè contempti, frequenter admonitus illud ipse quoque præscriberem; quod etiamnam præ cæteris quæ mihi innotescunt medicamentis optimè votis hic respondet. Eiusmodi verum est. Guttæ duæ, tres, vel quatuor spiritus C. C. pro ratione ætatis, in cochleari uao vel altero Aq. Cerasor. nigr. vel Julapii alterius appropriati, exhibeantur quarta quaque hora ad vices quatuor vel sex.

Est & Symptoma aliud Infantibus permolestum longè diversum & à Febribus variorum Annorum Constitutionum, & ab illa proximè memoratâ. Est vero Hæticæ species *Infantes* diu affligens, quâ infestati sine insigni aliquo calore languent, cum appetitus dejectione; & tam artus quam corporis truncus ubique emaciantur. Symplicissima quâ hic utor methodo, talis est. Rhei eleæti taleolatum incisi ȝij. in lagenam vitream duarum librarum Cerevisiæ tenuis capacem, subere mox probè obturandum, immitti euro, (vel in alio quolibet liquore quo pro potu ordinario uti solet infans;) quam Cerevisiam ira medicaram infanti tam noctu quam interdiu, & cum & fine cibo propinandam injungo. Epoto hoc liquore, duas alias libras Rhabarbaro eidem super affundi jubeo; quibus pariter exhaustis, alias adhuc duas pro tertia vice substituo; quo facto & Rheum vires suas amittit, & Infans morbo utplurimum liberatur. Ne tamen Cerevisia primùm astuta Rhei vi *Cathartica* saturatiū impregnata, justo vehementius alvum cieat, cautius agimus. si libra una epota alteram statim adjiciamus: post vero, recentem Cerevisiam non affundemus, nisi exhausta ea omni qua præs fuerat lagenæ inclusa.

Sed ut ad Febrem de qua nunc agimus, Constitutionis scilicet jam currentis, revertamur. Hoc sedulò observandum est, quod in hoc Febris genere (perinde ac in Rheumatismo & aliis morbis quamplurimis, quorum curatio solis evacuationibus absolvitur) si dictis evacuationibus pertinaciter insistamus, usque dura Symptoma omnia proculs ablegaverimus, sæpius

ægro non nisi Morte medebimur. Neque enim ita insolens est, ut Symptomata quælam leviora, & quasi effetae Febris Reliquæ aliquantis per etiam expirante jam morbo, perdurent; à quibus tamen nullum ægio recidivæ periculum est, quæque sua sponte pari passu quo sanitas reddit, abscedent. Quid quod jam reicitata Symptomata haud raro nihil aliud sunt quam reiteratarum evacuationum, quibus Medicus morbi curationem tentavit, vera progenies; si huic saltem addamus in causæ partem, exinanitionem illam quam ægræ à consuetis cibis potuque abstinentia superinduxit: quo omnia cum in corpora jam à morbis infirmata & pœnè confecta vim fecerint, Vapores, quos dicitur, haud aliter elevantur quam in fœminis, atque eandem plasè ob rationem ob debilitatum sc. & quasi disjectum fractumque Spirituum Animalium Systema. Quapropter post fastas, quæ tollendo morbo sufficere queant evacuationes, Prudentis Medici est, ab importuna eatundem ordinatione sibi temperare, & paulisper attendere quid Tempus Medicorum sœpè Felicissimus Optimusque, ad leviculorum istorum Symptomatum depulsionem conferre possit, quæ quidem sœpenumero, prout multoties repetita observatione comperi, à Pategorico duabus vel tribus noctibus assumpto, sine alio quovis apparatu, sub morbi hujusmodi exitu devincuntur.

Methodus jam laudata cæteris quas expertus sum omnibus, in hujuscce Febris curatione facile antecellit. Si quando verò Febrim non prossus tollat, id saltem agit ut intermittere cogatur; ac proinde Peruviano Cortici, qui hic nunquam non triumphat, confidendum tradit. Cùm autem Catharsis isthic imperata Curationi hujus Febris obesse nonnullis fore videatur, pro comperto affirmo, nihil ita certo atque ita potenter ægrum refrigerare atque Catharsin, post venæ sectionem [ quæ ubique præmittenda est ] celebratam. Tamen enim Medicamentum Purgans eo ipso quo lumen die, arque adeò inter operandum majorem impræsentiarum & in sanguine & in reliquis humoribus, quam qui ante fuit, tumultum excitet, & proinde Febrim intendatid; tamen noxæ emolumento mox inde subsecuturo plus fatis pensatur. Testatur enim Experiencia, Catharsin, modò post eductum sanguinem tentetur, quibuslibet aliis remediis felicius certiusque Febrém perdomare; tum quatenus feedam illam Humorum illuviem è corpore exigat, à quibus ut à causa Antecedente Febris accendebatur, vel si non antea peccabant ii, jam saltem concalcati, & à Febris ardore quasi cocti & constipati, ad ejusdem moram diurniorem multum faciunt; tum etiam quarenus Anodyno viam sternit, quod tutius longè certiusque officio suo fungitur, quam si humores peccantes, qui Pategorici vires aliter potuissent infringere, purgatione non fuerint eliminati.

At è contra sicuti Methodus illa quæ materiam Febrilem per poros cutis eliminare fatagit, minus habet certitudinis, ita plus habet & fastidii, & moris, utpote quæ morbus sœpius ad septimanias aliquot producitur. Cùm æger hoc modo primùm in ipso sepulchri margine (si forte Libilitam evitet tandem) constituantur, & per longum illum Febris decursum, denso Remediiorum agmina-

ne infestetur, quibus ea expugnantur symptomata quæ imperita Morbi tractatio advexit; dum Regimine & Medicamentis calidissimis tentatur Curatio ejusmodi affectus, qui pro genio suo, utraque horum frigidissima omnino depositit. Atque ita dum male sani homines Artis falso dictæ Regulis se mancipant; etiam spreto sensuum illis Reclamantium judicio, morbum ex sua natura brevem facilemque in diuturnum, & difficulter eruditè convertunt, omnia tumultu & metu conturbantes, & fluctus, quod ajunt, excitantes in simpulo. Quo facto non iis magis opus erat, quam est Nauclero, ut dum in mari libero navim possit agere, eandem inter cautes & brevia inserat; unde licet majoris peritæ gubernationis famæ comparande opportunitatem nanciscatur, servato in tanta desperatione naggio, viri Prudentis saltem nomen amitteret.

Has itaque ob causas, & prudenti, uti spero, fiducia affirmare lubet, quod dicta Methodus curationis per Venæ-sectionem & Purgationem expediendæ, plus alia quavis præstabit in Febris quamplurimarum specierum expugnandis. Licet enim Diaphoresis, propriè loquendo, naturæ ipsius sit Methodus, qua materiam febrilem foras protrudit, & præ certis maxime genuina sit, & accommodatissima, quoties natura suo reicta arbitrio dictam materiam primùm digerat, dein ritè coctam per corporis habitum blandè expellat, ( quem felicem Naturæ eventum Febres per sudores abigentis cum Medici Practici sèpe animadvertisserint, hinc ansam attripiebant Δογματικοὶ fidenter statuendi, Febres universas hac tantum Methodo, non vero aliâ quavis, profligare posse ac debere;) Quo tamen dato & concesso, Ars nihilominus, quantumcunque Naturæ imitationem præ se ferat, id saltē sibi privilegii arrogare nequit, ut Febris per sudores certo exigendis par sit. Primo enim nescit Ars quo pacto materia peccans ad expulsionem subeundam ritè præparanda sit; nec si hoc sciat, certa ulla habet indicia, quibus de hujusmodi debita præparatione possit moneri; unde etiam & tempus ciendo sudori opportunissimum ignorari necesse est. Temerarium vero sudoris, nondum peracta Coctione, provocationem, longè pericolosissimam esse, nemo opinor nisi pertinax negaverit; cum materiam crudam in Cerebrum impingens, oleum camino addat. Atque, prout alias etiam innui, saluberrimum illud Hippocratis Monitum, *Cocda non Cruda sunt Medicanda*, non tam Catharin, quam Diaphoresis ex Arte sollicitandam spectare videtur. Etenim neminem in ægris tractandis vel mediocriter versarum fugere potest, quam multi indies male multentur à Vetulis & imperitis Medicis, præpostero hoc Sudorificorum abusu: his enim more receptum est, ut si quis de rigore, & capitib atque ossium dolore ( quæ urplurimum Febris mox invaserit præludia sunt) conqueratur, exemplo illum lecto adjudicant, & sudoribus quoquo modo exrogiundis toti incumbunt. A quo importuno molimine tantum absit ut pæcavetur Febris, quæ forte vel sua sponte, vel eductis aliquot sanguinis Unis potuerat evanescere, ut è contra magis accensa vehementius exardescat, &

in morbum jam radicatum confirmatumque abeat, Illud insuper [ ut Veteras jam missas faciamus ] notissimum est, quod sicut sudores isti qui Febre primùm ingruente sponte erumpunt Symptomatici omnino sunt, nullatenus verò Critici; ita etiam qui primis Febris diebus Diaphoreticorum vi exprimuntur, nihil magis ad morbi Curationem plerumque conferunt quam solent alteri illi Symptomatici, ita præmatutè suā sponte manantes, hoc est ut plurimū, ne hilum quidem. Deinde verò sicut ignorat Ars opportunitatem illam temporis quā sudores eliciendi fuerint, ita pariter nescia est quamdiu in iisdem sollicitandis perseverandum sit. Quod si Diaphoresis ultra debitum tempus, quo scilicet materia morbum committens penitus fuerit exacta, protrahatur; humidarum istarum particularum, quibus sanguis diluendus coeterisperandusque erat, absumptio, febris tum morib[us] diutiori, tum incremento ministrabit. Constat itaque quam in lubrico res hic vertatur; cum ē contra penes Medicum sit alteram illam methodum quā materia febrilis per Phlebotomiam & Catharsin eliminantur, pro arbitrio suo moderari. Adde quod hoc etiam nomine hæc illi alteri anteponenda est, quod scilicet si forte Medicus propositum sibi scopum non attigerit in sanando ægro, saltem eundem in nullum discriminem adducit, quod in Diaphoreticorum usu contingit, nisi convalescat. Etenim vel calor letulo jugiter inclusi, cui præter solitum morem aliquandiu se addixit, (ut Cardiaca quæ in hac Medendi ratione locum semper obtinent, omitramus) naturæ teconomiam confundit, & convulsivos artuum motus, aliaque Symptomata prouersus Anomala adserit. Quæ sanè idèo delineari non possunt, quia sub morbi Historiam non cadunt [ quod in Symptomatis plerisque ad quemlibet morbum spectantibus usu venit ] sed à superaddito tumultu & confusione oriuntur, quibus sèpè opprimitur natura, quoties curationem Morbi hac Methodo aggredimur. Quæ quidem omnia vulgo Malignitati nescio cui solent Imputari.

Cujus de Malignitate [ sive Notionem, sive Verbum dixeris ] opinio[n]is inventio humano generi longè ipsâ Pyrii Polveris inventione lethalior fuit. Cum enim ea Febres præsertim Malignæ dicantur in quibus intensioris præcærteris Inflammationis gradus conspicitur, hinc Medici se ad usum Cardiacorum, & Alexipharmacorum nescio quorum contulerunt, quo scilicet per cutis poros expellant quod somniant *Venenum* [ hoc enim est dicendum, nisi malint verbis ludere, quam illad quod potest intelligi, serio propone; ] ex quo factum est ut Regimen calidissimum Methodumque huic patrem iis morbis adaptaverint, quæ frigidissima tum Remedia, tum Regimen præ cæteris sibi postulabant. Quod quidem satis arguitur tum in Variolarum, qui ex calidissimis in rerum natura Affectibus est, tum in Febrium aliarum curatione In quem errorem forte inciderunt ex conspectu Pterochiarum. Macularum purpurearum, & cæterorum id genus φαγομίτων: Quæ tamen omnia in plerisque subjectis, Inflammationi, æ gri sanguini jam diu plus satis à Febre accenso superinducto, omnino debentur. Ut pote quæ ratiō

rard sponte suā efflorescent , præter quam sub adventu Pestis ipsius : atque in inicio invasionis istarum variolarum Confluentium quæ summae inflammatis participes sunt. In hoc enim Morbi genere Maculæ liventes in variis corporis partibus unā cum Pustulis primū erumpentibus , comparent ; atque æger eodem tempore sanguinis excretione vel per meatus urinarios , vel cum Tussi per Pulmones , fatigabitur ; cùm ita valida exagitatione , atque orgasmō ab inflammatione orto , sanguis ferociat , ut diffractis jam repagulis , in cavitates corporis præceps ruat : Et licet Maculæ istæ purpureæ in hac Febre non à tam intenso sanguinis calore , qualis is est qui istiusmodi Hæmorrhagias excitat , ortum ducant ; ab eadem nihilominus inflammatione sed gradu remissori producuntur : & quoties ista sanguinis excretio (unicum in Variolis Symptoma cui devincendo nondum par est Ars Medica) non accedit , Refigeranti regimini facile cedunt. Quod si Maligaitatis præsentiam non tantum è Maculis Purpureis colligunt ; sed ex eo quod observaverint , Febris Symptomata subinde fuisse mitiora quām quæ ejus naturæ competere viderentur , ægrum tamen magis viribus occisum fuisse quām pro ratione temporis à quo cœpit ægrotare ; Respondeo omnia hæc exinde tantum procedere , quod Natura à primo morbi impetu quasi oppressa , devictaque , non satis valida est , ut Symptomata regularia & magnitudini morbi consona exerat , omnia verò phænomena prorsus sunt anomala. Etenim perturbata Oeconomia animali & quasi disiectâ , Febris exiade deprimitur , quæ obtinente genuino naturæ ductu , vigere solet. Cujus rei experimentum haud vulgare occurrisse mihi memini multis abhinc annis , in Juvene quodam ad quem accersebar. Quamvis enim fermè animam agere videretur ille , calor tamen in externis corporis partibus ita ad tactum sentiebatur temperatus , ut fidem mihi derogarent adstantes amici , quoties asserebam eum Febre laborare , quæ ob sanguinis oppressionem (cujus mole , exitu negato , quasi strangularetur ) se explicare & ostendere palam nequibat : quod si venam incidenter , Febrem illicò satis violentiam statim animadverterent. Apertâ venâ , & sanguine paulo copiosius educto emicuit Febris , quæ vehementiorem mihi nondum videre contigit ; quæ non nisi tertiae quartæ demum Phlebotomiæ cessit. Sed de his satis.

Quod si rationes à me allatae tanti non sint , ut certò ac necessariò evincent , rem ita se habere atque ego statui ; attamen si suffragante experientia deprehendero hancce Febri evacuationibus per Diaphoresin factis haud libenter cedere , habeo quod quæro. Neque enim cujuslibet demum Ratiocinatio , sed potius Experiencia docere poterit , quænam Febrium species Diaphoreticis , quænam verò alijsmodi evacuationibus sanari possint ac debent. Et profectò nemo sapiens cui tam hominum quām rerum natura satis est perspecta , in iis , quæ metu speculations sunt , nullo autem certo experimento determinari queunt , in cujusvis Mortalis verba , quantuscunque is demum fuerit , facile juraverit : cum idem animadvertisse debeat ,

*Momenta Rationis* ita prorsus varia, itaque subtilia esse, ut cum aliquis Theoriam quamlibet proposuerit, ita validis rationibus suffultam, ut adstantium, quotquot sunt, omnium assensum extorqueat; hunc mox alius insignioribus forte naturæ docibus prædictus, excipit. qui sententiam istam, quæ ita pulchre stabilita videbatur, convellit, & firmiori Argumentorum vi nihil illud esse aliud quam Cerebri Commentum, cuius nulla prorsus in natura vestigia reperiuntur, palam ostendit. Cujus jam loco is novam quandam sublitruit Hypothesin, majori adhuc verisimilitudinis specie innixam, & magis affabré concinnatam; quod tamen posterius Figmentum, pari cum superiori illo fato fungetur, quoties Tertius aliquis se objecerit, qui Secundum istuc tantum ingenio vincat, quantum ille sibi præcedentem devicerat. At quo hoc iterabitur toties quoties, donec tandem ad illum proventum fuerit, quem *ultima humani ingenii potentia consummaverit*. Quam verò difficile sit huic hominem investigare & à ceteris dignoscere, statim sentiet, quisquis non usque adeo desipit, ut hanc sibi laudem delitus arroget. Quinimo, cum jure merito suspicari liceat, esse naturas in Orbibus illustrioribus, per Universi expansum hinc illinc Sparsis, pene infinitas, quæ præcellentiori longè intellectus vi pollut, quam nos homunciones; haud satis scimus, an non vel totum hominum genus Cerebrum, cogitationum officinam, habeant à Natura ita efformatum, ut non tam quid sit absolute verum, quam quid maximè conveniens, ac suis Naturis accommodum, excoigitare queant. Atque hæc iis qui in Medicina faciendâ potius speculationibus vanis, quam experientiæ solidò sensuum testimonio innixa, finem adhibent, dicta sunto.

Quod si quis hic regerat, Annon igitur de facto experimur hanc Febrem Methodo huic quam tradis, prorsus contraria persepe fugari? Respondeo toto, quod ajunt, Cœlo distate Curationem Morbi cā Methodo cui sola ægri nonnunquam ad sanitatem restitutio adstipulatur; & ejusdem Curationem, ista Præeos Methodo; cui & frequentior ægri restitutio, atque etiam Phæomena practica omnia quæ in eodem curando incident, pariter astipulantur. Exempli gratiâ in Variolis, Multi ex iis qui dico calidorum & regiminis & remediorum usu cruciantur, tamen convalescent; ex adverso autem, & iis pariter felicitter cedet, quorum Curatio methodo planè contrariâ tentatur. Jam quo pacto litem hanc finiemus, Quænam Methodus est præferenda: Hoc planè modo certissimè dijudicabimus. Nempe si in illo regimine priori exploratum habuero, me quanto magis ægrum excalifacio, tanto magis Febrem, Inquietudinem, Delirium cæteraque Symptomata intendere ac promovere; è contra verò deprehendero, eundem, ubi moderatè refrigeretur, tanto sedatori temperamento esse, tantòque minus tam à Febre quam ab aliis Symptomatis vexari. Addo quod servatâ debitâ illâ carnis musculosæ temperie, quæ pustularum tum augmento tum maturationi maximè competit; & grandiores sunt pustulæ & liberalius impletur, quam si æger nimio suffocaretur calore. Posito hoc utroque casu, satis manifestum esse arbitror quam potius Præeos

Methodum sequi debeamus. Pariter in illâ, de qua nunc agimus, Febre, si comperiat ægrum quo magis calefit, eo magis non tantum Pârenesi, Maculis Purpureis, Petechiis, &c. obnoxium esse; sed & Febrim insuper symptomatis omnium generum irregularibus & Anomalis exinde stipari. E contra verò si alium ægrum cùm quam jam proponimus Methodo tractatum ab his symptomatis prorsus liberum observaverim, ratio dictat posteriorem hunc Praxeos modum, longè alteri præstare, tametsi uterque æger ita diversimodè curati ad sanitatem revertantur. Quod si plures hâc viâ quâm aliâ istâ mortem effugiant, eò faciliùs solvitur Controversiæ nodus; quâ de re non est meatum partium judicium ferre, ne mihi & meis plus æquo favam.

Atque hæc de hac Febris specie. Quousque illa durabit non habiolor. Neque satis scio annon sit initium aliquod spirituosius ac subtile; & quasi primordium Febris illius Depuratoriae jam antiquatæ, quam infœcta est immanissima illa Pestis. Sunt profectò Phænomena quædam quæ me ut hoc credam, quadanteus inducunt, quandoquidem non tantum Febres Intermittentes propriè dictæ, præsertim Quartana hic illic sparsæ adhuc restant; verum etiam nonnullæ ex his Febribus Continuis subinde in Intermittentium castra, maxumè Autumno jam pendente, commigrant. Ut jam taceam Exacerbationes in hac Febre suprà memoratas, eorum Paroxysmorum qui Febres Intermittentes comitantur, genium aliquo saltem modo referre. Tum etiam quod hoc morbo laborantes ad Vomitionem sati sunt propensi. Quâ de re tamen nihil prorsus pro comperto venditare animus mihi est, quoniam non jam mihi succurrit, qua facie Febris Depatoria se primum extulit; prout libro de Morbis Acutis, Sect. I. Cap. III. his verbis subindico. *Quanto autem jam tempore prædicta Febris continua invaluerat dicendo non sum, quum mihi hæc enus satis fuerat ad generalia Februm Symptomata attendere; utpote qui nondum vel juxta varias Annorum crases, aut ejusdem Anni varia tempora easdem distingui posse animadverteram.*



*Vandoquidem in toto Clariſſ. Autoris nostri Opere de Febribus in genere, ac de pestilentialibus, contagiosis aliisque malignis in Specie, abundè actum est; omissa tamen Febre Miliari, quæ inter has ultimas à Clariſſ. Hamilton recensetur, ejus in hoc argomento Tractatum, iam tradimus, & hic est.*

# DAVIDIS HAMILTON.

Equitis Aurati, Regalis Societatis Londinensis  
utriusque SOCI, *Nec non* Magnæ Britanniæ  
REGINÆ Medici Ordinarii,

## TRACTATUS

D E

FEBRE MILIARI *seu* VESICULARI.

*Accessit*

FEBRIS MILIARIS Historiarum Fasciculus.

### Ad Lectorem PRÆFATIO

TRACTATUI naturali ordine prodromo sequentem addendum censui è ratione, ut Praxeos specimen, secundum normam mihi usitatam, & à me jam antè propositam, Lectori exhiberem. In quam rem utilius præstandam, præ aliis Morbis, Febris Miliaris sive Vesicularis naturam, curandique Methodum describendam elegi; quod Medicorum neminem, de hac Febre, tanquam specie diversâ, saltem justo volumine, haec tenus scripsisse viderim: Cùm tamen in quamplurimis, vel in Chronicum Morbum immutari, vel brevi exitialem fuisse, noverim. Nonnunquam enim id Ægrorum, in hujus Morbi principio mitiori, de seipsis negligentiâ; aut diutiis elongati impatientiâ, evenit: Nonnunquam etiam Medicorum fallacibus ejus Symptomatis coecatorum ignorantia: Aut tandem, ubi visitationes necessariò continuandas omittunt; Intempestivo metu, ne Lucri gratiâ Curationem procrastinare videantur. Quamobrem & existimavi opera impendendæ pratiū, si his meis Observationibus, ab inspectis Ægris diligentissime collectis, Medicis Junioribus Lumen præberem. Et hoc facto Peritos excitarem, suas etiam in lucem proferre. Quo autem ea, quæ in hac Dissertatione dicta sunt, magis adhuc figurantur,

clarissque illustrentur; Historiarum huc pertinentium, fusiusque exaratarum, Fasciculum subjiciendum curavi. Et firmè eredat Lector, me summâ ubique veracitate usum fuisse.

*De Nominis hujus Morbi, Genere, & Speciebus.*

**F**ebris Miliaris, à Pustulis sive Vesiculis, Seminis Miliī spēciem quodammodo præ se ferentibus, & præcipue circa Partes superiores apparentibus, Nomen accipit. Mili tamen videtur potiùs nominari debere Febris Vesicularis. Quia Pustulae sunt Vesiculæ, primò fero limpido, deinceps subalbo, Perilarum colore non absimili, plenæ.

Non desunt, qui Febres solummodo Pestilentiales Petechialesque opinantur Malignis adnumerandas. Censo tamen & alias, Specie diversas, Malignarum Classi debere referri.

Primo, quascunque febres vel contactu, halitute, vel quavis alia Contagione tralatitias.

Deinde, & istiusmodi Febres quas statim ab Initio Dolor vehemens, & alicui Parti affixus comitatur, viz. Capiti, aut Intestinorum Renunye Regioni, aut etiam Artibus. Pariter ac si Ægrotus Cephalalgia, vel Dolore Colico, aut Nepritico, vel Podagrâ, aut Rheumatiſmo, vel etiam Doloribus Parturientis, tanquam originali Morbo, laborat. Cùm tamen istiusmodi Febris Miliaris Symptomata haud iis cessura sint Remediis, quæ, ubi

Morbi ita nominati primarii sunt, valere solent.

Porro, & in quibus Spiritus Animales subito opprimuntur & deficiunt; Et ubi prædicta Symptoma à nulla Causâ evidenti, sed à veneno quodam latente, pendere videntur: ab Antiquis Occultæ Qualitatis, à Neotericis Vaporum nomine designato.

Vel demum, ubi ex Causâ, ut videtur, non absimili, spem Salutis subitanea Mors excipit. Quæ omnia, ut Malignitatem ostendunt, ita & iu Febre Miliari observavi accidisse.

Et notatu dignum est, hanc Febrē cādem Malignitate ac Petechialis apud Indos graffari.

Hæc Febris specie duplex est, Simplex & Composita. Simplicem dico, quoties Pustulae crumpunt nula, præter Miliare, de quâ hic disseritus sum. Complexam, cùm Pustulae Papillares rubræ, Miliaribus sint interspersæ; quæque ubi solitariae sunt, a Rash, vulgo appellantur.

Et notandum est: Pustulas Miliares nonnunquam Variolis immisceri, casque, dum intumescent Variolæ, paulatim exarescere. Verum post exiccatas Papillares superstites manere.

## Febris Miliaris Descriptio.

**Q**UO melius Febris Miliaris Historiam prescribam; Antecedentia, Concomitania, & Consequentia enumerare placet.

Antecedunt, Constitutio Corporis imbecillis, sive ea Naturalis est, sive ex Evacuationibus supra modum factis, Viectuve nimis parco Adventitia: Sanguis serofior: Mens imbecillior & timidiuscula, ac facilius laesa ab externis, ut in Fœminis & effeminatis Viris. Cogitatio multa & intensa, aut mœstitia. Obstruc̄tio, vel Ulcus in aliquā parte cum Dolore conjunctum. Unde Dolore Colico, aut Calculo, aut Renum ulcere. Podagrave diu affecti, huic Febri magis sunt obnoxii. Calor etiam internus in Mulieribus, cum vel sine Siti, & præcipue sub tempore Puerperii; unde & Partus Do- lores minus solito vehementes sunt, & Spiritus sine causâ evidente admodum deprimuntur, cum oppressione Pectoris suspiria cogente. Quibus, ut in aliis Febribus, hic etiam ferè semper accedit Frigus externum.

Hanc Febrem saepē comitantur Dolor, Colici, Nephritici, Pleuriti- ci, Rheumatismatici, vel Parturientis æmulus. Nec non oppressio Pe- cotoris, cum Depressione Spirituum. Dolore prædicto post biduum tridu- umve recedente, totius Corporis horror, deindeque Frigus Calorque alternatim oriuntur. Lenior tamen hic Calor est, quam in Febre vul- gari continua, & naturali propius accedit: Dum vola manus Calore

magis intenso efficitur, pars con- vexa mitiori. Pulsus etiam frequens est, sed debilis. Spiritus saepē maxi- mè deficiunt, & quasi ex magno pondere Pectus oppressum edit tulpi- tria. Somnus obrepens subito est inter- ruptus; omniū penè Symptomatum maximè inseparabile. Saepē enim plures dies noctesque fine Delirio, aut Capitis Dolore, informes sunt: ferè multò diutius quam in aliis Fe- bribus. Cujus rei Exemplum vidi, præ aliis singulare, in Fœminā quadam Illustri, quæ sub cura Doct. Francisci Bernardi, in hâc Febre, si- ne Delirio, Dolorē Capitis, per Mensem passa est vigilias. Lingua nunc Aphthā albā obducta est, nunc sanorum similis. Urina, nunquam, ferè ut Aqua communis, pal- lida; alias, naturalem præ se fert colorem. Quo Symptome decepti Juniores Medicis, frequenter ad Va- pores, uti vulgo loquuntur, referunt. Hâc Febre correpti aliquando Ventriculi ægritudinem, præcipue post somnum, patiuntur, & non- nunquam Diarrhœam, vel ex suâ ne- gligentia, vel ex malâ Praxi: scili- cet, dum Calefacientia, in Paroxysmis Hystericis usitatoria, sine Diaphoreticis, præscripta sunt. Un- de, loco placi naturæ progresus, Materiam Morbificam per Diapho- résin expellentis, rapida Fermenta- tio eandem in Intestina deturbat. Al- vus nunc alstrīta, nunc cum Ven- triculi ægritudine, & Intestinorum Doloribus, soluta est. Modò multū siunt, modò parum. Aliquando manus & lingua, Medico por- rectæ, tremunt; & Ægri quasi cum Tremore loquuntur. Motibus eti-

in Convulsivis, Delirio, ac difficiili Respiratione haud raro premuntur. Quorum Symptomatum exacerbations, Febris Intermittentis Paroxysmorum initia, recurrent. Pectoris cum suspiriis oppressio, vel sine causa evidente spirituum major defectus, Vigilie, & Spirituum commotio, *a Hurry in the Head vulgo dicta*, quoties Aegri ad somnum se componunt, nec non Pulsus frequens & debilis, quibusunque aliis Symptomatis conjuncta, Pustulas Miliares erupturas semper prænunciant. Quæque omnia persistere solent, donec Pustulæ Miliares emineant: deinde à plerisque Aegroti liberantur.

Hæ Pustulæ, plerumque in Pectori, Collo, & Digitorum intestitiis, interdum etiam in toto Corpore sunt perspicuae; &, paullatim indies auctæ, tandem evanescunt; Cuticulâ Pustularum sedibus subscabrat manente. Nonnunquam pruriunt; præcipitè in Febre Miliaria complexa; ubi scilicet Pustulæ Papillares rubrae permistæ sunt Miliaribus. Et observare est, hanc Febrem, quo simplicior est, Symptomata habere eo leviora. Quæque hâc ratione, tam incautis Medicis, quam Aegris, incuriam frequenter creant. Unde Febris hæ vel magis sit periculosa, vel Morbus alias sepe oritur. Ex minori enim cautela, quam primo loco adhiberi oportuit, gravioribus Symptomatis, scil. Ventriculi ægri-tudine, Apperitu diminuto, Calore interno, oppressione Pectoris, Spirituum depressione & suspiriis, Caloris & Frigoris irregulari recursu, vigiliis, & similibus, aliquando incipit,

In hujus Febris declinatione suore frigido sepe madent manuum superiora.

An Pustulæ Miliares certo die apparere soleant, difficillimum est observare: Cùm prima hujus Morbi facies, & de eodem Patientis narratio, adeò sicut incertæ. Quantum autem assequi possum, eas opinor decimo vel undecimo die, à principio, plerumque pullulare; si modò Febris regularem habeat progressum: & circa decimum & octavum, vel ubi Materia morbifica abundat, circa primum vel secundum & vicesimum desiccari.

Tempus Eruptionis observare, tentavi primò in iis Fœminis, quas tertio à partu die advocatus, de Horrore vel Frigore, & Calore subseguente querentes audivi. Cùm enim Pustulas Miliares in illarum Pectori & Collo inspectis viderim, eas judicavi à multis diebus Febre Miliaria correptas fuisse. Et scrutinio facto ab usque Morbi initio, vel Calorem præternaturalern, vel partis alicujus Dolorem, cum vel sine siti, & cum maximâ Pectoris oppressione ac suspiriis, Spirituumque defectu, ante partum sensisse compcri. Quæ Symptomata, cùm ab approxinante Partu pendere putarentur, à Partu se bene habitucas sperabant. Deinde, partus Dolores, etiamsi solito sint mitiores, eos tamen, maxima Pectoris oppressio cum suspiriis, spirituumque defectus, (ab Obstetricibus Timor & Vapores dictus) pulsusque frequens ac debilis subsequuntur, Pustulæque Miliares prænuntiare solent. Quarum Eruptioni in Puerperis, ad fudo-

rem in Lecto compositis, via ster-  
nuntur. A primo itaque Calore in-  
terno, vel Dolore ante Partum,  
ad Eruptionem à Partu, dies un-  
decim frequenter numero. Verùm  
Ægrotus sui status Ignorantia & præ-  
postera narratio, Medici prognosin  
ut plurimum adeò confundit, ut ip-  
sissimum diem vel curiosissimus haud  
indigitare noverit.

Febris Miliaris consequentia, qua-  
tenus meæ observationi occurruunt,

sunt Tumor Femorum, Tibiarum,  
Pedumque, non semper indolens;  
extumescentia & abscessus Mamma-  
rum; depravata Memoria, Fluxus  
Lochiorum nimius, & Urinæ; af-  
fectus, Hypochondriaci aut Hyste-  
rici æmulus; Calor internus, cum  
debilitate, languore, & diminuto  
Appetitu conjunctus. Horum in-  
quam, nunc hæc nunc illa conti-  
ngunt, quoties Febris, vel ex suo  
malo more, vel Medici malâ Praxi,  
infelicem habet exitum.

### *De Febris Miliaris Causis Internis.*

**Q**UOD ad Causas Febris  
Miliaris internas attinet,  
partim à Sanguinis, &  
succi nervosi serositate ni-  
miâ, & quâdam Acidâ Acrimoniam;  
partim etiam à Succi Nervosi ni miâ  
commotione, pendere videtur: Quæ  
mea conjectura ex hujus Morbi præ-  
cedente Historiâ, ex Medicamento-  
rum huc pertinentium effectu, &  
ex Cadaveribus hâc Febre mortuo-  
rum dissectis, probabilis videtur.

Sanguinis Acrimoniam seu Ac-  
diratem arguunt secretiones huic Fe-  
bri peculiares. Utina enim hic mag-  
is decolor est, sanorumque simi-  
lior; emititurque majori copiâ,  
quam in Febre Ardente, ubi San-  
guis & Succus Nervosus Particulis  
Sulphureosalinis imprægnantur. Et  
experimur Urinam decolorem copio-  
sè effluere, ex usu Oxymellitis Scil-  
litici in Hydrope incipiente. Ptyal-  
lisimus etiam in hâc Febre plerum-  
que copiosior est, quam in Arden-  
te. Ideque hîc sitis ut plurimum mi-  
nor est, & Lingua viscoso humore

minus obducta. Porro, & Pustu-  
læ Miliares, quæ sero plenæ sunt  
Vesiculæ, ab Aciditate prædictâ se-  
cerni videntur: Non secus ac à quo-  
vis Acido affuso, sive Lactis serum.  
Idem patet à Medicamentis ju-  
vantibus, Testaceis scilicet, ut O-  
culis Cancrorum & similibus, quæ  
Acida absorbent.

Nec minus ex Lædentibus. Om-  
nia enim Sapore Acida, ut succus  
Limonum, &c. in hâc Febre no-  
cent.

Serositas Sanguinis probatur, à  
Calore, qui hîc mitior, quam in  
Febre Ardente, sentitur. Et quo  
simplicior est hæc Febris, eo mi-  
tior est Calor. Nam ubi Pustulae  
rubræ, a Rash vulgo dictæ, Milia-  
ribus sunt interspersæ, omnia Sym-  
ptomata Febrém magis ardentes  
ostendunt. Et Anasarcâ laborantes,  
ubi Sanguis sero abundat, licet Fe-  
bre aliquando Miliaris, & Sympto-  
matis Nervosis, vix tamen unquam  
ardente afficiuntur.

Idem probat tempus, quo Pustulae  
Milia-

Miliares erumpunt. Quæ ob Sanguis ferositatem, indeque Calorem & Motum mitiorem, non tam citò ac Papillares & Variolæ, ubi Sanguis sulphure magis abundat, expelluntur. Quemadmodum simplex Aqua, tardius quam Vinum aut spiritus vini ebullit. Quam etiam ob Causam Spiritus Animales in hâc Febre primò commoventur.

Remedia hujus Febris Curationi adhibita idem ostendunt: nimurum, continuata Diaphoresis, & Vesicatoria successivè apposita. Quæ serositatem Sanguinis, & Succi Nervosi diminuunt, eodem tempore quo eorundem Aciditatem edulcorant. Adeo, & Curatio hujus Febris à Natura perficitur, Sanguinis serum, ex aliquâ parte, in generatione Pustularum Miliarium, eliminando. Neque liquores diluentes & aquafiores, hic adeò multùm, ac in Febre ardente, profunt; ubi potius Pulli Gallinacei Jusculum copiosè bibendum est. Porò, & quæcumque seri diminutionem per Diaphoresin impediunt, Lædentibus adnumeranda sunt; ut Trigus externum, & Medicamenta Calefacientia sine vi Diaphoretica.

Tam aciditatem Sanguinis, quam Serositatem, Cadavera eorum qui hâc Febre moriuntur, satis perspicue demonstrant. In quibusdam enim Partibus Sanguis coagulatur, & non secus ac Oleum ex effusione spiritus Vitrioli nigrescit. Idem tamen Sanguis extravasatus Linteum valde pallido colore imbuīt. In aliis Partibus, adeò serosus est, ut & ipsa Vasa Sanguinea verè palleant. Cujus rei instantiam profero, in sequen-

tium Historiarum ultima. Et nuperim vidi non absimilem, in Juvene quodam Illustri, annos circiter unum & viginti nato, hac Febre mortuo, ex omisâ Morti Curatione tempestivâ. In cujus Abdome, Thorace, & Crâno apertis, Vasa, quibusdam in Partibus, Sanguine nigrante & coagulato distenta erant. Sanguis tamen è Vasis discisis elapsus pallido colore Linatum infecit. Et non infrequenter experimur, è Venâ lectâ Sanguinem rutilantem fluere; à Vino nempe generoso copiosè ingesto: Colore tamen pallido linteî imbuti suam Serositatem ostendere. In aliis hujus Cadaveris Partibus, Sanguis serosus videbatur, & Pallido Colore tinctus; ut & Cor ipsum. Plexus etiam Choroïdes, ob copiam Sanguineorum Vasorum ipsum formantium, semper ferè rubicundus, maximè pallebat: tum Acidi tum Serosi Sanguinis argumentum. Neque dubitandum est, Succum Nervosum, à Sanguine ottum, similem Naturam adeptum fuisse.

Intemperiem Febrilem in Liquore nervoso live spiritibus Animalibus primùs accendi, Symptomata Nervosa primò ocurrentia, nempe Dolor, Spirituum depresso, Vigiliae, & similia supra enumerata, probant. Cum interim, Symptomata quæ Sanguinis fervorem Febrilem indicant, uti Calor vehemens, pulsus fortis, Capitis Dolor, Sitis, Linguae siccitas, Urina rubicunda & parca, &c. oratione defunt. Demum in hâc Febre Juvantia, nempe Mens spiritusque ab omni tumultuario motu immunes, idem ostendunt. Hic ita.

itaque Commotio Febrilis, à Seri Sanguinis metastasi in Succum Nervorum originari viderur, indéque in Sanguinem transferri.

*De Symptomatum Causis.*

**F**ebris Acuta continua, non Maligna, ex obstrukione Glandularum, Cutanearum præcipue, indéque Sanguineorum Vasorum Plethora pendere, plerique autumant. Et in Febre simplice Miliari Succo Nervoso idem accidere, verisimile est. Nam ut Nervi ex Obstrukione tenduntur, ita ex Tensione Dolor oritur, hujusce Febris Symptoma omnium ferè primum. Ideoque Medicamentis Diaphoreticis, Plethora & Obstruktionem Nervorum Capillarium minuentibus, potius quam Laudano consopit. Ut & ex Petechiarum aut Variolarum eruptione, Ægri à Dolore, Symptome eorum primario, magis liberantur, quam ab usu Laudani.

Succus Nervosus, Nervorum Capillarium obstrukione auctus, & in suo motu repulsus, Motum irregularem imprimat Spiritibus Animalibus, & Horrore Ægrotum afficit.

Calor autem succedit Frigori, ex Succo Nervoso in Sanguinem (tandem obstrukione referata) copiosius transfuso, motumque Sanguinis ciatorem generante. Neque tamen hic, ubi Sanguis scatet partibus seroso-acidis, quæ motum ejus inhibent, Pulsus adeò magnus est, ac in aliis Febribus; quæ primò in ipso Sanguine, salinis sulphureisque particulis luxuriante, excitantur.

Tom. II,

Calor & Frigus se mutuo excipiunt, sed irregulariter. Nimirum à serositate Sanguinis, Succique Nervoli ab eo secreti: qui extinde citius à Medicamentis, motu Corporis, multiloquio, vel Animi Pathematis, affecti sunt. Idèque nihil magis conductit ad Caloris Frigorisque irregularem recursum cohendum, quam mora in Lecto & Quietudo.

Pectoris oppressio & suspiria, à Liquore Nervoso, in Nervis Pectoris Capillaribus stagnante oriuntur. Vesiculis enim seu Pustulis Miliaribus emissis, Ægri ab oppressione liberantur. Cettè à Sero in Asperæ Arteriæ extremis Ramulis minimè pendet. Ita enim produceatur Asthma, & Pharmacis Pectoribus oppressio allevaretur: quæ tamen hic sunt inutilia, & quæcunque Pustularum Miliarum eruptioni incommoda.

Oppressionem hanc comitatur Spirituum defectus. Nempe ob Sanguinis serositatem, indéque parciori in Succum Nervorum Spirituum secretionem. Oritur etiam a Succo Nervosi serosite, Spiritus Animales onerante. Serositate enim per Diaphoresin diminutâ, liberantur Spiritus Animales, virisque Æger recuperare videntur. Non secus ac Bajulator, qui deposito onere Spiritus statim resumit. Quod non accidit in Spirituum defectu, ex Hypercatharsi orto. Et notatu dignum est hâc Febre Miliari laborantium, non secus ac oneribus defessorum, Pulum eundem manere, dum Spirituum defectum passi sint, & ab eodem liberentur. Ve-

yyy

um

rūm ex Evacuatione nimia, Pulsus debilitas, Spirituum depressioni respondet.

A motu Spirituum Animalium magis celeri infomes sunt, saepque delirant; & quoties ad somnum se componunt, de quadam Sensus Interni Confusione queruntur.

Quando in Vigiliis Caput indolens est, à minori Impetu Sanguinis versus Cerebrum pendet. Licet enim motu paulò vegetiore circuit, quām in Sanis: remissius tamen quām in aliis Febris, sive Intermittentibus sive Continuis, movetur. Quamobrem & Sitis hīc longe mitior est, quām in Febre Ardente. Et candem ob Causam Urina est magis decolor, Sanorumque similior: Et majori copiā emissā, ex Aciditate Sanguinis serum separante. Quā de causā frequentias etiam expuere solent.

A Serositate Spirituum Animalium Mūculi antagonistæ non semper æqualiter contracti retinentur; unde fiunt Motus Convulsivi. Si autem à serosite prædicta Contractio Mūculorum fuerit debilior, Linguae Manuumque solummodo sit Tremor.

In hujus Febris principio, si Ægri, Similitudine Vaporum decepti, è Lecto surgant, calidave Medicamenta usurpent, Sanguinis Spirituumque motus exinde augetur: Et loco Pustularum Miliarum Natura ad Materiæ morbificæ interpellativam ac deviam Secretionem stimulatur. Unde producuntur Symptoma, secundum varias Partes in quibus deponitur, variata; Febrisque Miliaris sub alterius Morbi

formā delitescit. Si in Ventriculo, Nauteam & Vomitum paret; in Intestinis, Dolorem & Diarrhæam. In quo casu, Dolores & Diarrhæa, citius leni & continua Diaphoresi, quām Laudano vel Astringentibus recedunt. Et si contigerint solummodo duæ tresve Sedes, absque Ventris Torminibus, Spirituumque Defectu; quæcumque Astringentia & Opiata censeo amo-venda. Quippe saepenumero satis est Materiæ, tam in Sedes, quām in Pustulas Miliaries distribuendæ. Quapropter & de earum Eruptione à Sedibus nihil metuendum est. Idemque experimur, ubicunque Materiæ abundat fecernenda: Exempli gratiā, in Variolis ubi nec Enœa, nec Venælectio, Pustularum Eruptionem impedit. Nec quicquam mali accidit à Catameuiis, toto Variolarum cursu lentiè effluentibus.

Pulsus denique sit debilis, à Serosite Sanguinis Succique Nervosi; & proinde Spirituum Animalium paucitate, Cordisque laxiore Systole.

*De Signis in hac Febre Prognosticis.*

**D**E hāc Febre Prognosis ira instituenda est. Si Ægrotus sui Regimen in principio omiserit, Medicusve Pharmaca calida Diaphoresin minimè excitantia præscriperit; licet Symptoma ab initio fuerint mitiora, Morbus tamen saepè in pejus ruit, & vel mortem, vel ægritudinis diuturnitatē minitatur.

Si ab initio Pars aliqua doleret; vel

vel Aeger indolenter calesceret, aut ei Ventriculus ægrotaret, deinde que Calor & Frigus alternis vici- bus, intervallis tamen inæqualibus recurrerent, Spirituumque defectus, & Pectoris Oppressio cum Suspiriis, facili Respirationi conjuncta sint, tandemque Pustulæ cum leni & perpetua Diaphoresi sese ostenderent, res plerumque in vado est.

Delirium, Morus Convulsivi, Convulsio, vel Apoplexia, si ex Signis hujus Febris Pathognomonicis, nempe summâ Pectoris Oppressione, cum Suspiriis, Spirituumque Defectu, Symptomata comitantia viderentur, & in principio acciderent; facilius Medici diligentia Praxique regulari cedunt. In pro- gressu vero, & declinatione, ubi Aeger imbecillior est, & Pustulæ Miliares, aut ex impietate Frigore, aut forsan à malâ Praxi delitescunt, in Cerebrum, Nervosque lethalis fit metastasis, & brevi Mors sequitur.

In hac Febre, suppressio Diarrhææ subitanea, sive sponte, sive Astringentium, sive Opiatorum ab usu sit, Apoplexiana cavere jubet. Præcipue, si iste Morbus, ex Plethora & Partium structura, staret in procinctu.

Citrinus Urinæ Color, qui subito in pallorem transit, de metuenda Metastasi Medicum monet.

In Puerperis hac Febre correptis, Diarrhæa Symptoma periculosum est. Non modò enim Pustularum Eruptionem, sed & Fluxum Lochiorum impedit.

Respiratio difficilis, Vox fauci- bus hærens, & linguae Tremor, inter periculosa Symptomata collo-

canda sunt. Præcipue, Dyspnœa Nervosa.

Aegri, quò magis somnolenti, eò felicius convalescunt.

Qui mitioris sunt Indolis, facilius quam qui Feroce & Iracundi, liberantur.

Si Natura & Medicus, quasi junctis manibus procedant, statim à desiccatis Pustulis, Aegri vites recuperant. Nisi, ex abundantia Materiæ Morbificæ, Reliquæ super Partem aliquam separentur.

In Febre Scarlatina, si Pustulæ Miliares Colori rubri extinto superveniant, salutem promittunt.

#### *De Febris Miliaris Simplicis Cura- tione.*

**E**X hujus Febris Miliaris Simplicis Natura descripta enatæ indicationes curativæ sunt hujusmodi. Nimirum, Sanguinis & Succi Nervosi Aciditatem dulcificare, eorumque Serositatem diminuere, nec non Spiritus Animalis liberare & restaurare: Et hac Methodo obuiam eundo periculosis Symptomatis, Spiritum Animalium Sanguinisque Motum ad æquilibrium restituere. Quo facto, Pustulas Miliares è Materiâ ritè præparata genitas, solito tempore expectare licet.

Ad sanguinis Succique Nervosi Aciditatem ( unde Coagulationes sanguinis, & seri secretiones proveniunt ) edulcorandam; Medicamenta, vulgo Alcalina dicta, & præcipue Testacea, sunt eligenda: E quibus sunt Oculi Cancrum, Margarita præparata, & similia. Et ad eorum serofitatem simul mi-

nuendam, quæ etiam lenem & continuam Diaphoresin promovent, maximè omniuto prosum: in quorum numero Pulvis è Chelis Cancrorum compositus, Lapis Goensis, & Bezoar Orientalis, præcipuum locum obtinent. Horum enim usu, dies aliquot repetito, Sanguinis & succi Nervosi vitia corrigitur; Pulsusque ad fortiorum motum restitutus, magisque æquabilem, Pustularum Miliarium eruptionem accelerat. Evidem, si nulla ratio Diaphoreseos habenda esset, neque alicujus Indicationis nisi ut Sanguinis Spiritusque Animales exaltentur; calidiora Cardiaca, ut Radicem Serpentariæ Virginianæ aut similia, vel etiam Vinum ipsum tutò & copiosè sumere licuerit. Hæc autem & hujusmodi, in hæc Febre, viz. ad Pustulas Miliares expellendas, raro locum habent. Nam Sanguinis Fermentatio vehementior, & Materiæ morbificæ contemporanea secretio, non bene convenient. Et sæpe calidorum usu, Delirium, Motus Convulsivi, & similia producuntur. Omnes itaque Secretiones, sive Naturâ, sive Arte effectæ, faciliter lentè procedunt. Id quod à Medicamentis Testaceis obtinetur; quæ dum Calorem sovent mediocrem, simul & edulcorant, & Diaphoresin promovent.

Ad Serofitatem minuendam optimè etiam respondent Vesicatoria: Nec non ad Coagulationes sale suo Volatili impediendas. Nullum itaq; aliud Remedium Spirituum Animantium Commotionem magis sedat, Somnumque conciliat, aut Spiritus depresso levare solet. Materiâ enim

morbificâ ex aliqua parte eorum ope diminutâ, Naturâ reliquam, viâ sibi consuetâ, facilius amandare potest: tantum abest ut Pustularum Eruptionem impediatur, Neque tamen plura unâ vice Vesicatoria, sed alia post alia, applicanda sunt, nisi grande aliquod Symptoma exigat. Notandum autem est, postquam ulcus prioris Vesicæ siccatum fuerit, quamprimum aliam debere excitari. Cum sæpe observaverim, omnia Symptomata statim à siccatis priorum Vesicarum Ulceribus ingravescere, iterumque ab aliis Vesicis excitatis fieri leviora.

Anno 1697, quidam hæc Febre correpti non modo Capitis Dolore, sed & Tumore affecti sunt: Attamen ex Vesicatoriis successivè appositis, dietim imminutis. Ex appositis pone Aures disparuit Frontis Tumor; Temporum & Oculorum, ex tertio inter scapulas; & Genarum similiter, Labiorum, Fau- ciumque, ex aliis super Brachiis, Femoribus, Tibiisque, ut in sequentium Historiarum primâ fusiū ostenditur. Et notetur quod ex minimo temporis intervallo, à prioris Vesicæ exsiccatione ad generationem alterius, & Dolor & Tumor aucti fuere.

Anno 1704. quorundam in hæc Febre Fauces occupavit Dolor, illius qui in Anginâ æmulus. Quo percepto Symptomate, licet multi subito mortui sint; eo tamen leni & continuâ Perspiratione domito, omnes sub meâ Curatione evaserunt.

In hæc Febre, Cathartica raro sunt admittenda; non nisi grande aliquod Symptoma indicaverit. Emollienti vero Enemati, ad primas Vi-

as mundificandas, s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> locus est.

Rar<sup>d</sup> etiam Sanguinis emissio permittenda, nisi ex urgente aliquo Symptomate, viz. Asthmate, Pleuritide, vel simili indicaretur.

Animi Pathemata in h<sup>a</sup>c Febre vitanda sunt. Et quæcunque commovent Spiritus Animales, sive grata sive ingrata fuerint, noxia sunt. Quietudo etiam in lecto imperanda est. Contrario autem in hac Febre incipiente regimine, Pustularum miliarium materia versùs cutem motura, aliò repulla, Symptomata periculosa producit. Quibus Symptomatis, si talia adhibeantur medicamenta qualia ad primarium Morbum inepta sint, vel moris, vel Morbus Chronicus, sine ullâ postea Pustularum eruptione, sequitur. Unde discimus qui sit, ut Puerperæ ex h<sup>a</sup>c Febre, felicius emergant. Ob id nempe, quod in lecto tranquillo animo se continent, lenem & perpetuam Diaphoresin sibi concilient; cibisque Potulentis, calefacentium Pharmacorum loco, refocillentur. S<sup>e</sup>p<sup>e</sup> enim observare est, eas, quæ in lecto bene se habere vis<sup>e</sup> sunt, si inde surgant, tanto spirituum defectu correptas fuisse, ut moribundæ videantur, & ex iis nonnullæ subito obierint. Quæ etiam nimis properè lectum renuant, se tantum Histericè affectas aestimantes, statim in pejus ruunt.

Hujus rei instantiam jam præ oculis habeo in Domina Shepherd, in Vico vulgo vocato Bartholomewlane, habitante, & cui D. Lancashire fuit Pharmacopœus. Illa Pectoris Oppressionem cum Suspiriis, nec non Confusionem interni Sensus,

Cordisque palpitationem passa est: quæ Symptomata, & Ægra, & astantes, Vapores æstimantur. Ideoque necessarium esse putabant, ut è Lecto resurgat. Simulac verò induerat Vestimenta, Tremores & Motus Convulsivi, prædictis Symptomatis sunt adjuncti. Ego jam ad Illam vocatus, ex oppressione Pectoris, cum Suspiriis, Spirituumque defectu, Febre Miliari labore censui, & in periculo stare, nec sine leni & continua Diaphoresi servari posse. Præscripsi itaque in lecto quierudinem, seclusâ Visitantium turbâ; Vesicariorum inter scapulas applicandum; Bolumque sequentem sextâ quâque horâ cum Julapio sumendum.

R. Pulv. è Chel. Caner. comp.  
Spermat. Ceti, a. d<sup>j</sup>, Croci gr. vj,  
Syr. Paralys. q. s. Mf. f. Bolus.

Qua methodo adeo lætè res cessit, ut intra biduum Motus Convulsivi penè penitus aboliti fuerint. Pustulaeque Miliates, jam tandem enatæ, altius indies emicuere, serumque in iis, usque ad earum exiccationem, videbatur magis incrassari & albescere.

Pueræ r<sup>e</sup> hac Febre laborantes, & nimis citò lectum renuentes, nonnunquam ex improviso moriuntur. Uti accidit Dominæ Barkley; ad quam licet vocatus eram, tamen ante adventum meum mortua est. Amici Illam, nullo Morbo, præter Vapores vulgo dictos, affici putabant. Et proinde exurgere, immiscere se Colloquiis, & similia, sanæ instar, agere voluerunt. Ego verò, ex dolore Femoris, oppressione Pectoris, suspiriis, spirituumque defectu, mi-

hi narratis, ipsam Febre Miliarie perisse ratus sum. Et allata Candela, Pustulas Miliaries quamplurimas super Pectore adhuc eminentes vidi. Et nullus dubito, quin ex frigore, materiam Pustularum in Nervos repellente, hæc Mulier motte subitanè oppressa fuerit. Id quod etiam quibusdam Parturientibus in simili casu accidisse memini. Ideoque, ubi ad Parturientes vocatus, Febris Miliaris signa viderim Pathognomonica, moram in lecto, & ut Ægra ad partum se componat, impero.

In prædictæ Dominae disseceto Cadavere, nil morbosum conspexi præter Polypum. Qui ab eâdem causâ ac ipsa Febris, viz. serositate acidâ proveniens, minimè mortis causa existimanda est.

Sæpe etiam observare est, eos qui in lecto benè se habere visi sunt, si exurerent, tantum spirituum defecatum sensisse, ut moribundi viderentur: cuius rei in Historia casus D. Smith, in Areâ Bartholomæ Clasæ vocatâ, exemplum dabimus. Ideoque Cautela, tum à Parturientibus tum Puertoris observanda est, ut si Pectore oppresso & languore, sine causa evidente affectæ fuerint; statim Obstetricis ope partum avellent, & spretis mulierum argutunculis in contrarium, ad elicendam diutinam Diaphoresin sese lecto affigant.

#### *De Curatione Febris Miliaris Symptomatum.*

**S**ingulis Symptomatis iisdem Remediis occurrentia censeo, quibus uti maluimus, si solitariè appa-

ruerint: nisi aliquod Symptoma contra indicet; quod à perito Medico perspiciemendum est.

Capitis vel partis alterius cuiuscunque Dolor, longè certius leni & continua Diaphoresi, quæ Opatis consopitur. Quemadmodum in Febribus petechialibus Variolisque, nullo modo Dolores sedari vidimus, donec expellenda materia super cutem emineat. Cùm itaque vel parturienti, vel dolore quovis laboranti advocatus sim, & spirituum defecatum pulsusque frequentem ac paullò debiliorem viderim; omisis Hypnoticis, Naturæ morem gero, & statim Diaphoresin excitare soleo. Sin autem Doloris vehementia Opitorum usum indicaverit, Diaphoretica admiscenda impero. Alias aut non sedant Dolorem, aut ejus loco aliquid mali afferunt. Et si pleuriticus sit dolor, vel alicubi Inflammationem ostendat, Venæfæctio raro est omittenda.

Quoties Calor & Frigus alternis vicibus & irregulatibus recurrent, ut plerumque solent; lenis Diaphoresis, ex Pulv. è Chel. Cancr. comp. usu, valde prodest; si modo sine Calefacientibus Cumpeus fuerit. Quod, etiamsi à nonnullis parvi pendatur Remedium, multoties ramen ejus virtutem expertus sum. Hæcque, ex multis aliis, uno Exemplo in D. Bolton, D. Shaler pharmacopæi Filia, satis patebit. Illi, secundo die à partu, doluit Abdomen prope Coxam. Qua in parte lenito dolore, calore deinde & frigore alteris, nec non Vigiliis & oppressione pectoris cum Suspiriis, & Languore, afflictæ fuit: tandem-

que post dies aliquot pustulæ Miliaris exudarunt. Solo itaque pulveris è Chelis Cancerorum compositi usu sexta quaque hora, ad continuandam Diaphoresin; omniaque Pathemata prohibendo, Ægramque Cibis fovendo Potentis, Vinoque pauco Canarino, illamque dies quatuordecim post emissas pustulas lecto alligando; æquè feliciter convaluit, ac si non ægotasset. Etiamsi ante partum calor Hecticus, Tussis, difficultisque Respiratio, Tabem minitarint. Constat itaque multis hac Febre correptis, sanitatem redintegrari longè difficultius; aut ex debita Cura in principio omisla, quasi Ægra tantum Hysterice laboret: aut vaide Calefacientium abusu, materiam scilicet Morbificam, non critice, sed symptomaticè expellentium. Et observatu non indignum est, quod hac currente Febre, ut prædictum pulverem, experimenti gratia, omitendo, non solum cessavit Diaphoresis, sed Symptomata omnia pejora videbantur: ita, & illius usum repetendo, quæcunque laudabiliora renovari.

A Vigiliis levantur, Vesicatoriis, & quietudine in lecto, remotis omni strepitu Animique pathematis.

Ad Delirium maximè prodest Antimonium Diaphoreticum, per se sumptum. Quod licet à quibusdam Medicis, ut effæta Calx æstimetur; saepe tamen, & semper per se, optato successu, non modò in Vigiliis, sed & in Delirio præscripsi.

Sæpe etiam pacantur Vigiliae, leni & continua diaphoresi. Ad quam efficiendam, si pulveris præ-

dieti usus sit irritus, Spiritus Cornu Cervi, aliis Medicamentis præferendus est, & in posseto Salviato potius bibendus, quam Salviae infuso. Ideò scilicet, quod plus nutrienti in hâc Febre magis necessarii, suppediter.

Opiata, si unquam in hâc Febre, post Vesicatoria adhibenda sunt. Et urgente Diarrhœa, vel pustularum eruptione remorata, Conf. Fractiorii, aut Theriaca Androm. locum præcipuum tenet.

Nihil à me expertum est, quod felicius motus convulsivos in hâc Febre compelcit, quam omnes illinire Artus Succini Essentiâ; illiusque quasi virginis guttas è quovis convenienti liquore sæpe exhibere.

In oppressione Pectoris cum spiritis præcipue Asthmare Convulsive conjunctis, eadem fere, nempe leuis & continua Diaphoresis, Spiritus Cornu Cervi, & Vesicatoria, summe sunt utilia.

In spirituum defectu, nihil magis valere expertus sum, quam Aquam Theriacalem, vel per se, vel in ve hiculo cum Salis Vol. oleosi gutris aliquot, & Croci Pulvere; præcipue si Cordis Palpitatio eundem comitetur.

In Tremoribus, Spiritus Animales aptis sunt reficiendi Medicamentis; è quibus Crocus maximè prodest. Nec non cibis potentis magisque nutritiis, ati Pullorum jure, & similibus.

In convulsione universali, præcipue à materia morbifica versus interiora Metastasi orrà, Cucurbitulis cum emissione sanguinis usus sum feliciter. Deinde calefientes spiritusque volatiles Ægrotorum

rum ori ingerendos , nec non Enemata , imperare soleo . Quæ quidem in convolutionibus , præcipue puerorum , sunt proficia .

Ægritudo cum nauseâ , pectoris que calor signa sunt Aphthatum imminentium . Quæ mitigantur Symptoma Diaphoresi continuatâ , donec lingua Aphthis obiecta fuerit . Et observare est , eodem tempore augeri Aphthas , Pustulasque Miliares exarescere . E contra simul ac lingua Aphthis nudata fuerit , Pustulas Miliares elevari . Et nonnunquam Febris reliquias , post desiccationem Pustularum , in Aphthas nutriendas derivati .

Vomitioni occurro , addendo pulveris è Chelis Caucror . comp . scru-  
pulo , salis Absinthii gr . X . Præci-  
puè si calor Febrilis æqualibus inter-  
vallis fuerit reperitus . Nisi aliquod  
Symptoma ( uti Tonsillarum inflam-  
matio , quæ salis lixivialis usu au-  
getur ) contraindicet .

In Diarrhæâ , quam sëpe astrin-  
gentibus augeri expertus sum , vel ei-  
dem suppressâ aliud Symptoma pejus  
succrescere , Vesicatorium utiliter  
præscribo . Ut hujus & Diaphoresis  
conjuncta ope materia serosa ab in-  
testinorum glandulis revellatur . Mar-  
garitas etiam , vel per se vel cum ali-  
quo conveniente Diaphoretico , scrupuli  
pondere , sumendas vicibusque  
aliquot repetendas jubeo :

Vesicatorii efficaciam ad Chroni-  
cam Diarrhæam frequentissimè ex-  
pertus sum . Cujus rei jam præ ma-  
nibus habeo instantiam in Dominâ  
*VVashia* puerpera , Mercatoris His-  
panici in *Cloak-Lane* habitantis uxo-  
re ; cui Dom . *Sherwood* est Phar-

macopœus . Horrore primò correpta fuit deinde frigore & calore , incertis spatiis recurrentibus : Nec non oppressione Pectoris cum suspi-  
riis , spirituumque defectu . Pullus etiam ei debilis ac frequentissimus . Et passa est Vigilias , ferè usque ad enatas in lingua Aphthas . Sub earum autem eruptionem erat admodum sommolenta ; uti & Aphtharum tem-  
pore infantes sunt . Ægritudine etiam ventriculi premebatur , & Diarrhæâ , cujus vi improba Lochia ei suppressa sunt . Hanc mulierem sequente me-  
thodo multos dies continuatâ ad fa-  
nitatem restituí .

R . Sper . Ceti , Pulv . è Chel . Can-  
cr . comp . an . 9 . Croci gr . v . Syr .  
Paralys . q . s . ℥ M . f . Bojus sumen-  
dus sexta quoque hora è Cochleari  
Julapii communis . Et applicetur  
Vesicatorium inter scapulas . Horum  
usu emicuere Pustulæ Miliares , &  
paulatim minuebatur Diarrhæa .  
Et cum Aphthis postea enatis creve-  
runt Pustulæ Miliares , sine astrin-  
gentium usu . Hujusmodi quidem  
medicamenta Ægrotâ in promptu ha-  
buit , sed neque sumpsit , neque iis  
opus fuit .

Si Theriaca , aliave Opiata usur-  
panda viderentur , opportunè id sit ,  
post apposita Vesicatoria ; quæ pra-  
vos Opiatorum effectus inhibitent .

Hoc etiam potenter efficiunt sa-  
dotifica opiatis admixta . E multis  
hujus rei exemplis , unum dabo in  
quadam Domina *Roberts* . Illa secun-  
do à partu die , Dolore colico , sine  
vomitione aut Diarrhæâ , sed admo-  
dum vehementer & abdomini affixo ,  
correpta fuit . Quapropter coactus  
sum , Laudani liquidi guttas centum ,

sesquihoræ spatio tumendas, impereare. Attamen paulò postea pulveris è Chelis Cancr. compositi salisque volatilis oleosi Dosis majorem offerendo, multas sudavit horas, dolorque sine ullâ superstite querelâ evanuit. Contrà ac in eâdem muliere, & in eodem casu, sub cura alterius doctiss. Medici acciderat. Ille enim, dando Laudanum sine sudoriferis, dolorem euidem sedavit, diu tamen ægra de quadam inquietudine subsequente querebatur. Et liquidò mihi constat ex Laudano per se sumpto, omnes evacuationes plerumque supprimi. Quod si aliter contingat, forsitan non Laudano, sed aliò referendum est. Similiter ac si ex sumpto Cortice Peruviano, aut vino Clareto, ob materiae morbificæ congeriem, Fibramurie intestinorum imbecillitatem, vel quandam Antipathiam, sequeretur Diarrhœa. Neque post sumptum Laudanum sudor nonnunquam profluens, & Variolarum extumescientia, quicquam redarguunt. Quantum neuter à Laudani naturâ, sed potius à Morbi conditione immediatè pendet. Nam ut in Febribus, durante fermentatione, sanguis velocius movetur, naturaque secretionibus minimè vacat; ideoque urinam tenuem Ægri meiunt, desinente verò, crassam cum Hypostasi turbidamque: pari modo, ubi motus sanguinis ex sumpto Laudano citatior compescitur, Nervi relaxantur, Porique aperti fuerint, in Febribus sudor, in Variolis pus eliminatur facilius. Natura itaque medicamenti non ex aliquo remoto & incerto, sed ex

proximo illius effectu definienda est. Laudanum enim in quibusdam alvum movit. Quam observando regulam, Medici de Laudani, aliorumque Pharmacorum usu vel abusu, ratiùs disceptantes, magis amicè honorificèque convenienter.

Hoc mihi in memoriam revocat effectum Laudani memorabilem in Fœminâ quâdam, ad Insigne Solis in vico *Chancery-lane* vulgo dicto habitante. Illa, cùm post abortum dolore Colico vehementissimo laboraret, Laudani magnas sumpsit doses, & per se repetitas. Unde Urinæ, sedum, Lochiorumque orta suppressio, maximusque tumor ventris brevi expectandam mortem prænuntiârunt. Postquam autem inquisitione facta à morbi usque initio, inspectisque præcedentis Medici præscriptis, jam memorata Symptomata, à Laudani abusu, ut dictum est, provenire cognoverim; Enema injiciendum imperavi. A cuius operatione peracta, omnia, non sine astantium stupore, disparuere Symptomata; quippe, non à morbo, sed abusu Laudani, oriunda.

### De Febre Miliari composita.

**F**EBRIS Miliaris composita est, ubi Pustulæ Miliares, Papillæ rubris ( à Rash vulgo dictis ) Petechiis, Variolis, aut Morbillis sunt intermixtæ.

Symptomata eadem ferè sunt, ac in Febre Synocho dicta. Spirituum tamen defectu & suspiriis Ægroti magis opprimuntur. In vigiliis

etiam proniores sunt ; & eorum Uri-na sanorum est similior.

In Febre cum Pustulis rubris ali- quando Pustulæ Miliares non tantum illis internistæ sunt , verum etiam penitus desiccatis supersunt. In Va- riolis & Morbillis Pustulæ Mili- ares plerumque præcedunt , & in principio eas comitantur.

In Febre Miliari compositâ Sym- ptomata sanguinis potius quam nervosi generis virtus pia se ferunt. Ubi nempe Pulsus frequens est & fortis, calor intensus , lingua sicca , sitis- que hand mediocris. In Febre Mi- liari simplice , è contra. Verum defectus Spirituum , & oppressione circa Pectus coacta suspiria Sympto- mata sunt utrique communia.

Quod ad curationem attinet , ubi Pustulæ Miliares Variolas & Mor- billos comitantur , Diaphoretica medicamenta paulò calidiora turio- ra sunt , quam in Variolis per se existentibus.

Frigus externum , aut regimen quoquaque modo frigidum , peri- culosum est , & mortis causa non- nunquam subitanæ : tum etiam , cum pleraque Symptomata optatum Morbi eventum promittunt.

Quamobrem & opiate calida , ut Diaiscordium , & similia , felicius cedunt , quam Diacodium vel Lau- danum , quoties Variolis Pustulæ Miliaries conjunctæ sunt.

#### *De Morbis quibusdam Febri Miliari supervenientibus.*

P Ræter Febri Miliari consequen- tia , de quibus antea mentionem feci , & in sequentibus Historiis fa-

cturus sum , duo sunt , quæ paulò frequentius eidem supervenient ; nempe Artuum inferorum Tumor , & calor Hecticus.

Tumor Pedum & Tibiarum , nec non Femorum Inguinisque fit , ali- quando sine , verum saepius cum do- lore haud mediocri , tumor præ- euaneat. Iste autem Tumor , ex ma- teriæ morbificæ congestis reliquis , in his Febribus non ritè curatis , con- tingit. Cujus rei etiam si plura exem- pla proferre possim : Methodum ra- men , quâ morbum profligare soleo , hic annexere sufficiat.

Ea autem est : Pilularum Cathar- ticarum , cum Opio vel aliquo O- piato , singulis noctibus sumenda- rum præscriptio. Opiatum mihi usi- tatum , est Pilula de Cynoglossa ad Æs. Catharticum verò eligo , se- cundùm Coindicantia. Verbi gra- tia in Appetitu & Digestione di- minutis , Pilulas Stomachicas ad 3*ss.* In Lochiis aut Mensibus suppressis , Pilulam Aloephanginam , aut Fœ- tidam. Aliquando etiam Resinæ Ja- lap. gr. iv. vel v. jubeo addenda. Et nonaunquam decocti amati sine sena haustum bis in die propino. Si Cathartica paulò fortiora usurpan- da sunt , alternis noctibus adhibeo ; & decoctum aliquod Stomachicum diebus interpositis sumendum præ- scribo. Et post plura alia Medica- menta frustra sumpta , haud raro fe- liciter usus sum hâc methodo.

Sin autem adsit Tumor indolens , Catharticis utor sine Opiatis. Et si Febrem Miliarem comitetur tanquam Symptoma , solâ continuatâ Dia- phoresi dissipatur.

Spiritus etiam Cockleariæ , tam  
Si-

Simplicis quam Cathartici, usus, in hoc casu maximè prodest. Simplicis efficaciam expertus sum in Domino *Bellasis*, circa ætatis annum octogesimum, Febre vehementi correpto, meaque curæ à Regia Majestate commendato. In quo jam extinctæ Febri, Tumor ab inguine usque ad Pedum Digits supervenit, Qui, post Vesicatoria frustra adhibita, tandem Spiritus Cochleariæ simplicis usui cessit.

Spiritus autem tam Simplicis quam Cathartici, scilicet cum Jalapio preparati, usum conjunctum, expertus sum felicissimum in D. *Lane*, quæ aliquot ante annos puerperio cubabat. Hæc dolore vehementi, cum tumore ab inguine ad Pedum usque Digits, affecta, duorum Medicorum celebriorum curæ submissa fuit; sed id incassum. Eandem itaque Foeminam, spiritu Cochleariæ simple, ad 20. vel 30. guttas, è conveniente vehiculo tec in die sumpto, & spiritu Cochleariæ cathartico, tertio quoque die deglutito ad guttas 100, nec non Pilulâ *Matthiae* die purgationis hora somni, penitus curavi.

Celor Hæcticus Appetitus diminutio, Spiritusque vitalis defectus, locum habent inter ea, quæ Febri Miliari superveniunt. Præcipue, si Patientes nimis citò de lecto resur-

gent. Cujus rei vidi quasplurima exempla.

Methodus, qua h̄ic bonis avibus utor, est hujusmodi, sumantur manè dies aliquot, Salis Absinth. gr. 10, aut 15, ex Aq. Spadanea haustulo; & deinde paulatim ejusdem Aquæ  $\frac{1}{2}$  ij; nempe, si Spiritus maximè defecerint. Aliás ex haustu Aq. Barthoniensis, superbibendo ejusdem  $\frac{1}{2}$  ij similiter. Ut hoc modo aciditatis, ubicunque in h̄ac Febre peccantis, reliquæ, unà cum prædictis Aquâ & sale, excernantur. Quod si salis Absinthii usu caput doleret, præscribo Medicamentum aliquod lenitivum, 3. vel 4. quoque die hora somni sumendum. Salsa & Acida à cibis amovenda, niemiusque corporis Antimique motus cohibendus. Nam ex alterutro Recidivam s̄epe fieri expertus sum. Nec quicquam Febris intermittentis, è præpropero Corticis Peruviani usu, Recidivæ, certius occurrit. Cujus rei instantiam, in Dom. *Vvarrand* in Milk-street habitante, & jam fere moribundâ, vidi insignem: postquam duo alii Medici non incelebres, pro eâdem, re infectâ præscriperant. Et non nunquam Lac Asinum, cum Testaceis Pulveribus, & præcipue margaritis, prodestesse solet.

### História Febris Miliaris cum Apoplexiâ.

**I**ulii 16. 1697. ad Digniss. Virum Dom. *Muschamp*, Vicecomitiss. de *Lansborough* Maritum, in Plateâ vulgo dictâ *Pallmall* habitan-

tem, evocatus sum. Cui Dom. *Malthas* erat Pharmacopœus; idem qui jam Regius. Annū agebat *Egrotus* sextum & quinquagesimum.

Constitutione erat pituitoso sanguineus, & obesus: Appetitu gaudebat optimo: deditus negotiis & cogitabundus. Ab aliquo retroacto tempore cum Asthma ac Nephriticō dolore laborasset, Calculos nonnullos, usu Olei Lini ad Cochlearia tria singulis noctibus à me præscripto, cum Urina emisit. Proximè præcedentibus aliquot hebdomadis, calore interno, deinde & languore, sive spirituum defectu, sine ulla causa evidente, affectus est.

Supra dicto die subito correptus est Apoplexia. Ut ex Antecedentibus jam memoratis, Respiratione cum stertore somni profundi æmulo, seabisque lēsis externis omnibus, certò compéri. Illamque à sero potius quam grumo sanguine stagnante ori, facies ejus minus rubicunda monstrabat: ut clarius patet ex meis observationibus, quas de Apoplexia alterā à stagnante & extravalato sanguine grumoso, alterā à sero, si vitam DEUS atque otium dederit, posthac in lucem emissurus sum.

Ad serosi sanguinis stagnantis excitandum motum, ac Ventriculi & Intestinorum onus amovendum, à quo sèpè tentatur Caput, sequentem Pulverem Emeticum præscripsi.

R. Salis Vitriol. 3ij. f. Pulvis in doses sex dividendus. Sumat singulas ex Ag. Juglandis comp. Cnch. j. superbib. haustum posseti foliis Card. bened. alterati.

Spiritum etiam salis Armoniaci naribus offerendum iussi. Et ut Ägrotum, tam à saburræ in Ventriculo, quam Pulveris Emeticī reliquiis, nauseam sèpè sequente die

creantibus, liberarem, Pilulas sequentes præscripsi.

R. Pil. Tard. Querc. ðj. Resina Ialapii gr. iv, Syr. e Spin. Cerv. q. f. Mf. f. Pilulae, finiti Emeticī operatione sumenda.

Ad serosum laticem minuendum, sanguinisque adhuc magis accelerandum motum, Emplastrum præscripsi Vesicatoria, & mixturam spirituam sequentem.

R. Salis vol. oleof. 3iiij, Spir. Lavend. comp. 3ij. Mf. Sumat gutt. xx, ex haustu decocti Hordei Syruso Violaceo edulcorati: Hoc iussi vēhiculum, ut, & lente augeam vim Pilularum, & Dysuria Dolorique Renum à Vesicatoriis, preveniam. Demum Emplastrum subpedalia, ex Empl. Cephal. cum Euphorbia & Picis Burgundice ana. p. curavi applicanda.

Die prædicti mensis 17mo Ägroti affidentes mihi narrabant, illum statim à peracta vi vomitorii è somnolentia & stertore expergefactum, sensus omnes recuperasse.

Symptomata jam rurum apparentia, hujusmodi fuere, viz. Tumor faciei, & totius capitis: quod eo Anno in Febre Miliarie commune erat. Calor etiam Febrilis, Pulsus frequens, sed debilis; cum defectu Spirituum, maximaque Pectoris oppressione cum suspiriis scilicet, à malignitate Morbi, non nisi evacuationibus. Quippe Pulsus, post eas fuit, nihil quam ante, debilior fuit. Neque subiit alterationem, quoties de Spirituum defectu Ägrotus querebatur. Urina tenuitate Aquea & satis copiosa; Lingua humore albo & viscoso cooperata;

Sitis immunis, etiam & insomnis fuit. E quibus omnibus Symptomatis & præcipue ex oppressione Pectoris cum suspiriis, spirituum defectu, (signis mihi Pathognomonicis) Februm hanc esse Miliarem, Pustulasque suo tempore expectandas præmonui. Nec quidem Apoplexia, si hic non fuisset Symptoma, sed primarius Morbus, tam citè & perfectè evanesceret.

Ut itaque secundùm meam methodum in hoc Morbo consuetam, lenem & continuam foverem Diaphoresin, irregularibus Caloris Frigoris que paroxysmis occurserem, tandemque lentam Pustularem eruptiōnem efficerem, sequentia præscripsi.

R. Pulv. è Chel. Cancer. comp. 3*B*. Sumatur 6ta quaque hora è fulapiis sequentis Cochl. i, suberbib. Cochl. iv, vel v.

R. Aq. Lact. alex. 3*vi*, fl. Tilia 3*iv*, Pæon. comp. 3*vi*, Marcar. pp. 3*j*, Sacchari albiss. q. s. Mf. f. fulapium.

Jussi etiam perfistat in usu Decoct. Hord. cum Syr. violaceo: Ut & diluendo à dolore Nephrítico præcaverem, & satis materiae fovendæ Diaphoresi suppeditarem. Verum ne frigido nimis regimine Spiritus ægroti deficerent; singulis Decocti haustibus mixturæ spirituosa antea præscriptæ gutt. xx, addendas curavi. Ne omiserim indicationum, etiam contrariarum, alicui satisfecisse. In quā te Ars Medicinalis præcipua consistit.

Ad viscidam materiam lingue obductam præscripti Mucilaginem ex Sem. Cydon. & Psyllii, syc. è Ru-

bo Idzo edulcoratam; cujus Cochl. j. sèpe sumeret sensim deglutiendo.

Die 18*vo*, Caput vi Vesicatorii detumuit superius. Urina coloratione aliquanto magis, & paucior. Spiritus, sudoris mediocris & mixturæ prædictæ cordialis beneficio, non tam multum defecerunt. Adhuc tamen depresso cogebant suspiria, cum querimoniis de pondere Pectori incumbente. Quibus pensatis, in omnium hactenus sumptorum repetitione persistere decrevi.

Die 19*ao*, eadem apparuere Symptomata, quæ antea. Si modò id excipias, quod Caput leviter gravi incepit, & Alvus, non obstante Decocti Hordei cum Syrupo Violarum usu, astricta fuit. Quibus ut prospicerem Symptomatis, Renunque dolorem adhuc præcaverem. Clysterem sequentem præscripti.

R. Decoct. commun. pro Clyst. 3*viii*, Mell. Mercur. 3*iiij*, Sacch. rubr. q. s. Mf. f. Enema.

Die 20*mo*, ex Enematis usu liber erat à Capitis gravedine. Ulcere autem è Vesicatorio citius quam debuit exsiccati, prædictus Tumor, spirituum defectus, pectoris oppresio, nonnihil renovari videbantur; sed sine quovis alio suboriente Symptome. Vesicatoria itaque ponere aures applicanda jussi, decocti prædicti duabus Libris Aq. Pæon. comp. 3*vij* addendas, & cum singulis illius haustibus Spir. Lavend. comp. gutt. xv. sumendas imperavi. Hisque non satis præalentibus, Aq. Theriacal. Cochl. j. vel ij adhibenda, & circa quintam vespertinam Enema repeatendam.

Diebus 21mo, & 22do, omnia symptomata cum sint mitiora, antea praescripta continuanda, & solummodo Emplastrum suppedalia addenda curavi.

Die 23mo, Vesicularum ultimè ex-citatarum Ulcera jam ferè exsiccata sunt. Caput de novo extumuit, spiritusque magis defecerunt. Quam-ebrem mandavi, Emplastrum Vesica-toria Carpis apponenda, pulveris, Julapii, & Decocti usum continuan-dum, repetendumque Enema præscriptum.

Die 24to, omnia symptomata lau-dabilia. Excepto Urinæ pallore, Capitisque gravedine cum quâdam somnolentia. Quare cum Metasta-sin meruerim, à prædictâ metho-do recedens, sequentes Pilulas præscripsi.

R. Pil. Tert. Querc. 3j, Resine Julap. gr. iiiij, Syr. e Rhab. q. f. Mf. f. Pilula statim sumenda. Et cum continuato usu decocti Hordei, ut ultimè parati, Vesicatoria am-pla Femoribus internis applicanda jussi.

Die 25to, Utina tingitur aliquan-to magis; Caput sanatum optimè; Spiritus redivivi, Pustulæque Mi-liares super pectore emicuerunt.

Si quis hic Catharsin supra me-moratam, quasi Pustularum erupcio-ni contrariam, reprehenderet; effe-ctus ipse objicienti responderet. Ve-rum etiam reminisci debet, hujus Agroti habitum fuisse adiposum: Neque ex Vomitu & Catharsi primò præscriptis, elevatio Tumoris in Ca-pite impedita fuit, sed materiae mor-bificæ copiam minuendo potius ac-lerabat.

Cum jam Pustulas Miliares pul-lulare viderim, Pulverem è Chel. Cancr. comp. 4ta quaque hora è Co-chleari Julap. sequentis sumendum jussi.

R. Aq. Card. bened. Melisse, Cinamom. Hord. an. 3ij, Epidem. 3iB, Margar. pp. 3i, Sacch. albif. q. f. Mf. f. Julap.

Piæscripti etiam, ut cum Deco-cto Hordei Apozematis sequentis haustulum sumatur.

R. Rad. Scorzon. 3i. Cort. Au-rant. cond. 3vj: fol. Melisse, Gale-ge, an. Mj. flor. Cord. an. p. iB Sem. Card. bened. 3iB, coq. in Aq. font. q. f. ad 1*h*. Colatura adde Aq. Epid. 3i, Mf. f. Apozema.

Et ut per vices sumat Aq. Theria-cal. Cochli. ij. Ideò nempe, quod in hâc Febre, præcipue declinante, dum calent Volæ manuum superiora frigescunt.

Die 26to, cum omnia viderim Symptomata adhuc leviora, ultimo præscriptorum usum sensi continuan-dum.

Die 27mo, Pustule Miliares nu-mero & magnitudine auctæ sunt. Ideoque Julapio ultimo præscripto hoc substiui.

R. Aq. Melisse, Cinamom. Hord. an. 3v, Scord. Comp. 3iB, Epidem. 3i, Syr. e Cort. Citr. q. f. Mf. f. Julap. de quo sumat han-stulum in languoribus.

Die 28vo, Pustulæ viæ sunt ad-huc magis elevari, spiritusque näl-lo modo defecere. Cum tamen dor-sa manuum frigescerent, idèo novis-mè præscripta continuari velim.

Die 19no, Febris declinare co-pit. Quare Julapium continuan-dum,

dum, & Enema injiciendum iussi.  
Die 30mo, Symptomata omnia evanuere. Quoniam tamen de aciditate quâdam in Ventriculo questus est; præscripsi Margarit. pp. 3j, è Julap. seq. Cochl. j. sumendum aliquoties in die.

R. Aq. Lacr. alex. Meliss. Cinnamom. Hord. an. 3ij, Epid. 3j,

Sach. perlat. q.s. Ms. f. Julap.

Deinde ut per biduum triduum  
Decocto Hordei, cum spiritus Lavend. comp. guttis aliquot, & Jula-  
pio, uti peristeret. Demumque aquas Strethamenses à 11iv ad 11vij co-  
ctas sumeret, ter iterando. Quibus  
remediis ab Apoplexia, Febre, Re-  
numque affectu perfectè liberabatur.

### Historia Febris Miliaris cum Artuum inferorum Paralyse.

**C**IRCA Decemb. finem, 1705. Vir Humanissimus D. D. Garth atque Ego vocati fui-  
mus ad D. Throgmorton Viduam, Duciſſæ Northumbriæ Filiam, dies aliquot antequam parturiret; cuique D. Birch ut Pharmacopola ministravit. Fatigarunt illam Vomitio ferè perpetua & ægritudo. His etiam astri-  
ctio Alvi, & inappetentia, Tussis,  
& Dyspnœa. spirituumque defectus  
accessere. Quæ omnia ex mœrore  
ob nuperam mariti mortem contigil-  
se æstimabantur.

Primo loco Emplastrum stomacho applicandum, & aquam Strethamensem cum sale Absinthii sumendam præscripsimus: nempe ut Ventriculi & Intestinorum motum rectificemus. Hinc equidem rario Vomitio; at nonnihil nutabant Spiritus. Qui tamen, cùm ægra postea puerperio, cubaret, continuatâ Dia-  
phoresi quodammodo restituti sunt.

Verum circa tertium puerperii  
diem Artus inferni, Paralysi correpti, suam movendi vim amiserunt. Et nocte proximè sequente  
adè defecere Spiritus, ut penè in Syncopen incideret. Quare & præ-

dictus Collega meus nocte vocatus,  
Emplast. Velicat. Femoribus quam-  
primum applicanda, Bolumque se-  
quentem sumendum præscriptit.

R. Salis Volat. Succini gr. viij,  
Croci gr. iv. Pulv. e Chel. Cancr.  
comp. 3j, Conf. Alcherm. sine  
odorat. q. s. ut f. Bolus cum Iula-  
pio appropriato deglutiendus.

Die proximo manè Ægrotæ Spi-  
ritus haud parum elevati sunt. Ve-  
rū Paralygia nullâ ex parte rece-  
cississe vidiimus. Sed & mediocrem  
Tumorem, & dolorificum eidem ac-  
cessisse. Dixi, non infreenter in  
Febre Miliari, Paralyticos affectus,  
ex materiâ morbificâ in Artus des-  
cendente, subotiti. Deindeque statim  
ad Ægrotam accedentes in de-  
nudato Pectore Pustulas conspeximus  
Miliares, Febremque Miliarem,  
Morbum originalem agnovimus. Unde  
concordi animo Medicamenta  
Diaphoretica aliorum omnium maxi-  
mè necessaria decrevimus; & Jan-  
nuatii die 5to à nobis sequentia præ-  
cripta sunt.

R. Pulueris e Chel. Cancr. comp.  
3j, Croci 3B, Conf. sine adorat. q.  
s. Ms. f. Bolus sextâ quâque horâ

*sumendas e Cochl. I. Julap. sequent.  
superbit. Cochl. iv. vel. v.*

*R. Ag. Ceras. nigr. ʒx, Bryon.  
comp. ʒij. Sacch. albiss. q. s. Mf. f.  
Julapum.*

Januar. die 6to; Ægrotæ paulò erat vivacior, Pectusque illi minus oppresum: Dyspnœam autem ex Tuſsi adhuc paſta eſt, cum vigiliis. Quare & Bolo, die præcedente præscripto, addidimus Haſtum ſequentem.

*R. Ag. Puleg. Rute an. ʒi,  
Theriacal. Syr. de Mecon. an. Tinct.  
Castor. gutt. X. Mf. f. Haſtus.*

Die 7mo, Spiritus mediocriter refeſti, expectoratio facilior, Pustularumque Miliarum eruptio magis conſpicua. Bolum itaque juſſimus cum Julapio repetendum, & Haſtum vefperi.

Die 8vo, omnia Symptomata facta ſunt mitiora. Excepta Paralyſi, & Musculorum Laryngis Hysterica quādam Convulſione leviori. Ideoque præter antea præcripta, Pilulas e Castor. gr. vi, & Alæ fertiæ gr. xii, ſex parandas ſingulis que noctibus duas ſumendas imperavimus.

Die 9no, Respiratio longe magis quam antea difficultis, & dolori Lateris Pleuritico ac vehementiori coniuncta. Meruitus à Venæ ſectione malum eventum: nempe, ne exinde Pustulæ Miliares retroceſſiflent. Urgentia autem Symptomata prævalebant; & emiſſi Sanguinis ſperato fructu, tum Ægrotæ, tum noſmet freri ſumus. Hoc tamen non ſine Decocto Pectorali, Boloque antea in uſu, & Spermatis Ceti ʒβ, ſumptis, Quibus & addimus Em-

*David Hamilton,*

plaſtrum laterale è Pice Burgundicâ, Haſtumque vefperi Paregoricum, & Oleum Lini in promptu habendum, ſumeadumque urgente Diſpnœâ.

Die 10mo, respirabat paulò liberiū, mihiusque Latus doluit. Spiritus tamen defecere maximè. Interrim Miliarium Pustularum moles conſpicua & multitudine præbebant ſalutis ſpem haud mediocrem. Quas Diaphoreticis adhuc foventas propenſo habuimus imprimis accurando. Et ad Dyspnœam, etiamnum prævalentem, juſſimus Olei Lini Cochl. ij, ſecundâ quāque horâ ſumenda. Et si Alvus indè laxa fuerit, mixturæ ſequentis Cochl. aliquot bienda.

*R. Diaſcordij 3ij, Ag. Pulegij  
3vi, Epidem. ʒi, Mf.*

Die 11mo, Pustulæ Miliares erant laudabiles, spiritus quodammodo refeſti, Dolorque aliquanto mitior. Respiratio tamen adhuc difficultis, ſed que paulò molliores. Bolo itaque & Apozemati Pectorali jam in uſu adjecimus Decoctum album alternis vicibus ſumendum, Emplaſtra Veficatoria Brachiis applicanda, & horâ ſomni haſtum ſequentem.

*R. Ag. Puleg. ʒij, Tinct. Martis  
gutt. xx, Ol. Amygd. dulc. ʒj. Syr. de  
Mecon. 3vi. Mf.*

Die 12mo, Pustulæ Miliares ſatis conſpicuæ; at difficultior Respiratio, & Diarrhaea, adhuc perſtitere. Bolum etiam cum Julapio, Oleum Lini, mixturam cum Diaſcordio, & Haſtum pacificum iterari voluimus.

Die 13jo, perſtitere ſedes, Pustulæque Miliares adhuc optimæ. Dyſpnœa

pnoea tamen, Laterisque dolor, paulò pertinaciores. Bolum itaque præscriptissimus continuandum. Et quod ab Oleo Lini maximè abhoruerit Ægrotor Ol. Amygdal. dulc. Cochli. j. tercia quaque hora bibendum. Nec non Hyssopi folia cum Radicibus Heleai Decocto Pectorali addenda.

Dic 14to, cum intermitte Diaphoresi, febrilem calorem accendi, continuari Dyspnœam, & Vesicatum Ulceræ penè exiccata vidimus. Quare præter antea præscripta repetenda, Vesicatorium inter scapulas applicari voluimus.

Die 15to, Spiritus ei longè magis, quam ab aliquot diebus retro actis, fuere depresso. Loco itaque Boli hactenus in usu, sequent. substituimus.

R. Confect. Rauleens 38, Croci, salis Vol. salis Armon. an. gr. vi, Syr. Caryophil. q. s. f. Bolus. Reliquaque ut antea sumenda.

Die 16to, Spiritus aliquantò vivaciores, leviorque Dyspnœa; Dolor tamen lateralis paulò asperior. Ideoque Bolum præscriptissimus priorem, Haustumque pacificum cum Decocto pectorali repetendum.

Die 17mo, Eadem quæ die præcedente jussimus sumenda. Jam enim, & hinc iudicis, omnia meliora videbantur. Tandemque membra, haec tenus Paralytica, vim suam motivam aliquatenus recuperavere. Postquam itaque Mannæ 3ij, in decoct. Pectorali dissolutas suspissiter, fortum præscriptissimus Tibiis applicandum, Vini Chalybeati usum, & ut Bathoniæ adiret.

### *Historia Febris Miliaris cum Delirio Motibusque Convulsivis.*

AUGUSTI 8vo, 1700. vocatus sum ad D. Bullock apud Insigne calcei Equini, in Vico Cheapside vulgo vocato. Cui Pharmacopeus erat D. Wwyer in Vico vocato Woodstreet. Vicecum quartum annum agebat, constitutione pituitoso-melancholicus, & adhuc Cælebs.

Post itinera quædam rure peracta sensit ægritudinem, cum dimidio noctis appetitu, depressoque spiritus, atque oppressionem Pectoris cum suspitionis, per intervalla. Pro remedio Vinum nonnunquam, & Aquæ cujusdam cordialis aliquantulum bibere solebat. Appetitus tandem omnino abolitur. Et pridie quam ill-

lum visitavi, Vomitu, Diarrhoeâ, & Hæmorrhagiâ Narium correptus est. Sumpto autem Medicamento quodam interno, & Nuchæ apposito Vesicatorio ex Pharmacopœi præscripto, ista disparuere Symptoma.

Cum ergo primùm Ægrotum adverim, horrore quodam laborabat, cum frigore & calore, se mutuò in sequentibus, sed temporibus incertis. Maximam etiam pectoris oppressionem cum suspitionis & languorem spirituum passus est: Nec non Animi perturbationem, per intervalla ad Delirium usque recurrentem. Item Manuum & Lingua Tremorem, cum Motibus Convulsivis & Vigiliis,

his. Pulsus etiam frequens & debilis; lingua viscositate alba obducta, sed sine siti; & urina sanorum similis.

Ex oppressione pectoris & languore, haec Febrem in Miliarem, cumque ex inaequali calore ac leni simplicem, terminaturam prænovit. Ideoque Carpis Emp. Vesicatoria, & Plantis pedum alia ex Cephal. cum Euphorbio & Pice Burgundica applicanda jussi, & sequentia sumenda ad lenem Diaphoresin excitandam.

R. Pulv. e Chel. Cancer. comp. Lapid. Goensis an. 3f. Mf. f. Pulvis sexti quaque horæ e Cochl. i. Julap. seq. sumendus, superbib. Cochlearia vi.

R. Ag. Ceras. nigr. 3viii, Cinam. bord. 3v, Epidem. 3i, Sacchar. perlati q. f. Mf. f. Julap.

Et ut Sudor lenis continuo & faciliter emanaret, seq. Apozema addendum curavi.

R. Rad. Fragar. Chelidonia major, an. 3i, Fol. Fragar. Mit. flor. Paralyseos p. ij, sem. Cardui benedict. 3i. Bulliant in Ag. font. q. f. ad iiij, Colatura adde Syr. Croci, 3i. Mf. f. Apozema, de quo sumat. Cochl. x. sepe in die.

Die 9no, Calor, sine subsequente Frigore, regularis fuit & Cutis humida; spiritusque non multum defecserunt. Ager ramus de quadam oppressione pectoris cum suspiriis valde querebatur; & Delitia, Tremores, Motusque Convulsivi adhuc perfitere. Ideoque Pulveris, Julapii, & Apozematis usum suasi continuandum. Et ad viscidam materiam, lingue & palato obductam, mucilagine, ex Sem. Cydoniorum & Pyllii cum Hordio coctis, ea colluendum præscripta.

Die 10mo, Calor similiter ac die precedente regularis sine renovato Frigore, Cutisque humida. Sed Motus Tendinum Convulsivi adhuc maiores. Quapropter Vesicatoria Tibiis internis applicanda jussi: Lapid. Goens 3i, cum Pulv. de gutt. 3B, ex Ag. LaB. alex. Cochl. i, sexta quaque hora sumendum superbib. Cochl. X. Et quoniam erat Ager nauseabundus, regioni ventriculi apponendum Emplastrum sequens.

R. Empl. Stomach Magistr. part. ij, Caranne, Taccamah. an. p. vi, Ol. Cinam. gutt. vi, Mf. f. Empl. Et ut vicibus interpositis bibat haustrum Julapii cum gutt. XV. mixtum ex Sp. C. C. 3B, Tinct. Castor. 3j. Et in quantum praescripta Mucilago vix quicquam in viscidam materiam lingue adhaerentem prævalebat, Gargarismatis sequentis usum impetravi.

R. Ag. Meliss. 3vi, Epidem. 3i, Syr. de Althea, Injubina. & Meliss Mercur. an. 3i. Mf. f. Gargarism. Aquam addidi Epidem. ne quid mali, etiam si parum deglutiret acciderit.

Vesperi pleraque conspexi ut antea. Motus quidem Convulsivi rarius iterabantur; verum spiritus valde defeccerunt, manumque superiota frigebant, volis interim calore affectis. Idcirco, omisso Pulvere de gutta, Bolum sequentem præscriptum.

R. Conf. Lajule 3i, Bezoar Orient. 3B, Croci gr. vi. Castor. gr. iv. Syr. Paralys. q. f. Mf. f. Bolus sexta quaque horæ sumendus cum Julapio ante præscripto.

Die

Die 11mo male Symptomata ferè disparuerunt. Ideòque ultima præscripta iussi continuanda. Sed quia Apozematis patientem tñdebat, in ejus locum substitui Aq. Lactis & Decoct. Pectoral. an. lib. propositu ordinario, ut eo melius gustui gratificarem. Nec quicquam jam de Diarrhœa, quasi ex Decocco accidere possit, metum offerebat.

Vesperi omnia ut antea. Proindeque in usu omnia ultimò præscriptorum persistendum decrevi.

Die 12mo similiter : exceptâ quâdam corporis inquietudine. Ad quam Vesicatoria pone Aufes applicanda iussi, & sequentem Haustum statim sumendum.

R. Aq. Paralys. 3ij. Croci 3s.  
Syr. Paral. 3ß. Ms. f. Haustus.

Die 13io Inquietudini prædictæ jam abolita superverit Hæmorrhagia sanguinaria. Quare suasi Agro, ut affatim bibendo potum ultimo præscriptum sanguinem dilueret : Sed & persistaret in usu Boli, Julapii, & Mucilaginis. Et si de novo accideret Hæmorrhagia, sequens sumeretur Haustus.

R. Aq. Spermat. Ranar. 3ij.  
Syr. Plantag. 3ß. Ms. f. Haustus.

Sub vesperam Hæmorrhagia sublit. Reliqua Symptomata, viz. Delirium, Tremores, Motus Convulsivi, Languores, Pectorisque oppressio, in statu eodem ferè ac antea fuere. Ideòque & ultimo præscripta continuavi. Hoc soluta addendo, ut Apozematis, ex Decocti Hordei lib. Syr. Viol. 3ij, sumeretur Cachl. X. ter in die, tepide.

Die 14to, Agroti conditio pene eadem: nisi quod aliquanto magis

delirabat. Immiscui itaque Engulis Bolis Camphoræ grana aliquot, & cætera continuanda iussi.

Die 15to Pustulæ Miliares tandem emissæ Spiritus Animales elevabantur. Attamen Tremores Motusque Convulsivi fidem manebant ; & Delirium potius videbatur exacerbari. Cum autem id fieri ex eruptione Pustularum nimis tardâ ac rata existimatam ; Antimonium Diaphoreticum [cujus efficaciam, tum ad Pustulas expellendas, tum ad secundâ Deliria, expertus sum] sequenti modo præscripsi.

R. Antimonii Diaphoret. 3j.  
Conserve Lujule 3ß. Syr. Paralys. q. s. Ms. f. Bolus sumendus è Cochleari Potus pectoralis, superbibendo Haustum ejusdem. Post horas quinque Bolum cum Castoreo & Croco sumendum iussi, arque ut alternis vicibus reperatur. Et ut iniciatur Gargarismus ope Syringæ sepe in die: quia lingua, Antimonii Diaphoretici usu, frequenter viscido humore inficitur.

Vesperi ubetius altiusque extabant Pustulæ ; aliisque Symptomata mitiora sunt, Delirio sole excepto. Quare & prohibui Votilia, Antimonium autem Diaphoreticum quinta quaque hora, cum Decocco pectorali, repetendum mandavi ; & Gargarismatis Julapiique usum continuandum.

Die 16to Pustulæ erant adhuc crebriores, & que majora quæ primò pullulabant. Longè etiam levius Delirium per intervalia. Ideòque censui optimum fore, ut Agrotus persistat in ultimò præscriptorum usu. Quoniam tamen Tremores,

Motusque Convulsivi, non obstante Pustularum eruptione, ex aliquâ parte minebant; Vesicatoria Brachiis internis applicanda jussi.

Vesperi omnia penè ut tempore matutino. Excepto Delitio, quod fit adhuc mitius. Ex causæ nempe metastasi, à Cerebro in Brachia. Nam Motus Convulsivi intensiores fuere. Quare & ultimò præscripta judicavi continuanda.

Die 17mo Pustulæ numerosiores austioresque erant. Motus tamen Convulsivi reliquaque Symptoma- ta prope eadem. Tussis autem ac languor aliquantò graviores. Quare & antea præscriptis addidi Aq. Theriacal. Cochli. j, in Spirituum deliquis; & usum seq. Apozema- tis.

R. Decoc. Pectoralibij, Syr. Cro- ci žj, Ms. sumat Haustum fre- quenter.

Vesperi Tussis Spirituumque de- fectus fuere leviores: Ideoque ulti- mò præscripta continuanda impe- ravi.

Die 18vo omnia ut die præce- dente vidi, eademque remedia cu- ravi repetenda.

Post horas autem aliquot clapsas à meo discessu iterum accersor. Motus enim Convulsivi austi fue- runt ex improviso, Spiritusque magis defecerunt. Exinde verò nil me- tuebam; Pustulæ enim copiosissimæ enatæ, Motusque austi Convulsi- vi, Delirium mitigarunt. Præscrip- si tamen Pulv. de gutt. cum Sem. Paeoniae, & haustum ex Aq. Card. bened. žij, Croci ſi, Syr. Cary- oph. žij.

Eodem die, paucas post horas,

nuntius ad me occurrit, qui ajebat, Aegrotum brevi moriturum. Quem cùm revisi, laborantem inspexi Motibus Coavulsivis, iisque gravioribus. Sed exinde Delirium fuit mi- tius. Et prædixi illius matri, similes Motus repetitos iri donec à Delirio perfectè liberaretur. Et ut pædixi, à proximè sequente Paroxys- mo omnino evanuit; & tam Animi quām membrorum quies restituta fuit. Cavendo tamen ne prædicta Symp- tomata novarentur, sequens Apo- zema (æpissimè in Adultis, præ- cipue, autem infantibus expertum) præscripsi.

R. Ungula Alcis rasa žj, Sem. Paeon. Vici. Querc. an. ſi, Raſ- Crax. Human ſi. Coqu tenier in Ag. font. q. f. ad ſi. B. Colatura ad- ae Syr. Paeon. comp. ſi, Ms f. Apozema. Sumat Cochli. x. fre- quenter. Jussi etiam manuum vo- las pedumque plantas Oleo succini illinendas; succum Rad. Paralyſ. tempore Paroxysmi Naribus attrahendum; sumendumque Bolam se- quentem.

R. Cons. Anthos, Pulv. e. Chel. Cancri. comp. an. ſi, Caſtorei gr. vi. Syr. Paeon. comp. q. f. Ms. f. Bolus sumendus è Julapio antea præscripto. Et ne prædicta, si for- fan repeterentur, symptomata, tan- dem in Apoplexiā vel Convulſio- nem generalem terminarent, addi- di Antimonium Diaphoreticum, ad Pustulas Miliares adhuc numerosius altiusque expellendas. Et ad seri- tanguinis morbiſici extrahendas reli- quias Vesicatoria Femoribus appli- anda jussi.

Die 19no Pustulæ copiosissimæ

ad tantam crevere molem, ut latæ unguis medieratæ æquarent, ut Ægroti verbis utar. Delirio deinde Motibusque Convulsivis profili-gatis, manuum duntaxat Tremor, corporis debilitas, spirituumque aliqualis languor superstites fue-re. Boli itaque & Antimonii Diaphoretici loco jussi Pulv. è Chel. Cancr. comp. 3ij, cum Julapio antea præscripto sexta quaque hora sumendum, ad leniter continuandam Diaphoresin. Ut languoribus Aqua Theriacalis usurpetur: in potum ordinarium Apozema Anti-epilepticum: Et ad linguam, adhuc quodammodo affectam, Gargarisma.

Die 20mo omnia in eodem loco ac in die præcedente stabant. Excipe id tantum, quod Pustulæ videbantur paulò minus turgescere. Mandavi itaque ut Antimonium Diaphoreticum Pulvisque è Chel. Cancr. compositus alternis vicibus sumerentur. Et Gargarismatis, Julapii, & Apozematis ultimò præscri-ti in usu persisterer.

Die 21mo Pustulæ versus sic-citatatem declinabant. Apozema ta-men, cum Pulv. de Lap. Goen. & Pulv. de gutt. censui continuandum. Nec non Gargarisma cum Mucila-

gine, ad linguam nondum ab im-mundicie omnino liberam.

Vespere calorem linguae sensit, & internum, sine sudore. Præscripti itaque Margaritarum pp. 3ij, singulis dosibus Pulveris jam in usu addendum: Et ex hausto potus ordinarii Spir. C. C. gutt. xx. secundâ vel tertiatâ quâque horâ su-merentur, donec lenem Diaphoresin excitaverint.

Diebus 22do & 23jo, cùm omnia optata viderim, novissimè præ-scripta decrevi repetenda.

Die 24to, cùm internus calor us-que persisterit, Pulverem jam in usu suasi continuandum. Et in languo-ribus Sal. Vol. Oleos. cùm Spir. C. C. ex hausto potus ordinarii sumendum.

Diebus 25to & 26to, reliqua omittendo, solummodo Sal. Vol. Oleos. ex potu ordinatio sumend. jussi. Et Julapium sequens ad languo-res, si forte acciderint, in promptu habendum.

R. Ag. Ceras. nigr. 3vij, Scor-dii compos. Saxon. frigid. an. 3ij, Paon. comp. & Syr. Paon. comp. an. 3j Mf. Et sic tandem Æger perfectè convaluit.

### *Historia Febris Miliaris ex Opio usu desinentis in Apoplexiam.*

**A**ugusti 4to, 1697. evocatus sum ad D. Thom. Western, in Vi-co Thames-street diecto, cui D. Lancashire, erat Pharmacopæus.

Vix ille habitu obelo gravaba-tatur, & Plethora: Magno Ca-pite, buccinata facie, brevique Col-

lo præditus. Unde & quoque moibo antea laboraverat, Caput ei semper doluit, & delirabat. An-te dies aliquot lavavit Pedes, & cum amicis liberè comedit. Postea vero de Nauseâ & Ægritudine, cum Calore & Frigore irregulariter recu-

testibus, Spirituumque languore & oppressione pectoris cum suspitionis querebatur. Nec Aqua quedam Cordialis, quam sponte sumperatur, Aegritudinem levavit.

Cum praedicto die illum visitaverim, Pulsus erat frequens & debilis; Nausea & Aegritudo, nihil mitiores. Cum Calore & Frigore, viciis alternis, sed duratio ne incertis, Spirituum defectus, Pectorisque maxima oppressio cum suspitionis. Nec sine quadam perturbatione, quoties sonitus irrepere incepit. Quibus omnibus ritè perpealis, imprimis Haustulum sequentem praescripsi.

R. Salis Vitriol. Vomit. 3i. Ex Aq. Ingland. comp. sumassur. Et in languoribus bibat Julapii sequentis haustula. R. Aq. Menth. 3r. Epid. 3i. Sir. de Menth. 3j. Mf. f. Julapium.

Die isto Nausea & Aegritudo minores sunt. Idem vero languor, eadem Pectoris oppressio, & Aegroti dormituri perturbatio. Pulsus adhuc frequens & debilis. Manuua caluere volæ, minimè superiora. Urina sanoram similis; Calorque internus sentitur absque siti. Ex quibus Symptomatis navi Febrem adesse Miliarem. Ut itaque lenem excitarem Diaphoresin, proprioque potu illata hovendo Symptomatis praedictis obsisterem, sequentia praescripsi.

R. Pulu. e Chel. Cancr. comp. gr. xxv. Syr. Caryoph. q. s. Mf. f. Bolus è Julapio antea praescripto sumendus sexta quoque hora.

R. Decoc. Hord. 16i, addenda inter coquendum Cochinellæ 3j.

Colature adde Syr. Caryoph. & Viol. an. 3j. Mf. f. Apozena. Sumat haustum per intervalla.

Vespere omnia vidi emendationa, Idedque Bolum ad 3i, augendum & continuandum praescripsi. Ut persisteret in usu Apozenatis; & in languoribus, cum Salis Volat. Oleosi gutt. xx, vel Aq. Theriacal. Cochli, ij. At si remissior fuerit Dia phoresis, loco Salis Vol. Oleos. Spir. C. C. gutt. xx. sumeret. Et quoniam Patientis amici cundem narrabant in nullo Morbo tamdiu à Delicio fuisse liberum, hoc itaque præcavendo, Vesicatorium Nuchs, & Emplastrum suppeditalia applicanda præscripsi.

Die 6to, manè, cum omnia eadem ac die precedente viderim, jussi antea praescripta continuanda.

Vespere quædam in pejorem partem inclinabant. Paucula enim verba locutus est ineptè; & cum Nausea singultiebat. Praescripsi itaque Empl. Stomachic. Magistral. cum Ceranna, Taccamahacca, & Ol. Cinnamomi, regioni ventricali applicandum; & Posserum Salviæ & ferme Aethi alteratum: utpote in singulitatem me probatum & expertum, pro potu ordinario.

Die 7mo, mias singultiebat; post duas tresve sedes, à Delio omnino liberabatur; Pustulaque Miliarcs super Pectori emicuerunt.

Hodie Aegroti Amici aliis Medicis mihi addiderant Collegam. Is sedes, ne Pustularum erupcionis obstante, cohiberi voluit; ideoque Astringentia ex Diascordio & similibus quamprimum adhiberi. Ego vero, sumendo argumentum

à materiæ morbificæ Colluvie, nempe tum ad pustulas replendas, tum ad sedes sufficiens, quasi contrariarum. Allegavi etiam, exempli loco, fœminam quandam generotam, quæ à Diarrhœa, errore quodam suppressa, indeque morbosæ materiæ ex partibus inferioribus in Cerebrum irridente, paucas post horas obiit. Et in nostro Patiente, scilicet obeso habitu, brevique cervice, & eâ ratione ad Apoplexiæ proclivi, multò magis humorum Metastasis nos cavere instabam debuisse. Attamen, ut in hac re medianam ineamus viam, assensu haud difficultem praebui. Prescriptissimus itaque Bolum ex Margaritar. & Corallior. pp. an. gr. xv. Salis Absinth. gr. viij. Syr. Caryoph. q. s. Et ut bibat Decoctum album, Cochinchinæ concoctæ, & Aq. Cinamom. Hord. alteratum, instar potûs ordinatii. Ut Emplastrum ex Galbano Umbilico applicetur; ut & mucilagine, Aq. Rosæ extracta, os madefiat.

Vespere Diarrhœa multo mitior fuit. Sed aliquanto plus delirabat Eger; forte à sedibus rarioribus. Neque à singulu omnino abstinuit. His animadversis, addidimus antea prescriptis Emplastrum Vesicatoria Brachiis internis applicanda. Emplastrum etiam subpedalia, & Possetum alteratum, ut à me antea prescriptum.

Dic 8vo, tertius Medicus ad consultandum vocatus suam opinionem, de sedibus necessariò supprimendis, statim, propoluit. Dixitque alias impossibile fore [ut ipsius verbis utar] Pustulas emitti. E contra Medicorum prior, atque egomet objec-

cimus materiæ morbificæ abundantiam, & Delirium aliaque periculosa Symptomata, ex illius Metastasi metuenda: Sed frustra. Ille itaque sequentia prescriptis.

R. Theriac. Androm. 3*β*, Pulv. e Chel. Canceror. comp. Spec. Confect. de Hyacinth. an. gr. xij, Syr. Cydon. q. s. Mf. f. Bolus sumendum è Julapii seq. Cochl. j. superbendo Julapii dimidium quam primum, reliquum post horam vel primam sedem.

R. Aq. Cinam. Hord. Menth. an. 3*j*, Epidem. 3*j*. Syr. e Mecon. 3*β*, Discordii 3*j*. Mf. Et Emplastrum Vesicatoria tibiis applicanda.

Collega primò vocatus illi essens de Bolo sumendo; sed Julapium constanter reprobavit. Nihilominus ambo Medicamenta [circa nonam matutinam prescripta] sumpta sunt.

Circa tertiam vel quartam pomericidianam iterum coavenimus, intellectimusque patientem statim à suppressis sedibus in Apoplexiæ incidisse. Quem etiam, Postulis Miliaribus in universum deletis, sensibus orbum vidimus. Quare & Vesicatoria Capiti & Carpis quamprimum applicanda justimus, Sternatoriu[m] è Flor. Lilii conv. infunditum, & sequentia sumenda.

R. Salis Vol. Oleos. Tinct. Castori. sp. Lavend. comp. an. 3*j*, Mf. Sumat frequenter gutt. xxx. circiter, ex haustulo Julapii seq.

R. Aq. Meliss. Ruta an. 3*iiij*, Peon. comp. 3*β*, Sp. Lavend. comp. 3*iiij*, Tinct. Castor. 3*j*, Syr. Peon. comp. 3*j*, Mf. f. Julapium ut supra sumendum. Sed incassum omnia. Nam paucas post horas mortuus est.

*Historia Febris Miliaris ex Aere frigido admissa Lethalis.*

SEPT. 25. 1700. Evocatus sum  
ad D. *Arnold*, Cerevisarii *VVes-*  
*scomilleriensis* uxorem. Cui ob-  
stetricis officium praestitit D. *VVa-*  
*soe*: Et *Pharmacopæi*, D. *Brou-*  
*ghton*, in Vico vocato *Tuttle-*  
*street*.

Illa, antequam parturiret, dolo-  
re Colico, ventriculo, ut aiebat,  
quasi onus, & spirituum defectu  
ingemuit.

Cum die supra dicto primùm ad-  
iverim, Aquæ serotæ, ex membranis  
Fœtum in Utero inclientibus  
sed jam disruptis, effluxerunt; & In-  
fantis caput extra orificium Uteri in-  
ternum hærebat. Nempe ex via angustiâ,  
capitis mole majori, spiritu-  
um defectu, doloreque mitiori, quam  
qui ad partum sufficeret.

De eodem spirituum defectu, etiam  
post partum exemptum, adeò quere-  
batur, ut astantes omnes illam puta-  
rent brevi morituram. Cum autem  
hoc Symptoma jam idem videretur  
ac ante partum, idemque Pulsus;  
imminentis periculi nil metuens,  
Febre adesse Miliarem palam indi-  
cavi, Pustulaque prædixi Miliares,  
tandem aliquando exituras. Ut ita-  
que lenem Diaphoresin consuetâ  
meâ methodo excitare, seq. præ-  
scripsi.

R. *Pulv.* e. *Chel.* *Cancer.* comp.  
D. *Castorei* gr. iv. *Syr.* *Paralys.* q.  
f. *Mf.* f. *Bolus* quamprimum su-  
mendus e *Cochl.* j. *Julapii* commu-  
nis.

Dic 26to Medicus alter magni

nominis de Patientis salute consulit-  
ur: Quam adhuc de Spirituum de-  
fectu & oppresso Pectore querentem  
audivimus. Ex quo præcipue Sympto-  
mare prædixi etiam alteri Medico,  
Pustulas Miliates suo tempore eru-  
pturas.

Ægrotæ Pulsus frequens adhuc &  
debilis; Calor universus, & sine  
alterno Frigore; Urina sanorum si-  
milis; verum à Colico dolore (forsitan  
Alvi bis solutæ beneficio) libera eva-  
sit. Ne tamen Lochia minuerentur ex  
Diarrhœa, Pilulas imperavimus se-  
quentes sumendas.

R. *Castorei* gr. vi, *Aja Fætid.*  
gr. xij. *Laud.* *Lond.* gr. j. *Syr.* *Atripl.*  
q. f. *Mf.* f. *Pilul.* n°. vi. Sumat iij  
urgente Alvo, & deinceps quartâ  
quaque horâ. Sumantur autem *Cochl.* j., sequentis *Iulapii* superbib, ha-  
ustulum ejusdem.

R. *Aq.* *Ceras.* nigr. 3vij, *Cinam.*  
*Hord.* 3v, *Epidem.* 3x, *Margar.*  
pp. 3j, *Sacchar.* albif. q. f. *Mf.* f.  
*Iulap.* sumendum ut supra præscri-  
ptum est, & in languoribus.

Die 27mo Ægrotam in eodem sta-  
tu, quo die præcedente, vidi: Excep-  
ta leviori quadam cordis palpi-  
tatione. Iussimus itaque ut persistat  
in usu Pilularum cum Julapio, su-  
mique gutt. xx. Salis Volat. Oleo-  
in haustu potus ordinarii, & in lan-  
guoribus prædictum Julapium.

Die 28, Pustulis Miliaribus jam in  
conspicuum eminentibus, Spiritus mi-  
nus defecerunt, mitiora suspiria, mi-  
nor oppressio Recte etiam effluabant

Lo.

Lochia, & Alvis mediocriter soluta fuit. Consulimus itaque Pilulas sine Laudano sexā quaque horā sumendas Materverò puerperæ, mortem ex Diarrhoea peritemscens, obnoxie rogabat litteretur. Ea ut videamur ex aliquā parte ad ejus mentem accedere, mandavimus sequentis Julapii usum.

R. Aq. Menth. 3ij, Epid. 3j, Confection. Fracast. 3j. Syr. de Mecon. & de Menth, an. 3j. Mf. f. Julap. de quo sumat Cochl. iv. urgente Diarrhoea. Et ut ut persistat in usu salis Vol. Oleos. & Julapii perlati.

Die 29no, Egrotam visitantes, intelleximus adinodum timuisse matrem ob Diarrhoeam & illi multò largius, quam à nobis concessum est, de Julapio præbuisse: Sedesque exinde primò inspissatasfuisse, postea omnino suppressas. Unde & palpitatio, pectorisque oppressio, majores subsiccatæ sunt. Quapropter & sequentia censuimus sumenda.

R. Croci 9j. Sumatur e Cochl. j. Ad. Lactis superbib. Cochl. V. Sumat etiam Tinct. Croci gutt. xx. ex hau-stulo Aq. Lactis sive. Usu etiam Croci, ad cordis palpitationem, fluxum Lochiorum, Spirituum defectum, Pustulasque Miliares altius emittendas, respectum habui-mus: Demumquè persistat in usu Pi-lularum sive Laudano, & Julapii

in languoribus. Et matris importunitati cedentes, præscripsimus etiam Julap. cum Diacordio in promptu habendum: dicebat enim mater, se id velle. Egrotæ etiam percontanti, an semet in lecto erigere, & ventilabro uti liceat, necne assensus est alter Medicus. Atque etiam, ut in se collectis cortinis pateat lectus; ignisque extrueretur vel nullus vel duntaxat parvulus. Interim mihi ab illa quæreati, an ex Aere fri-gido, Collo vel Pectori admisso, quicquam mali sentiret respondet, semet exinde Spirituum defectum Pectorisque oppressionem sensisse. Quamobrem illam obnoxie rogavi, ut toto illo die calido utatur regimine; coque potius, quod ille esset dies Febris Lacteæ: Ne cesante Diaphoresi Pustulæ Miliares retrocederent. Sed à nostro discessu sibi Aerem admisit, Pustulæque Miliares subito occultabantur. Unde materiae morbificæ in cerebrum facta est Metastasis, statimque ægra sephi-bus orbata est.

Cum eventus meæ responderet pro-gnosi, seorsum vocatus sum: sed jam nullum vidi præscribendi locum.

Ex hisce duabus Historiis clarè constat, Febre Miliarem, cum Symptomatis mitioribus incipien-tem, ex minimo errore fatalem sèpe exitum habere.

*Historia Febris Miliaris, ubi quoddam Animi Deliquium maximè mirabile supra biduum erat continuatum.*

S EPT. 12. 1697. advocatus sum ad D. Hall, ad insigne Leopardi in Blackman-street propè Divi Tom. II,

Georgii Templum habitantem, nono post partum die. Cui Pharmacopeus D. Lynn, & obstetrix D. Cre-

B b b b

tier

tier, in Vico *Abchurch-lane* vulgo dicto.

Hæc puerpera annum agebat trigesimum octavum, & sextum jam partum enixa est. Constitutione debilis; tam ex partu semper difficiili, quād dolore Colico sāpe recurrente. Quemque nuper passa est, cum Calore & Frigore alternis, & cum oppressione Pectoris, Spirituumque languore. Quæ Symptomata ab amicis tantummodo vapores, ut vulgò vocant, usque ad diem quo infans baptizatus est, communī errore, aestimabantur. Quo die visitantium multitudo adeò fuit obstrepera, ut exinde Spiritus ejus, antea debiles intense perturbarentur, & Tremore ac Motibus Convulsivis correpta fuerit: Tantaque corporis inquietudine laboraverit, ut maritus vix potis erat eam in lecto retinere. Donec tandem, die scilicet illum quo advocatus sum præcedente, in Convulsionem universalem incidit, & summo languore jacuit quasi penè mortua.

Die supradicto, cum circa nonam matutinam Patientem visitatus sim, mihi Domestici narrabant, maritum ejus meum adventum per nuncium inhibuisse: jussisseque, si forte adsim, ne me in cubiculum admittant: putabat enim illam reverā animam reddidisse. Et cùm, nolentibus illis, ægrotam adiverim, illam equidem absque pulsu, absque respiratione (ut per speculum ori & naribus appositum probavi) facieque mortis pallidissimā, in lecto immotam & extensam Ego & astantes conspeximus.

Nihilominus è facto scrupulosio-

ri de antecedentibus scrutinio conjecturam feci, mortis similitudinem illam à materiae morbificæ in totum genus nervosum Metastasi provenisse. Nam mihi hīc in mentem id venit, quod notatu dignum est in Piscesculis Tubulo vitro inclusis & per Microscopium inspectis: in quibus, scilicet, conspicua est Sanguinis Circulatio, etiam si mortui videantur. Prohibui itaque ne per dies aliquot hanc ægrotam stragulis denudarent, & non ante septimanam sepeliendam. Et multā contentionē obtinui Curcubitulas cum Scarificatione, inter Scapulas, & Femoribus internis applicari permittant; Emplastra Vesicatoriapone Aures & super Carpis apponi; tempora & manuum volas pedumque plantas Oleo succini illiniri; succum Paralyseos, & ex Helleboro, Salviā, & Floribus Betonicæ Sternulatorum Pulverem, natibus alternis vicibus insufflari; & Hautum ex Aq. Lact. 3ij, Castor. gr. vj, Syr. Artem. 3vj; nec non Apozema pro D. Bullock præscriptum, si fieri possit, vi in os injici.

Post penè biduum, die scilicet 13tio, circa quartam pomeridianam, missi ad me Domestici narrabant, Chirurgum, simul ac hanc pueraram inspicerat, admiratione perculsum interrogâsse, an Cucubitulas mortuae applicari vellent. Utcumque tamen, eis morem gerens Cucubitulas Femoribus apposuit; at non inter scapulas, adeò multum rigebat. Vesicatoria etiam Carpis applicârunt. Cæterum die supradicto, nempe 13tio vesperi, licet ne-

mini-

minimum respiraret, visa est tamen parum calescere. Iussi itaque Crani humani  $\frac{1}{2}$ , cum Aq. Rutæ & Syr. Artemisiae, si fieri possit, in os immitti.

Die tandem. 14to, circa quartam matutinam, molissimè respirare, atque etiam deglutire incepit. Ideoque Emplastrum Vesicatoria inter Scapulas applicanda iterum præscripti. Et ut gutt. xx. Salis Volat. Oleos sumat sine vehiculo. Quo facto, Pustulæ Miliates demum in conspectum venere. Et in earum incrementum sequentia sumenda consului.

R. Pulv. e Chel. Cancer. comp.  $\frac{1}{2}\beta$ . Sumatur quarta quaque hora, e Cochli. j. Julapii sequentis superbibendo Cochl. iiiij.

R. Aq. Cinam. Hord.  $\frac{1}{2}iv$ , Rute  $\frac{1}{2}iii$ , Peon. comp.  $\frac{1}{2}\beta$ , Sacchar. albiss. q. s. Ms. f. Iatapium. Et ut bibat de Apozemate ex Ung. Alcis pro potu ordinario.

Die 15to loqui, seque move-re valuit; & de dolore ex Vesicatoriis edidit querimoniam: Pustuleque Miliates super Pectus pul-lularunt copiosissimè. Ideoque ante præscripta censui continuanda.

Die 16to Pustulæ molem acce-perunt adhuc multò majorem, mens-que illi redintegrata est. Nec am-

plius oppressione Pectoris, aut lan-guore, sed solâ corporis imbecilli-tate, laboravit. Quapropter & se-quentia præscripti.

R. Pulv. e Chel. Cancer. comp. gr. xxv. Aq. Lact. alex.  $\frac{1}{2}ij\beta$ , Epi-dem.  $\frac{1}{2}ij$ , Ms. f. Haustus sexta qua-que horâ sumendus.

R. Rad Scorzon. Hisp.  $\frac{1}{2}i$ , Cort. Aurant. cond. 3vj, fol. Galega, Meliss. an. Ms, flor, Cord. an. pj, Sem. Card. bened.  $\frac{1}{2}\beta$ , Coqu. in. Aq. font. q. s. ad  $\frac{1}{2}ij\beta$ . Adden-do Colaturæ Syr. Limon.  $\frac{1}{2}j$ . Ms. f. Apozema, de quo sumat Haustum ad libitum; & in languoribus Aq. Theriacalem.

Ægrotam adeò bene se habentem abhinc usque ad diem 19um omisi visitare. Jamque solam Stomachicæ quædam amara præscripti, ad acu-endum appetitum: Sumeretque post quartam noctem Sacram Tinduram, aquasque Strethamenses die sequente. Quo facto, in omnium admira-tionem perfectè convaluit. Tametsi, ut audivi, in Nate, durante Febre, nimis compressa passa est Sphacelationem. Quâ Chirurgi ope sanatâ, alios quinque vixit annos; tandemque, ut mihi ejus maritus retulit, ex dolore Colico & Con-vulsione eidem superinductâ è vitâ discessit.

### Historia Febris Miliaris in Chronicum Morbum terminantis.

**J**An. 14to, 1699. evocatus sum ad D. Berenberg., puerperam, tunc in plateâ Valbrook vul-gò vocata habitantem. Cui ut Phar-macopœus inserviebat D. Basket.

Obstetricis autem officium præstabat D. Taylor. in plateâ Pater-noster-Ron.

Querebatur, dum partuaret, de virium maximâ imbecillitate. Et

post partum, ut assistentes mihi narrabant, tantâ oppressione Pectoris, cum Spirituum defectu, laboravit, ut ad trahenda suspiria cogeretur. Ex illis tamen Symptomatis nihil praeter Hystericos vapores, ut vulgo vocant, suspicatae sunt: Pridie autem ejus dici, quo me advocatebat, cum mammas ad lactandum infans denudasset, & ad relaxandam ulvum super aquæ calefactæ vaporem sedisset, frigorque multò semet exposuisset; exinde tandem spirituum augustiā, respiratione difficulti, Asthmatis convulsivi æmulâ, Tussique siccâ, adeò depressa fuit, ut illi mortem esse in propinquo existimaverint.

Cum primum illam adiverim, de prædictis affectibus, atque etiam de vigiliis querelas edidit. Pulsus illi erat frequens & debilis, & febrilis calor. Urina tamen pallida, & Lochia omnino suppressa.

Ex antecedentibus supra memoratis illam Febre Miliarie laborare censui: attamen in principio mitiori. Quamdiu, scilicet, consueto puerarum regimine gubernatur. Postquam autem, eo ipso tempore, ut verisimile est, quo Miliarium Pustularum eruptio instabat, se irruenti frigori denudaverat; materia mordificam, retrogrado motu Pectori interiori impactam, supradictum Asthma creasse, conjectare licet. Nam ut in Pectore à me inspesto Pustulas tunc primò pullulantes, ita & duntaxat paucissimas, cernere potueram.

Statui itaque, mihi consuetâ methodo, lenem sudorem & continuum excitare. Et ut alia Medi-

camenta, convulsivo Asthmati, reliquisque Symptomatis, puerperisque commoda adjungerentur. Quamobrem & sequentia præscripti.

R. Spermatis Ceti 3*ij*, Bezoar. Orient. Croci an. 3*ii*. Syr. Heder. terrestr. q. f. Mj. f. Bolus sumendus e Cochl. i Aq. Lactis alex. superbibendo Cochl. x. His enim, Lochiis promovendis, Asthmati levando, excitandis spiritibus, & sudoribus magis liberis consului. Et ut Patienti illiusque amicis placet, qui hanc Febrem Hystericum affectum estimârunt, atque etiam Lochia felicius continuarem, Pilulas sequentes præscripti.

R. Castorei gr. vi. Aja fætid. gr. xij, Syr. Pæon. comp. q. f. Mj. f. Pil. no. vij.

Die isto optimè se habebat. Nam ex quo Bolum sumserat, spiritus fuere elevationes, facilior respiratio, renovatur effluxus Lochiorum, urina coloratior, Pustulæque Miliares super Pectus magis conspicua. Bolum itaque die præcedente præscriptum censui repetendum. Addendo Pulu. de gutt. grana aliquot, ne Asthma convulsivum recurreret. Umbilico etiam Emplastrum ex Taccamahacca, & Emplastra subpedalia applicanda jussi. Et in languoribus tumeret Haustum Julapii perlati: Nec non Aq. Theriacalis Cochl. ij, alternis vicibus.

Vesperi, ex leni persistente sudore, respiratio adhuc facilis, Pustulæ Miliares densiores, Spiritusque minus defecere. Ideoque ut in usu Bolorum antea præscriptorum persistaret, duxi optimum fore: Sumneretque, pro renata, succi fini Equi.

Equini in Ag. Card Bened. & Pu-  
leg. infusi & expressi. Nimurum, ut  
Lochiorum effluxus, volatilibus fi-  
mi [particulis], excitaretur.

Die 16to noctem intellexi præ-  
cedentem sine ullo Symptome Aë-  
grotæ transisse. Antequam vero ab  
illâ discessi, respiratione convulsi-  
vâ iteratâ, vires subitò diminutas  
sentiui. Præscripti itaque Haustum  
sequentem.

R. Ag. Lact. alex. 3ij, Epidem. Syr. Carioph. an. 3j, Lpid. Goens. Pulv. de gutt. an. 9f, Ms. f. Haustus. Et post horas sex sumat etiam Bolum antea præscriptum, Pilularumque duas tempore interme-  
dio.

Vesperi sudorem, ex sumpto Haustu, universalem diminuisse nar-  
abant. Unde & magis extumuere Pustulæ Miliares, & Asthma di-  
minutum est. Ideoque jussi persi-  
steret in usu ultimò præscriptorum omnium. Et ad flatus, qui mul-  
tum attulerunt molestiae, Saccharo  
instillarentur Olei Cort. Aurant. gutt.  
ij, & sumerentur ad libitum.

Die 17mo, Cùm prædicta Sym-  
ptomata debellari viderentur, an-  
tea præscripta continuari consului.

Die 18vo, ex sudore intermis-  
so, renovantur Symptoma, cum  
Ventriculi ægritudine, & quâdam  
confusione, quasi Delirii prodromo,  
conjuncta. Quamobrem, ad resti-  
tuendum sudorem, jussi ut in usu  
Haustus persistat: Addendo singu-  
lis Haustibus Bezoar. Orient. gra-  
na aliquot. Ut cum posseto salvia-  
to aquam Theriacalem largè sumer-  
ret, & Emplastra subpedalia repe-  
terentur.

Vesperi ex sudore copiose reno-  
vato iterum evanuere Symptoma. Neque exinde quicquam infirmata  
vires, sed potius auctæ fuere. Eti-  
amsi quædam rubræ, & pruriens, miliaribus interspersæ, vi sudoris excreverint. Jussi itaque ut in usu Haustus & Infusi persistaret.

Die 19no. Pustulæ Miliares cœpe-  
runt exsiccari, & omnia visa sunt  
versus sanitatem perfectam progre-  
dit: Solummodo spiritorum diminutione  
exceptâ. Quapropter & præscripti  
usum Haustus cordialis continuari.

20mo vocatus sum circa quintam  
maturinam. Quippe quod ægrotia in  
difficilem respirationem denuò inci-  
disset: Non à Pustulis Miliaribus  
recessis; cùm hæ jam antea penitus  
exsiccatae fuerint: Sed forsitan à ma-  
teriæ morbificæ quibusdam reliqui-  
is, viam quasi quætentibus qua ex-  
cernerentur. Nam ex tribus sedibus,  
spontè ac subitò supervenientibus,  
Dyspnœa omnino evanuit, atque  
Ægra quam optimè convalvit.

Nihilominus ex illius amicis ali-  
quis alium Medicum advocati vellet.  
Qui cùm adveniret, & Pustulas Mi-  
liares, jam antea, ut dictum est,  
exsiccatas, nusquam vidit, sed tan-  
tummodo rubras; me, quod hanc  
Febrém vocaverim Miliarem, irri-  
xit: Dixitque rubras Pustulas à solo  
sudore posse oriri. Proindeque jux-  
ta indicationes quas sumpserat claudi-  
cantes aliquot dies præscriptis, sed  
re infecta. Deinde alias Medicus,  
& post illum tertius, atque quartus  
vocatus est. Qui omnes igno-  
ti morbi curationem incaute suscep-  
perunt, donec in Chronicum tan-  
dem transiit. Quod si noverint hanc

**Febrem** reverâ fuisse Miliarem , & post exsiccatas Pustulas Miliares Cri-  
fiâ perficiendam naturæ commisissent; nullus dubito , quin Morbi latus fuisset exitus . Nam ab illo momento , quo Pustulae Miliares etiam salubriter exarescere solent , non infre-  
quentia.

ter observavi , materiae morbosæ reliquias vel per Intestina , ut in hoc casu ; vel per vias Ucinarias , ut in sequenti ; vel cum Lochiis per Ut-  
rum , ut in quadam D. King , in Vico Fleet-street dicto , sponte & fœliciter exterminari .

---

*Historia Febris Miliaris in Morbum Chronicum , tandemque Mortem desinentis.*

**S**EPT. 17mo , 1709 , vocatus sum ad D. Bateman . D. Bateman , equitis aurati uxorem . Hæc ante vi-  
ginti septimanas , in principio puer-  
perii , dolore colico , oppressione  
pectoris , cum suspiriis spirituumque  
defectu , nec non pulsu frequente ac  
debili laboravit . Ex quibus Sym-  
ptomatis morbum Febrem esse Mi-  
liarem palam prædixi . Et ex usu  
Diaphoreticum optimè se habere si-  
bi suæque Matri visa est . Prædicta  
enim symptomata parvipenderunt .  
Ægtotam itaque diutius visitare no-  
lui . Consului tamen , ut seipsum  
per mensum lecto affigeret , in eo-  
rum quæ præscriptam usu persiste-  
ret , & ab infantis lactatione absti-  
neret .

Meo autem consilio obtemperare  
noluit . Proindeque post quinque  
septimanas à partu passâ est recidi-  
vam , cum dolore colico & laterali ,  
calore & Frigore alternatim re-  
currentibus , oppressione pectoris ,  
cum suspiriis , spirituumque defectu .  
Ad Lateris dolorem Sanguis fuit  
emissus , unde & austus Languor :  
Et quedam suffocatio , Hysterici af-  
flictus similis , cum suspiriis illam  
puncta . Quæ symptomata Vapo-

res , ut vulgo loquuntur , tam Ægra  
quam ejus mater estimâcunt . Cum  
revera à Venæ sectione , catamenio-  
rum tempore , orta sint . Nam Lo-  
chia , quæ à partu ad sextam septi-  
manam usque duraverant , exinde  
subitò suppressa fuere , & deinceps  
ad illius è vitâ exitum .

Jamque , quod ante exacerbatio-  
nem Symptomatum magis friges-  
ceret , Morbum putârunt Febrem  
esse intermittem : Etiam si Pu-  
stulae Miliares hoc tempore fuere  
conspicua . Nihilominus sumpsit  
corticem Peruvianum ex præscrip-  
tione Pharmacopœi . Ex quo mo-  
tum materiae , Pustulis adhuc magis  
augendis aptæ , in cutis superficiem  
impeditum , tandemque aliò trans-  
missam fuisse , minime dubitandum  
est . Primo super Femur , Tibiam ,  
pedemque ; quem Chirurgus scarifi-  
cabat : Deinde & super intestina ;  
ubi genuit Diathœam : Nec non su-  
per Nervos pulmonum , ramosque  
Asperæ Arteriæ capillares ; ubi Asth-  
ma , cum Tussi sputatoriâ & fætidâ  
produxit Verum ex emollo è pede  
fero minime remissior fuit Dyspnœa .

A Junii 23o , ad 25um , Medicus  
præscriptis Bolum ex Pulv. e Ch.

Cancer. *composito*, Rad. *Serpent.* Virg. & *Castoreo*; *Decoctum album*, *Suppositorium*, *Empl. Vesicat.* *Nucha*, & *pedibus Cephalicum*.

Junii 25to, *Corticis Peruvianis Decoctum*. Die 26, *Corticis Peruv.* *Pulverem.* 28vo, *Julapium ex Aq. Lact.* 3*vj*, *Mentha*, *Cinamomum bord.* an 3*vj*, *Laud. liq.* 3*vj*, *Conf. Fracasi.* 3*vij*, in *Diarrhaeum*.

Julii 8vo, *Lac Asinum cum Pulvere Margaritarum*, & *Chelis Cancror. simplice*, & *Saccharo perlato*. Nec non *Infusum amarum ex Absinthio Romano & Sem. Coriandri*; addendo *Colatura*, *Gummi Ammoniaci Aq. Paxo*, comp. & mirabil. an. q. s. *dissoluti* 3*vj*, & *Aq. Ceras. nigr.* 3*vj*.

Die 9no, *Corticem Peruvianum*. 16to, *Bolum ex Pulvere e Chel.* *Cancer. comp.* & *Theriacā Andromac.* Et *Decoctum albumcum Rad. Tormentillae.* 19no, *Infusum amarum*, & *Pilulas ex Pulvere Millepedum*.

Aug. 3mo, *Pilulas ex Pulv. Ari comp. Myrrhe & Syr. Balsamico*. Et *Decoctum ex Cortice Sassafras*, *Sem. Duci*, *Bacis Juniperi*, *Kad Bryngii condit.* & *Aq. Calcis q. s. addendo Colatura Aq. Neaphriticam*.

Die 17mo, In consultatione cum alio Medico, *Pilulam Matthesiannam*. 19no, *Vesicatoria Nucha & Brachiis applicanda*. *Pilulas ex Galbano*, *Gum. Ammoniaco*, *Croco*, & *Opobalsamo*. Et *Julapium perlatum*.

Sept. 6to, *Enema ex Decocto abbo*. *Theriacā Androm.* & *Diascordio*. *Infusum amarum ex Radicib.*

*Gentiane*, *Helenii*, *Absint.* & *Marrubii foliis*, *Sem. Duci* & *Baccar.* *Iunip. in Aq. fonti infusis addendo Colatura Vinum Chalybeatum*. Et *Bolum ex Diascordio*, *Terrā Iaponicā*, & *Ol. Cinamomi*.

Die 13io, *Vesicatorium parvum*, cum *Epispastico Unguento*, ad diu continuandum *Ulcus*. *Pilulas ex specieb. Diambra*, *Castoreo*, *Sale Volat. C. C.* & *Galbano*. Et *Julapium Hystericum*.

Hactenus tres Medici magni nominis, duoque Chirurgi non incelebres *Ægrotam visitarunt*. Et hanc Morbi methodique prescribendi Historiam, majori ex parte, ab Illâ illiusque Matre, iterum advocatus accepi.

Jam tum difficulti respiratione, *Diarrhaeā*, & manuum artuumque inferorum Tumore gravata est. Adeo vertiginosa & languida, ut bis uno die ne *Syncope* morietur metuerint. *Pulsus ei valde frequens ac debilis*. Et circa meitem, *Calote*, *Rubore*, & *Dyspnœā*, quotidie affectam fuisse narrabant.

Horum omnium, ferè à Morbi principio, Symptomatum, tres quatuorve Causas fuisse arbitror. Quotidianum scilicet è lecto egredium, *Lactationem*, *Venæctionem*, & è sumptis Medicamentis imprimis *corticem peruvianum*. Hæc enim omnia pustularum miliarum incremento & durationi certum est obstatisse, & materiam morbificam in pulmones, Intestina, Artusque inferiores transtulisse.

De hoc Morbo, quod sit immēdicabilis, feci prognosin. Præcipue ob summam *Ægrotæ imbecillitatem*;

& quod Dyspnoea & Diarrhoea contraria indicarent.

Triste confessi est, multum pœnituisse se, me posterius vocatis Medicis non associatum fuisse: Praecepue, quod suam Sororem in simili casu à me sanataam meminerit. Jam tamen à me proposita Vesicatoria nullibi apponai voluit, etiam si Respiratione difficultis & Vertigo exigerent. Fontanellas itaque inter scapulas appetiendas susci. Et in ventris Tormina, Diarcheam comitantia, Spiritum Millepedum, cuius efficaciam sèpe expertus sum, ex haustu potus ordinarii, ad gutt. xx bis in die sumendum præscripti. Et ut sextâ quaque horâ Bolum ex Sperma-

te Ceri, Pulv. e Chel. Cancr. comp. & Croco, ad Menses movendos lenem Diaphoresin excitandam, Respirationemque allevandam, deglitteret.

Die 20mo, in reditu meo à Regio apud VVindesoriam Castello visitavi ægrotam, eamque à Vertigine omnino liberata conspexi, ejus spiritus haud mediocriter refectos, ventris Tormina consopita, & suppressam Diarrhoeam, ut postea mixturâ oplatâ non opus fuerit. Persistentibus autem Dyspnœâ, ac inferorum Attuum Tumore, & universâ imbecillitate indies auctâ, post unam atque alteram septimanam obiit.

### *Historia Febris Miliaris cum largissimo Urine effluxu circa finem.*

**J**ulii 29no, 1705. D. Loyd Lindearius, apud Cyanæ Insigne in plateâ Cheapside dictâ, cuique D. Basket erat Pharmacopeus, me ad suam Filiolam septem annos natam evocavit.

Habitudine erat tenuior, Temperie calidior. Spiritus illi vivaces, sed facilè dissolubiles. Diebus aliquot præcedentibus, ex Calore interno cutis aridior fuit. Pridie hujus diei, cancrum comedit. Ex quo noctu ægrotabat, & calore vehementi siccique correpta est. Quibus etiam Spiritum defectus, Vomito, Pulsus frequens ac debilis, & Urina sanorum similis accessere.

Et morbi Antecedentibus & Symptomatis præovi hanc Febrem fore Miliarem. Ideoque lacteo Enemate, ad primas abluerendas vias in-

jecto, pro meo more decrevi lenem ac continuam Diaphoresin excitare, calidæque iuterim & siccæ temperiei dilueribus favere. Præscripti autem sequentem in modum,

R. Pulv. e chel. cancer. comp. gr. viij, sumantur e cochl. j Iulapit sequentis, superbibendo cochl. ij. vel iiij.

R. Aq. ceras. nigr. Zvij. Epedem. Zi, Sacchari albiss. q. s. Mff. Iwlapium.

His addidi Emplastra, ex Cephalico cum Euphorbio, & pice Burgundica, subpedalia.

Die 30mo visitanti mihi narrant, Ægrotam ex Enemate Alvum satis decisisse: Noctemque magis placidam, quam præcedentem, illi contigisse. Non adeò multum ardebat; calore tamen & frigore alternis mitius affe-

affecta fuit, vomitioque omnino suppressa. Et jam primum super Pustulæ Miliares in conspectum venere. Præscripsi itaque ut persisteret in usu Pulveris; & ad diluendam materiam febrilem, sudoreisque fovendum, Possetum Salvatiatum affatim potaret.

Die 31<sup>mo</sup>, Spiritus minus oppressi sunt, & mediocriter refecti. Sed ex usu Posseti intermissio paulò plus caluit; Pulsus frequentior, sed debilis; Pustulæ tamen Miliares aliquanto magis fuere conspicuæ. Præscripsi itaque Pulveris e Chel. Cancr. comp. gr. viii, totidemque Margaritarum præparat. alternis vicibus sumenda.

Augusti 1<sup>mo</sup> Pustulæ Miliares sunt tumidiuscule, Calorque internus minor. Externè verò paulò plus caluit, cutisque leni Diaphoresi humectabatur. Jussi itaque post subductam Alvum ex injecto Enemate antea præscripta reperenda.

Aug. 2<sup>do</sup> Spiritus fuere vivaciores, Calorque adhuc minor internè. Consului itaque persisteret in usu Margarit. pp, cum Julapio quarta quaque horā: Et ad tuendum caput Emplastrum Vesicatoria pone aures applicanda.

Aug. 3<sup>tio</sup> non adeò equidem externè calebat: Verum pustulæ Miliares aspectum habebant minus laudabilem. Censui itaque pulverem e chelis canc. compositum in usum revocandum. Quoniam verò puerula mater ægræ ferbat Medicamenta adeò frequenter sumenda, sequentia præscripsi.

R. Aq. ceraj. nigr. 3xij. Epidem. 3j. pulv. e chel. canc. comp. Tom. II.

3j, Sacch. albiss. q. s. Ms. f. Iulapi-um, de quo tumat Haustum sexta quaque horā, agitata phiala tempore usū. Et sumeret Margar. præp. Dofin. in omnibus intervallis. Utetur etiam Mucilagine ex semi-Cydon. & Psyll. Syr. e Rubo Idaea edulcorata. Et Empl. subpedalia reverterentur.

Aug. 4<sup>to</sup> Calor erat multò intenſior, nec sine quibusdam motibus convulsivis. Puella enim, cuius calida erat naturalis temperie, largius de Julapio potaverat, quam debuit. Præscripsi itaque, Julapii loco, Margarit. pp. 3j, sextā quaque horā sumendum, è Julapii sequentis Cochl. j, superbib. Cochl. iij.

R. Aq. Lact. alex. 3viii, Epidem. 3j, Syr. e Cort. Citr. q. s. Ms. f. Julap. Et ad seri Sanguinis partem acriorem diluendam, ut lactis aquam alexit, sycret edulcoratam, instar potū oraliarii. Si diaphoresis suppressa fuerit, singulis aquæ prædictæ haustulis Spiritus C. C. gutt. iv. addiscetur: Et Julapio imminicetur Pulveris de gutt. 3j.

Die 5<sup>to</sup> motus quievere Convulsivi, Calor fit mitior, Spiritus animales vires sursum, Pustulæque Miliares jam in principio declinationis sunt. Quæ clare indicant, mala antea memorata Symptomata non tam à Morbo, quam à Julapio, mira quantitate sumpro, provenisse. Jussi itaque ut in novissimè præscriptorum usu persisteret. Naturæ enim non imperandum, ut bene moner Baglivus, sed illius monitis parentum est.

Die 6<sup>to</sup> Febris adeò declinavit,

ut Pustulæ Miliares desiccari incep-  
perint. Præscripti tamen, ad Fe-  
brilem Calorem superstitem extin-  
guendum, ut Lactis aquam cum  
Margarit. præparatis Puella statim  
bibat, & cortex Peruvianus in  
promptu esset, pro re natâ sumen-  
dus.

Die 7mo summo manè advocor.  
Tanta enim copia, tamque subito  
minxit Puella, ut de illâ, ante-  
quam matula afferri potuit, efflu-  
xerit Urina. Unde pertimuit ma-  
ter, ne Diabetes, & deinde mors  
sequerentur; ut suo nepoti acci-  
dille ajebat. Cum reverâ partim  
ex Aq. Lactis, die præcedente li-  
beralius potatâ; partim è Pustulis  
Miliaribus, tum exsiccatis, eveni-  
ret. Quemadmodum in antea des-  
cripto casu, & in eodem Morbi  
tempore, materæ morbificæ reli-  
quia, ad Crisim perficiendam, iper  
Alvum abierunt. Quod & hic for-  
san accidisset, si Patientis tempe-  
ries minus calida, Alvus natura laxior,  
ususque Margaritarum parcior  
fuisse. Et in simili casu hujus-  
modi Morbi reliquia per Lochia  
nonnunquam expelluntur: ut D.  
King, ad Trium Regum Insigne  
in Ludgate-hill, cui Pharmacopœus  
erat D. Alen, accidisse me-  
mini. Illi enim, statim à Pustulis  
Miliaribus penitus exsiccatis, Lo-  
chia, instar Sanguinis super Car-  
bones adusti, nigricantia, sine ullâ  
causa evidenti, aut subsequentे pe-  
riculo, per horam integrâ ema-  
nârunt. Et quoties evacuatio neu-  
trius prædicti generis post exsiccatas  
Pustulas contingit, saepè vel Calo-  
rem internis partibus hærentem, cum

pressurâ Spirituum, deprehendo;  
vel quavis levi de causa recidivam  
patiuntur Ægri, & nonnunquam  
mortem subitanam: Vel ex mate-  
riâ in Artus rejecta, aut Erysipe-  
las, aut Hydropticus dolensque Tu-  
mor generatur.

Hæc omnia puellæ marri sigil-  
latim monstravi, quo melius eam  
à timore liberarem. Nihilque am-  
plius agendum, præter virium in-  
staurationem: vel Corticis Peruv-  
iæ, vel Pulveris Testacei cum  
Lacte Asinino; cujus usus ei antea  
bene cessit. Alium tamen Medi-  
cum associari voluit. Eodem vero  
tempore ipse evocor ad Nobiliss.  
D. Clarendonia Comitem, ut de ejus  
nepote, Honorabil. D. Obrian,  
consulerem. Ideo & alter Medicus  
tequantia solus præscripsit.

R. Pulv. de gutt. Lapid. Con-  
tray. an. gr. vi, Castor. Salis Vol.  
C. C. an. gr. ii, Conf. Alchemi-  
fine Mosch. Æi, Syr. Paon. comp.  
q. f. M. f. Bolus statim sumen-  
dus, & sexta quaque horâ, solutus in  
Cochl. j. Jelapii.

R. Decoct. albi ffij, Ag. Ci-  
nam. bord. ȝi, Sacch. alb. ff. q.  
f. M. f. Apozema pro potu or-  
dinario.

R. Salis vol. Oleof. ȝij, sumat  
gutt. vi, frequenter in potu quovis  
ordinatio.

Et applicentur Emplastrâ Ves-  
icatoria Brahiis internis & inter Sca-  
pulas.

Hujus præscripti Chartulam D.  
Basket Pharmacopœus ad me misit.  
Quâ perlectâ stupore quadam per-  
culsus sum; dixique, cum mini-  
mè retrocesserint Pustulæ Miliares,  
fed

sed regulariter & sine quovis pravo Symptome exsiccarentur, me, ex Medicamentis calorificis, & à puella calidi temperamenti ac debilitatè sumptis, nil melius quam Febre de novo accersam, mortemque minitantem sperare.

Nec me mea fefellit conjectura. Cum enim circa nonam vespertinam puellam visitaverim, ut omnia, secundum præscriptum ultimo memoratum, intellexi facta fuisse: ita & puellam ardore vehementissimo, cum siti ingente, linguaque arida, & respiratione difficulti, laborantem vidi. Attamen, absente altero Medico, nihil præscribere mihi visum est.

Die proximo manè nobis, una Puellam visitantibus, narratum est, illi pessimè transiisse noctem, & jam ardebat maximè sitiique valde urgente & Dispœna afflita fuit. Et mihi interroganti alterum Medicum, qualibus indicationibus satisse fuisse proposuerat? Respondebat, se me absente, qui solus Morbi Historiam enarrare potui, Pustulas Miliares retrogradas estimavisse. At cum id fieri non posse monstraverim, habitâ consultatione, & concessit Medicus dosin diminuere, & sequentia præscribere.

R. Lapid. Gontray. Pulv. de gutt. an. gr. iv, Croci, Castor. an. gr. j, Syr. Peon. comp. q. f. Ms. f. Bolus sumendus e Cochl. j, Iulapii. Sumeretque ad diluendos humores

Decoctum album pro potu ordinario. Et ne ex Alvo adstricta usuque Boli Calor excitaretur, suppositorium præscriptissimum ex Melle & Sale Gemmeo.

Die 9no Calor fuit remissior, liberiusque respiravit. Præscriptissimum itaque Enema ex Lacte Saccharato, Bolumque unum.

Die 10mo in statu longè meliori Puellam vidimus; Symptomatis, à calidis Medicamentis ortis, consopitis omnibus. Attamen ad recuperandas vires, Calorisque interni recursum præveniendum, Pulverem præscriptissimum sequentem, e Cochl. j, Lactis Asinini sumendum, superbibendo ℥, tepide.

R. Pulv. e Chel. Cancr. comp. Margar. pp. an. gr. vj, Ms. f. Pulvis.

Die 11mo ut adhuc tutius præmuniamus puellam, ne illi febrilis Calor novaretur, consulnimus, Cort. Peruv. Pulv. ℥, e Cochl. j, Iulapii quarta quaque hora sumendum; & pro re nata, Aq. Lactis haustulum. Et ad perficiendam valetudinem Rus adiret, ubi saniori statu semper gaudebat.

Haud multo post audivi, illam iterum male valere, aliosque adoceri Medicos. Id autem minime mihi displicebat: nam sub eorum cura obiit; cum antea, me illam curante solo, Deoque favente, tam bene illi res cesserit, ut è Febre mediocri tempore evaserit.

## Historia Febris Miliaris in Mamma Apostema terminantis.

**J**ulii 2do 1699, ad Viri admōdum Honorab. D. Trevor Comun. Placitor. Justiciati Capitalis Uxorem, jam defunctam, circa sui Puerperii principium, evocatus sum. Cui Pharmacopœus erat D. Gellthorp; obstetrix, D. Dodson.

Cum gracili corpore animum possedit tranquillum; Spiritus tamen nativos debiliores. Ante partum in Calorem internum s̄apē incidit. Postea doluere Dotlum & Femora, ut in Puerperis solent: Et, doloribus remissis, horrore correpta est; quem Febrēm esse Lacteam pararunt Mulieres: tertio enim à partu die contigit.

Quoniam tamen Spiritus deficere sensit, die praedicto vocatus sum. Cum observaverim Symptoma, quadam oppressione Pectoris suspitia cogente, summe dejectis Spiritibus, Capitis dolore, Pulsuque frequenti ac debili, illam laborare vidi. Urina sanorum similis, Palmae erant calidæ, Lochia effluabant, Alvusque potius accessit ad Laxitatem. Deaudato autem Pectore, inibi numeravi Pustulas Tres Miliaria. E quibus, etiamsi paucissimis, satis apertè constabat, hanc Febrem esse Miliarē. Mihi autem id affirmanti Digniss. D. Hambden, aliæque astantes, vix assentiri voluerunt.

Attamen ex numero Pustularum adeò parvo materiam ad eas sovendas aptam aliò tendere suspicatus sum. Ut itaque carum eruptiones

leni & continua Diaphoresi promoverem, sequentem Hautum sexta quaque hora sumendum præscripsi.

R. Aq. Lact. 3ij, Paon. comp. 3B, Pulv. e Chel. Cancr. comp. gr. xv, Pulv. de gutt. 3f, Syr. Meliss. q. f. Ms. f. Hautus.

Pulverem è Chel. Cancrorum paulò minori quantitate præscripsi, ne motum Sanguinis magis accelerem, quam Diaphoresi jam excitata continuandæ par esset. Ad tuendos nervos, si Pustulæ forte retrocessissent, addidi Pulv. de gutta cum Aquæ Lactis majori Dosi diluente.

Præscripsi etiam ad Capitis dolorem Emplastrum Vesicatorium inter Scapulas applicandum, & Empl. subpedalia. Et pro Alimento ut Pullorum jus sorberet. Quod, ut magis nutritum, in hac Febre potius quam in quavis alia, præcipue in natura debilibus, præbere soleo. Quibus & adjunxi seq. Julapium ad libitum sumendum.

R. Aq. Meliss 3vij, Cinamom. bord. 3iv, Epidem. 3i, Sacch. perlati 3ij, Ms. f. Julapium.

Die 3tio melius se habuit, ex omni parte. Attamen, ne remitteretur Diaphoresis, præscripsi Bolum sequentem.

R. Conf. Anth. 3B, Pulv. e Chel. Cancr. comp. 3B, Syr. Meliss. q. f. Ms. f. Bolas sumendas cum Julapio.

Vesperī Febris exacerbata est pri-

me

mo contingentibus Symptomaticis. Quibus etiam accessit Respiratio difficultis: Nec non levior Diarrhoea, è Lochiis diminutis. Nam excrementitia materia tentabat transitum ab Utero ad Intestina. Sequentem itaque Bolum cum Julapio sumendum praescripti.

R. Cons. Anth. 3*B*, Theria-  
ca Andr. 3*i*, Pulv. e Chel. Cancr.  
comp. Croci, an. 3*i*, Syr. Melisse q.  
f. Mf. f. Bolus.

Theriacam pætuli Diascordio, quod non solum moderetur Alvum; sed & plerumque magis faveat sudoribus. Et, omissis aliis Astringentibus, Crocum addidi, ut uberiorem Fluxum Lochiorum, sine astrictione Glandularum Intestinalium, restituuerem. Quæcunque enim Intestina astringunt, suum etiam Utero affectum imprimunt. Quod imprimis advertendum est, ne ex uno sanato Symptomate aliud generetur.

Veruntamen, ne Bolus supradictus minus sit efficax, seq. Julapium praescripti in promptu habendum.

R. Ag. Ceras. nigr. 3*viii*, Ci-  
nam. bord. 3*iv*, Epidem. 3*i*, Cons.  
Fract. 3*i*, Cons. de Hyacinth.  
fine od. 3*i*, Syr. de Menth. 3*i*, Mf.  
f. Julap. de quo sumat Cochl. iv,  
post seadas singulas. Et ne quid malii accideret ex Opiatis, praescripti Vesicatoria Carpis applicanda. Quæ etiam in Diarrhoea nonnunquam profuit, dum materiam morbificam ad exteriora revellunt.

Die 4to à sumpto Bolo Theriacali somnum sudoremque secutos fuisse intellexi. Unde & omnia Sym-

ptornata in meliorem partem inclinaturunt. Neque astringentis Julapii opus erat. Praescripti itaque Bolum cum Julapio perlato repetendum. At sine Theriaca; quod hic minus Calida ad continuandam Diaphoresin viderentur sufficere. Et inefficacis Medicamenti, majore quantitate quam par est adhibiti, exemplum habemus in Salivatione. Hanc enim saepe, & præcipue in debilibus, Mercurii dulcis gr. v vel x, singulis noctibus sumpta, felicius producunt, quam ejusdem Medicamenti Tripla Dosis. Cujus etiam rei Testis est D. Tindal Pharmacopœus. Qui, cum hanc methodum cuidam Patienti praescriptissim, multa admiratione dixit, se nil inde expectare: nuperrime enim Doses multò majores prædictæ Patientis Filie, à magni nominis Chirурgo dñi, & vel undecim hebdomadas frustra continuari, viderat. Verum Mercurius dulcis nimia quantitate sumptus Sanguinis motum adeo accelerat; ut materiam, quæ ex mediocre Dosi per Glandulas Salivales secerni solet, Vomitione aut Sedibus expellat. Et notum est, in Melancholicis Alvum facilis subduci Medicamentis Lenitivis, quam Catharticis plerisque fortioribus. Et pari modo sudor jam profluens, Diaphoreticorum Dosis augendo vel nimis frequenter repetendo, saepe in ardorem definit.

Attamen ne ad continuandum sudorem desisset materia, Apozem. seq. praescripti.

R. Rad. Fragar. Chelid. major.  
an. 3*B*, fol. Meliss. Fragar. Che-  
lid. an. p. iij, Sem. Card. bened. 3*ii*,  
Cccc 3 flor.

*flor. Cordial. an. p. 3, Coguntur in Aq. font. q. s. Colatura  
tib. adde Aq. Epidem. 3ij, Mf.  
f. Apozema.*

Vesperi rediit exacerbatio, sed multò levius. Bolum itaque Theriacalem repetendum præscripsi. Deinde, post horas sex, Bolum sine Theriaca: Et emplastra subpedalia applicanda.

Die 5to Symptomata quæque vidi benigniora, Pustulasque Miliares ad maturitatem properantes. Præscripti itaque ut in usu Boli sine Theriaca, Apozematis, & Julap. persisteret.

Quoniam tamen Dyspnœam renovari posse suspicatus sum, si exacerbationes prædictæ iterentur, donec Pustulæ exsiccatæ fuerint, alium Medicum in consultationem vocandum monui, quem Patientis Amici nominarunt. Vespere itaque convenientes Symptomata totum illum diem fuisse leviora intelleximus. Jam vero vidimus omnia, nempe Diarrœam, Dispñœam, Spirituumque defectum exacerbari. Præscriptimus itaque sequentia.

R. *Pulv. e Chel. Cancr. comp.  
Conf. Fracastor. an. 33, Syr. Caryoph. q. s. Mf. f. Bolus sumendus  
in Cochl. j, Julapii sequentis, superbibendo Cochl. v.*

R. *Aq. Ceras. nigr. 3x, Pulleg.  
Bryon. comp. an. 3ij, Margar. pp. 3ij, Sacch. albiss. q. s. M. f.  
Julapium.*

Die 6to manè, non obstante Bolo, Patiens sexies sedem petiverat, norque ei inquietè transiit. Nec iam Exacerbatio omnino finita fuit. Iulianus itaque Bolum continuau-

*David Hamilton,*

dum, & Vesicatoria Brachiis internis applicanda. Quibus addidimus Gargarismum ex Decocto Plantaginis cum toto, & seq. Enema.

R. *Seri Lact. Vino Hisp. separati 3x, Elect. e Baccis Laur. 3i,  
Sacch. rubr. 3ij, Mf. f. Enema.*

Attamen interrogatus seorsum à D. Hedges, Ægrotæ matre; Quid ad magnum illum Spirituum defecatum sit faciendum? Suasi, ut in Aq. Lact. haustulo Croci sumeret 3f, & post aliquot horas reperteret.

Vesperi nobis narratum est, Patientem omisisse Bolum cum Diascordio. Sed Croci, ut à me præscripti, usu reperto, levioribus Symptomatis diem transegisse. Nam ex leni sudore Pustulæ Miliares laudabili modo se extulerunt. A juvantibus itaque indicationem sumentes præscriptimus Pulverem sequentem.

R. *Pulv. e Chel. Cancr. comp.  
33, Croci Pulv. gr. vi, Mf. f.  
Pulvis sexta quaque hora sumendus  
cum Julapio.*

Die 7mo visa est optimè se habere. Alvis ei mediocriter soluta fuit; nempe longioribus intervallis, & sine virium jactura. Neque inde Pustulæ Miliares disparuerent. Quamobrem, ut in usu alterno Boli sine Diascordio, & Pulveris ultimo præscriptum cum Julapio, persistet decrevimus.

Vesperi Symptomata, cum difficultate Respiratione & Diarrœa, exacerbata sunt. Quare & præscriptimus Bolum cum Diascordio, & reliqua ut antea.

Die 8vo etiam si Bolum sump-

sisset

fisset cum Diascordio, haud tamen ita bene sudasse aut dormisse ac post Bolum Theriacalem à me præscriptum Astantes aiebant. Magis enim inquieta fuit & calida, difficiliusque adhuc respirabat. Præscripsimus itaque, ut in usu Pulveris persistaret.

Vespere videbatur novam pari exacerbationem. Ego verò ultimam nondum penitus finitam esse censui. Loco itaque Boli Diascordiali Theriacalem præscripsimus repetendum.

Die 9no intelleximus, noctem præcedentem fuisse facillimam. Et jam quæque Symptomata benigna, Pustulasque Miliares, & numero & mole auctas vidimus. Præscripsimus itaque in Exacerbationis intervallis Bolum sine Diascordio aut Theriaca sumendum. Opiata enim tempore Exacerbationis sumpta melius operari, expertum habeo: præcipue si Vesicatoria simul applicarentur.

Die 10mo, post noctem valde pacatam, Ægrotam spirituum summo defectu, madore frigido & universali, præcipue in manibus, fractam miratis sumus. Præscripsimus itaque Croci ðð, ex haustulo Aq. Lact. bibendum; & suppositorium ex Melle Spec. Hier. cocto intrudendum. Ut Lap. Goens. ðj, cum Croci gr. vi, sumeret sexta quaque hora: Hauustumque cum Croco in languoribus & madore frigido. Nec non Apozema pectorale, cum Linctu

oleoso, ad moderandam Tussiculam jam primo ortam. Ne Pustulis ad siccitatem tendentibus materiae morbificæ residuum in Pulmones irrueret.

Diebus sequentibus nihil præter Julapium perlatum & Crocum, in languoribus sumendum, & Diætam Nutritiam, præscriptum est. Quibus adeo vires Patientis auctæ sunt, ut postea materiae morbificæ reliquæ in Mammarum Glandulas tuto secererentur. Verum ad ejus imbecillitatem habita ratione, Pilula Tatt. Quæcerat aliquot vicibus sumpta, materiae prædictæ maturationem tardare volui. Quo facto, ita bene res cessit sub cura D. Bernard Chirurgi Regii, ut paulatim, & pene sine dolore, Pus generaretur, & paucis post diebus optime convaluerit.

Verumtsmen paulo ante proximum Puerperium narravit Medico magni nominis se sub præcedente, Febre correptam fuisse; & ex Calore, quem sensit interno timorene similiter recurreret. Quare ille Medicus Sanguinis zx Venæ extione emittendas consuluit. Qua facta, ut Fœtum in Utero languidius moveri statim senserit; itaque cum ad partum ventum esset, adeo debilitata fuit, ut antequam illam adire potuerim, in ipso Conatu, ad excludendum Fœtum (etiamsi hic rite possum) necessario, supremum dicere obierit.

*Historia Febris Miliaris, ex Frigore propè Mortalis.*

**S**Ub finem mensis Julii, 1706. vocatus sum ad Filiam D. Smith in Areâ, Bartholomew-cloſe vulgo vocata, statim post partum. Cui obstetricis officium præstitit D. Summers, & D. Springet Pharmacopæi.

Post partum passa est Fluxum Lochiorum nimium; cum Pectoris oppressione maxima spirituumque defectu: nec non frequenti Pulsu ac debili, manibusque superius pene frigidis. Quorum symptomatum, cum nulla Causa, sive ad Infantem, sive placentam, habita ratione, apparuerit: à quodam Febrili Calore, ejus spiritus exhalante, & simul frangente Vasorum vim retinendi, pendere videbantur, Febremque Miliarum, latentem monstrare. Sequentia itaque præscripti.

R. Pulv. e Chel. Cancer. comp. Dr. Castor. gr. iv, Syr. Paralys. q. f. Ms. f. Bolus in Cochl. i. Fulapiti perlati communis sumendum, superbib. Cochl. iv vel v. Id scilicet mihi met ipsi proposui, ut facta per Diaphoresis secretionem mediocri, moderer Uterinam. Nam ut Sanguinis Fermentario aut Motus violentior secretionem minuit: ita & altera Evacuatio alteram. Quem duplum Aphorismum, ex multiplici mea observatione enatum, habeo. Neque adeo tuto vel Astringentia præscriptissimum, vel Opiata. Dum ex nimio Lochiorum fluxu, hoc modo diminuto, forsitan & fluxus naturalis defe-

ctus sequeretur. Cujus rei effectus quantum metuendi sunt, tam Medicis quam Obstetrics bene no- runt.

Mæque in hac re conjecturæ, sumpti Medicamenti operatio dedit Suffragium. Nam Boli usum, ut spirituum antea depressorum elevatio, ita & Lochiorum diminutio se- cuta est.

Dehinc, etiamsi prænoverim, Febrem suam naturam brevi patefactaram: ne tamen Patientis Amici studere me lucro putarent, de illa tacens, consului, ut in usu Boli mane & vesperi persisteret, in Lecto maneret, seque ab omnium consor- tio averteret. Ut tranquilli esset Animi, pro Cibo sorberet Pulli Galinacei Brodium, nec non Decoctum Avenarum excorticatarum Vinosum; & pro potu ordinario, possetum Salviatum; addendo singulis haustibus spiritus cornu Cervi guttas aliquot, si Diaphoresis remissio con- tingerit; & in languoribus Salis Vol. Oleosi similiter. Hoc factò, Patien- ti in aliquot dies valedixi.

Deinde redeunti mihi narratum est ab adstantibus, mea mandata dili- genter illam observasse, & medio- cri usum fuisse valerudine; Vapo- ribus solis (ut locuti sunt) exceptis. Spirituum enim defectum, Pectusque oppressum palli est, cum Vigiliis & Animi perturbationem ex ob- precente somno. Calore enim & Frigore alternis vicibus, sed inæqualibus in- terval-

tervallis & præcipue in sudoris intermissione recurrentibus, affecta est. E quibus Symptomatis adhuc certius prævidi, Pustulas Miliares, se tandem exhibitas.

Hujusmodi fere statum Febris retinuit usque ad diem Augusti undecimum. Ubi à prandio vocatus sum ad illam, Syncope ex improviso correptam: quamque brevi morituram Amici aestimarunt. Cum illi adsim, è Lecto surrexisse intellecti, & deinde statim in Syncopen incidisse: Nec ab eâ evasisse, donec in Lectum redierit. Ego vero Pustulas Miliares editas fuisse subolens, & ab irruente frigore retrocessisse; eas equidem in denuato pectore deprehendi, sed inter surgendum depressas.

In hoc calu non ad vehementer calida censui confugiendum. Ne, nimis Sanguinis accelerando motum, Pustularum uberiorem proventum magis que aspectabilem impedirem. Verum istiusmodi potius elegi Medicamenta, quæ, cum mitiora sint, fœlicius excitarent Dia-phoresin; &, emitendo Pustulas, depresso Spiritus eleverant. Sequentem itaque in modum præscripsi,

R. Con. Aceto. 3ij. Bezoar. Orien. Croci an. 3B. Syr. Paralys. q. s. Ms. f. Bolus sumendus e Cochl. j. Julap. sequentis superbib. haustum eiusdem.

R. Ag. Ceras. nigr. 3x, Angel. comp. 3jB, Sacch. perlata q.s. Ms. f. Julap. de quo sumat haustum ut supra, & in languoribus. Repe-tatque Bolum sexta quaque hora.

R. Salis Vol. Oleo. 3B, sumat lxx. xx cum poenis ordinarie ha-

stulo aliquoties in die. Et subdalia Emplastrum applicentur.

Die 12mo multo melius se habuit. Spiritus enim nec adeo depresso sunt, neque perturbati; Pustulaeque magis confertæ, & expansæ, magisque extumuere. Unde eas ex frigore retrocessisse patet. Alias enim tantum progressum, tamque subitaneum fecisse, minime existimandum est. Jussi itaque ut in usu Boli & Julapii persistaret, sumereturque in languoribus Aq. Theriacal. tenuioris Cochl. ij.

Die 13to cum quæque viderem laudabilia, ne sèpe visitando tædium Patienti afferrem crearemque sumendorum odium, sequentia, usque ad diem decimum septimum, continuanda jussi.

R. Pulv. e Chel. Cancr. comb. 3j. Castor. gr. iv, Syr. Paralys. q. s. Ms. f. Bolus sexta quaque hora sumendus cum julapii perlata haustulo.

R. Castor. gr. vi, Ase fætid. g. xij. Syr. Paralys. q. s. Ms. f. pilula no vi, sumat q. s. in Intervallis, ad fluxum Lochiorum continuandum.

Die 17mo pustulis jam exsiccatis, patiens usquequaque recte se habuit. Excepto quodammodo frigido madore, per interualla, recurrente. Cui ut occurrerem, prævideremque ne quid mali à pustulis jam deletis accideret: jussi, ut in usu Boli dies decem persistaret. Et si è lecto sur-gendo defici Spiritus sentiret; statim in eundem rediret, Bolumque præscriptum sumeret. Quibus obtemperando præceptis, perfecte con-valuit.

## Historia Febris Miliaris, cum Delirio maxime furioso.

**M**Aii 24to 1699, evocatus sum ad D. Povell, in platea Basinghall-Street vulgo dicta, Ansellam; cui D. Dalton erat pharmacopœus.

Hæc primò Capitis Dolore, & Frigore Caloreque alternis, sed mitioribus, Rure affecta fuit: Una cum magno Spirituum defectu, & pectoris oppressione suspitia cogente. Quæ Symptomata, à mensibus obstructis & exinde Vaporibus (ut vulgo loquuntur) provenire, Domestici putarunt.

Cum autem indies ingravescerent, primo mēs visitationis prædicto die, illam pulsū frequenti ac debili maximoque languore vidi laborantem, Adeoque vehementer delirabat, ut penitus nesciverit responsa dare; vociferabaturque, etiam in Vicinorum Molestiam. Unite & judicavi, hanc Febrem fore Miliariem. Sed ex omnīs hacten debito regimine, materiam pastulis generandis aptam, partim iħħarrer Sanguini, & ex parte Nervis impelli.

Præscripsi itaque Enema, ex Decct. communis pro Clyst. 3vij, Mellis Mercur. 3ij, Sacchar. rubr. q.s. injiciendum quamprimum, Vesicatoria etiam Carpis applicanda, &, ab Enematis finita operatione, Bolum sequentem sexta quaque hora sumendum.

R. Decoēt. commun. pro Clyst. 3vij, Chel. Cancror. comp. 3j, Croci gr. iv, Sem. peon. gr. vij, Syr. Atripl. q. s. Ms. f. Bolus in Cochl. i.

Julap. sequentis sumendum superbib. Cochl. iv.

R. Aq. Ceras. nigr. 3vij, Aq. peon. comp. Syr. Atripl. an. 3j, Ms. f. julapium.

Ad deobstruendos Menses pilulas sequentes præscripsi.

R. Aſa fætid. gr. x, Castor. gr. v, Syr. Atripl. q. s. Ms. f. pilul. vj, capiat ij, sexta quaque hora Bolorum usq; interposita.

Et in Furorem, si insomnis fuerit, ut addatur Bolo circa horam quartam matutinam sumendo, Laud. Lond. gr. j.

Die 25to pulsus ei, ut antea, frequens ac debilis, persistitque vociferari. Non autem continuo deliravit. Bolum itaque cum Laudano Amici omiserunt, proinde & ipse Bolum sine Laudano, cum Julapio & pilulis, continuandum præscripsi.

Vespere paulo melior erat Morbi facies ac matutino tempore. Coxerunt enim sudores jam effluere, pauculæque in pectore pustulae Miliates pullulare. Alvus tamen, Enematis antea præscripti vim eludens, adhuc valde stricta fuit. Quam obrem & aliud jussi injiciendum.

R. Decoēt. commun. pro Clyst. 3vij, Eclat. Lenit. 3j, Conf. Hrmech. 3s, Sacch. rubri q.s. Ms. f. Enema.

Et ab Enematis operatione finita, ut sumeretur Bolus sequens.

R. Cons. Acetos. 3s, pulv. Chel. Cancr. com. 3j, Syr. Melisse q. s. Ms.

*f. Ms. f. Bolus quinta quaque hora sumendus,*

His addidi Mucilaginem ex Semin. Cydon, & Psyllii Decocto Hordei extractam, & Syr. è Rubo Idæo edulcoratam; sumendam coquileatim, sensimque deglutientiam. Die 26to ab astantibus intellexi, somni paululum obrepisse patienti post Enema rejectum, totamque noctem continuasse Diaphoresin. Plures etiam jam extitere Pustulæ, & suspiria fuerunt rariora. Præscripsi itaque Bolum repetendum.

Vesperi mihi narratum est, Agrotara omnia Symptomata de novo passam fuisse: Et in vehementer suo Futore se adeo in lecto jactasse, ut inde sudores subsisterent. Quos ut restituerem, Spiritumque turbulentiam pacificarem, Camphoræ usum, (in simili casu sèpe à me expertum) cum Emulsione sequente consului.

*R. Sem. Papav. albi 3ij, Amygd. dulc. excoq. t. n° xv, Contund. cum decoct. Hord. q. s. affundendo deinde ejusdem Decocti 16 iiiij, Edulcoretur Colatura Saccharo albo pro potu ordinario.*

Jussi etiam ut Julapium repeteret, & Bolum cum laudano die sequente manc.

Die 27mo dictum est, Patientem a sumpto Laudano vix quicquam dormire potuisse. Ex usu autem Camphoræ totam noctem persistit Diaphoresis, Pustulæque plures extitere. Jussi itaque Bolum sine Laudano continuandum.

Die 28vo eadem Pustulæ Miliares

vitæ sunt incredibili constipari numero. Quæ attamen haud usque adeo profecerunt, quin Delirium vociferansque Furor recurrerent. Cum itaque Antimon. Diaphoretici vim, tam ad Pustulas expellendas, quam ad compescendum Delirium, sèpe expertus sim, sequentia præscripsi.

*R. Antimon. Diaphor. Pulv. e Chel. Cancer. comp. an. 9ij, Ms. sumantur ter de die e Cochl. j. Iulap. sequentis, superbib. Cochl. v.*

*R. Aq. Ceras. nigr. 3vj, Meliss. 3ij, Epidem. 3ij, Syr. Melissa 3j, Ms. f. Iulap.*

Et ad calorem internum ac situm, linguamque sordidam ac sicciam, præscripsi Decocti Hord. 16ij, Syr. Viol. 3ij, edulcoratas pro potu ordinario.

Die 29no post noctem multo quietiorem quam antea, Pustulæ fiunt adhuc ampliores. Unde & Vocifratio & Delirium accepere temperamentum. Lingua tamen manusque atrefactæ sunt. Præscripsi itaque ut Bolo addatur Lap. Prun. 9ij; ut bibat singulis Diebus Apozematis 16ij; & ut Empl. Vesicat. Tibiis applicarentur.

Die 30mo omnia Symptomata optabilia sunt. Quare ut persisteret in novissime præscriptorum usu ad Junii 12, consului. Tandem, circa Junii 16, præscripsi Pil. Tart. Q. 9ij, secunda vel tertia quaque nocte sumend. ad sextam vicem. Quibus sumptis, perfecte, & præter omnium Domesticorum & Visitantium expectationem, convaluit.

*Historia Febris Miliaris cum laſa memoria.*

**A** Prills 4to 1701, vocatus sum ad D. Buller in Nevvington-Burrs, cui ut Pharmacopœus inser-  
viebat D. Hunter.

Ille, dom Iter ad Londonum con-  
ficit, maximo Dorſi dolore, cum  
Ventriculi ægitudine, Vomitione  
& Dysuria, correptus est. Quæ  
Symptomata ſibi viſa ſunt ſimpliciter  
Nephritica. Et Medicamenta quæ-  
dam huic reſentia fruſtra ſumptūt.  
Prædicto die ad eum accessi. Et  
quoniam Antecedentia narrando,  
ſpirituum defectum & ſuspitia ta-  
cuilſet, ſequentem præscripti Hauſtum Emeticum.

R. Salis Vitrioli Vomitivi 3ij.  
Divide in Dofes ſex. Sumantur  
ſingula ex Aq. lugland comp. Co-  
ch. j. Superbibendo hauſtum poſſeti  
fol. Card. bened. alterati. Et Vo-  
mitione finita, ut ſumeret Pil. Sto-  
mach. cum Gum. Drj, ad Humorum  
& Vomitorii etiminandas reliqui-  
as, & ad mundificandas vias Urinariaſ, ut die ſequente mane bibat  
Aqua Strethamens. 16ij.

Die 5to ceſſabant Vomitio & Ae-  
gritudo, & preceque tam per Urinam,  
quam per ſedem, aqua Cathartica  
effluxit. Dorſi ramen perſtitit Do-  
lor; etiamſi mitiori gradu. Calore-  
que ac Frigore, vicibus alternis, ſed  
inæqualibus, captus eſt. Pulsus  
etiam illi erat frequens ac debilis.  
Spirituumque penuria, & Pectoris  
opprefſione ſuspitia provocante, ve-  
xabatur. Unde conjecturam feci,  
hanc Febrē Miliarem eſſe futu-

ram, & ſequentia præcripti.

R. Lapid. Goens. Pulv. de gutt.  
an. Drj, Mſ. f. Pulvis e lulapi per-  
lati hauſtulo ſexta quaque hora fu-  
mendus.

Die 6to Langor & ſuspitia le-  
viora ſunt. Cum vero Dorſi dolor  
potius ingraueſceret; præter Pulve-  
rem antea præcriptum, monui E-  
nema ex Decocto communi & Mel-  
le Mercuriali injiciendum. Eoque  
rejecto, ut Pulv. e Chel. Cancer.  
comp. Drj, ex Hauſtu ſequente ſumeret.

R. Aq. Lact. alex. 3ij, Epi-  
dem. Syr. de Meconio, Ob. Amygd.  
dulc an. 36, Mſ. f. Hauſtus. De-  
munque, ut paretur Mucilago ad  
emolliendam linguam.

Die 7mo Dolor fit mirior; ſpi-  
ritus autem perturbati ſunt & de-  
preſſi: forſan ex ſumpto Syruo e  
Meconio nocte præcedente. Præcri-  
piſi itaque Emplaſtra Velicatoria  
quamprimum Brachiis internis ap-  
plicanda. Et ad continuandum Su-  
dorem Hauſtum ſequentem.

R. Aq. Lact. alex. 3ij, Epi-  
dem. 3B, Lap. Goens. Pulv. de gutt.  
an. Drj. Mſ.

Et ſpirituum defectu urgente, ut  
Hauſtum Jolapii perlati, & Aq. The-  
riacal. Coch. j, aut ij, vicibus alter-  
nis ſumeret. Et ad linguam manus-  
que jam paulisper trementes, ut coma  
Hauſtu potus ordinarii ſpiritus La-  
vend. comp. gutt. xx capiat aliquoties  
in die.

Die 8vo Pustulae Miliares in  
conſpectum venere, Ideoque multo  
lenior

lenior factus est Dorsi dolor ; spiritusque minus defecerunt , neque adeo sunt perturbati. Jussi itaque ut sumeret alternis vicibus Haustum ultimo præscriptum , & Bolum sequentem;

R. Bezoar. Orient. Croci an. 9<sup>ii</sup>, Syr. Paralif. q. s. Ms. f. Bolum.

His addidi Apozema ex Aq. Hordeariæ 16*j.* & Syr. Viol. 3*j.* Ut & Medicamentis & Pustularum materiæ expellendæ sit vehiculum. Nec non ad Renes Viasque Urinarias abluendas : Alvumque plerumque strictiorem , leviter relaxandam. Et Apozematis haustui Aq. Theriacalis aliquot Cochlearia minuscula suasi addenda.

Die 9*ro* auctus erat Tremor , nec sine quibusdam indiciis levioris Delirii. In quantum tamen Pustulæ , adhuc plures majoresque extiterunt , spiritusque fuerunt minus depresso , jussi , ut in omnium antea præscriptorum usu persisteret.

Die 10*mo* symptomata , die præeunte mala , emendantur. Verum jam orta Tussis levicula molestiam patienti attulit. Ideoque ne materiæ morbificæ reliquiæ pulmonib[us] post pustulas desiccatas irruerent ; sequentem Linctum præscripsi.

R. Ol. Amygd. dulc. 3*j.* Syr. Heder. terr. Capill. Vener. an. 3*j.* Sacch. albiss. q. s. Ms. f. Linctus.

Et ut loco Apozematis antea præscripti bibat sequentem Ptisanam instar potus ordinarii.

R. Decoct. pectoral. depurat. 1*q.* Lact. alex. an. 16*j.* Ms.

Et ut sumat sequentis mixturæ :

gut. xx, cum haustu Ptisanæ in languoribus.

R. Tinct. Castor. 3*j.* Salis Vol. Oleos. 3*fl.* Ms. Demumque ut in usu Haustus & Bolorum persisteret.

Die 11*mo* cum omnia pene eadem ac in die præcedente viderim , jussi ultimo præscripta continuanda.

Die 12*mo* ex noctis præcedentis vigiliis quodammodo perturbabantur spiritus : sed minime defecerunt. Quoad reliqua , mediocriter etiam se Agere habuit ; Pustulæque in desiccationem inclinarunt. Ne tamen Morbi reliquiæ , in sanguinem Nervosque transferrentur ; Vesicatorium inter Scapulas præscripti applicandum , usumque Bolorum & Julapii perlari repetendum.

Die 13*to* à Febre liberatur ; excepta quadam spirituum perturbatione levicula. Ad quam Enema repetendum jussi ; Bolumque cum Julapio mane & vesperi , & in languoribus sumendum. Ne Medicamentorum usui nimis subito desueteret.

Die 18*vo* ex Pilularum quadrangulam Catharticarum usu sensit se Capite multum levavi. Deinceps , etiam si pulmones præcautione antem memorata evasere talvi , ex Morbi tamen reliquiis versus exteriora propulsis , Anostoma fuit genitum: quod sub cura D. Hunter brevi sanatum est.

Ex hac Febre licet Agroti Memoria læsa fuit maxime , exquisitæ tamen Diætae usu , post bimestre spatiū , perfectè reintegrata est.

N. B. Symptoma in Febre Miliaris primo sensibile partem antea affectare semper occupare : ut in casu juxta supra descrip[ti]o contigit.

*Historia Febris Miliaris ex sumpta Emulsione Lethalis.*

**D**ie 10mo Sept. 1700, vocatus sum ad Viri admodum Honorablem D. Trevor Autigae uxorem, in Candelariorum Societatis Aedibus habitantem, & jam pueroram; cuique pharmacopœus erat D. Hunter.

Tertio à partu die, febrili Horrore, Caloreque succidente, Febris Lacteæ simili, correpta est. In maxima etiam languorem, pectoris que oppressionem cum suspiriis incidit, & insomnis diem noctem que translegit. Quæ Symptomata, cùm mere Hysterica vulgo putarentur; Ägrotæ hæc Hysterica etiam Medicamenta, sed frustra sumunt. Quamobrem à Digniss. viro D. Thoma Lane Equite Aurato, cui Patientis maritus olim insecurerat, visitate illam exoratus sum. Quam cum primo adiverim, Pulsu frequenti ac debili, perturbatis spiritibus, oppreso Pectori, suspiriis Caloreque interno, laborantem vidi. Et licet Urina ejus esset sanorum similis; Palmae tamen caluere. Quæ omnia ut Febris Miliaris mihi visa sunt indicia; ira & quedam Pustulæ, in illius deinde denudato pectore conspicuæ, hanc meam conjecturam comprobarunt. Præscripti itaque secundum meam usitatam Methodum Pulverem sequentem, sexta quoque hora sumendum.

R. Pulv. e Chel. Cancr. comp.  
9j, Croci 3f, Ms. f. Pulvis.

Die 11mo Pustulæ Miliares mi-

rum in modum constipabantur; Unde & nox patienti transit placidissime. Spirituumque perturbationes & suspiria fuere mediocria. præscripti itaque ut in pulveris & Jupapii usu triduum persistaret; sumereturque in languoribus Spir. C. C. guttas aliquot in potu ordinatio.

Die 14to pustularum Eruptio fuit adhuc magis conspicua; languore & oppressione pectoris jam devictis. Nam præter calorem internum vix quicquam mali sensit. Forsan autem persistit iste Calor, quod Ägra diluentia, vel nondum, vel non satis potavisset. Ideoque Lactis Aquam alexiteriam instar potus ordinarii bibendam præscripti. Et ut sumat Aquæ Theriacalis aliquot Cochlearia in haustu ejusdem: ad servandum inter potum & medicamenta æquilibrium. Præcipue, si vel languor & oppressio recurrerent, vel remitteretur Diaphoresis. Demum, ut Vesicatoria Brachiis internis applicarentur. Tam ad pustulas facilius amplandas, quam ad mala quæcunque Accidentia avertenda.

Diebus 15to & 16to cum eadem esset Morbi facies, ultimo præcripta censui repetenda.

Die 17mo ex usu Aq. Lactis intermisso incidit Ägrotæ in levem Dysuria. Statim itaque D. Hunter pharmacopœus, eoque absente alter, accersitus est. Qui dum solummodo Dysuriæ præ oculis habe-

haberet; Emulsionis libram bibrandam misit. A cuius usu statim substituit Diaphoresis, maximaque oppressione & Dyspnœa prehensia fuit. Tandem & me vocarunt. Sed antequam illam adiverim de ea

conclamatum est, & brevi obiit.

Ex Historia jam supra descripta patet, quam maximum periculum in hac Febre ab errore, etiam minimo, pendere potest.

---

*Historia Febris Miliaris, cum Ulcere, Calculoque Renum.*

F Ebr. 27mo 1707, vocatus sum ad D. Couts, in Vico *Mark lane* vulgo dicto, jam pueroram; cui D. Hunter ut pharmacopœus ministrevit.

Annos aliquot sinistri Latetis dolorem sustinuerat. Quem à Splene genitum plerique ob id aestimarunt, quod prope partem Lienis anticam latus occupare videretur. Cum sinistri Renis antica pars esset revera affecta.

Ex Morbo Nephritico totum Aegrotæ genus Nervosum imbecillitatem aliaque via contraxerat. In ptyalismum frequenter incidere solebat. Et perbimestre spatum ante partum passa est internum Calorem. Qui, [ut antea monui] sœpe & præcipue in Gravidis paulo ante partum Febrem Miliarem præcedit. Tandem, sine obstetricis ope, fœtum enixa est.

Post dies aliquot dolorem primò sensit in sinistro Latere, deinde in dextro cum horrore. Postea calore & frigore alternis, sed inæqualibus intervallis, vexabatur.

Die quo illam primo visitavi, Pulsus eiebat frequens ac debilis; lingua subalba & humida, fere sanorum similis: quemadmodum &

Urina, sed sine sedimento. Calor & Frigus irregulares habuere vices. In dorso manus calor erat mediocris, cum palmae fervercerent. Ut ab illa dormitura avolavit somnus; ita & Spiritus ejus tumultuaria quadam perturbatione commoti sunt. His etiam sonitus Aurium, palpitatione cordis, Dyspnœa irregulariter repetita, maximaque oppressio cum suspiriis, accessere. Nonnunquam item tremere manus: Et à ptyalismo omnino suppresso, Lochiiisque parce effluentibus, tum deliravit, tum motibus convulsivis levioribus correpta fuit. A quibus Symptomatis, Febrem hanc esse censui Miliarem. Et præcipue à Spirituum defectu, & pectoris oppressione cum suspiriis; mihi hujus Febris signis Pathognomonicis. Et à Dyspnœa, Tremore, & Debilitate, Febrem præcedentibus, periculosam esse intellexi.

Duplicem itaque pœz oculis habui indicationem. Scilicet, excitare Diaphoresin, & ad Symptomata sigillatim respicere.

Ut priori satisfacrem, & ad Lochia restituenda, Dyspnœamque levandam, Bolum sequentem prescripsi.

R. Pulv. e Chel. Cancer. comp.  
Sperm. Ceti an. 3, Castor. gr. iv,  
Syr. e Mecor. q. s. Ms. f. Boius cum  
Julapii sequentis haustis sexta qua-  
que hora sumendus.

R. Aq. Ceras. nigr. 3x, Bry-  
on. comp. 3j, Sacch. albiss. q. s.  
Ms. f. Julapium, de quo sumat  
haustum ut supra & in languoribus.

Porro ad Dyspnœam materiam  
que morbificam minuendum, & ca-  
put defendendum, Vesicatorium Nu-  
chæ applicandum jussi.

Ad renovandum autem ptyalismum,  
Sanguinemque diluendum, eo  
que modo pustularum egressum pro-  
movendum, & ne Dysuria ex Empl.  
Vesicatorio continget sequens Apo-  
zema præscripti.

R. Decocti Pector. fibs, Aq.  
Paor. comp. 3j, Syr. de Alth.  
Lujubin. an. 3j, Ms. f. Apo-  
zema, de quo sumat haustum fre-  
quenter.

Et ad promovendam Diaphore-  
sim, ut Sp. corn. C. gutt. xx hau-  
stui Apozematis adderentur.

Deinde ad Lateris dolorem leni-  
endum, Haustum sequentem, cum  
pulv. e chel. canceror. comp. 3j, su-  
endum præscripti.

R. Aq. Meliss. 3ij. Bryon. comp.  
Syr. de Mecon. O!. Amygd. dulc. an.  
3j Ms. f. Haustus.

Et quo melius restitueretur ptya-  
listus, quoddam Gargarisma, à pa-  
tiente ante probatum permisi ultr-  
pandum.

Ad hæc omni loquacitate & Vi-  
stantium turba Ægrotæ interdixi.  
Ut si insomnis fuerit, saltem tran-  
quillitate frueretur. Suasi etiam,  
ut possitcum salviatum & calidulum

afficim bibat, ad calorem internum  
minuendum, meliusque producen-  
dam diaphoresin.

Die 28vo dolor Lateris multò  
fuit remissior, & jam quiete jacuit,  
etiamsi nox sine somno præterisset.  
Caput etiam pacatius, & Respira-  
tio facilior. Pulsus tamen frequens  
adhuc & debilis; at cum motu ma-  
gis æquabili. Quin & palpatio  
cordis, Tremorque persistere, &  
convulsivorum Motuum quedam  
specimina. Lenis tamen jam orta  
fuit & universalis Diaphoresis. Ca-  
lor item externus magis regularis, &  
in manu ubique sui similis. Lingua  
& Utina eadem ac die præcedente.  
Et quamvis peccus adhuc fuerit op-  
presso, spiritusque defecerint; ra-  
riora tamen trahebat suspiria. Qui-  
bus omnibus perpensis sequentia præ-  
scripti.

R. Pulv. e Chel. Cancer. comp.  
3j, Croci, Pulv. de gutt. an. 3j,  
Syr. Peon. comp. q. s. Ms. f. Bo-  
lus circa tertiam vomeridianam  
sumendus, & deinceps sexta qua-  
que hora, cum Julapii sequentis  
haustulo.

R. Aq. Ceras. nigr. 3x, Pe-  
on. comp. 3j, Sacch. albiss. q. s. Ms.  
f. Julap.

Et ut Apozema antea præscrip-  
tum continuaetur.

Cum verò cubiculatia me jam  
discessuro submissori voce fuisset  
allocuta: contigit ut Ægrotæ puta-  
ret illam dixisse, se brevi fore ma-  
niacam. Quod ei adeo perturbavit  
animum ut paulo post in delirium  
( à quo ex primo meo præscripto  
huc usque immunis fuerat ) de novo  
incidit. Pharmacopœus iraque mil-  
sus

cum Iulapio antea præscripto.

Et ut Emplastra subpedalia applicarentur.

Dic 2do involuntarie quidem Urina extillaverat; sed id à Vesicatoriis, ut videbatur. Domiti enim delitii loco sana mens rediit. Respiratio etiam erat facilior; Motusque Convulsivi vix quicquam sensibiles. Vidimusque pustulam quandam rubram super inspecto collo. Quod alter Medicus, hanc Febrem haud esse Miliarem, arguere contendit. Quem errorem postquam illi ex aliis Symptomatis patrefecisset; concordi animo eadem quæ ultimo præscripta sunt continuari jussimus.

Die 3io in denudato pectori Pustulas Miliares absque ullis alterius generis conspeximus. Unde & quæque lenita sunt Symptoma. Quamvis enim per noctem pene insomnis fuisset, ex leni tamen Diaphoresi, quietudine, animique tranquillitate, & respiratione facili fruebatur.

Nihilominus ille idem Medicus, eorum loco, quorum usu finem desideratum obtinuimus, calida Medicamenta, ad Spiritus, ut ajebat, exaltandos, usurpari voluit. Ego vero, post longam disceptationem, cum assentire minime ausus sim, ipsum, ut per se faceret experimentum, permisi. Interim Pharmacopeum Cubiculariamque monui, ut horum Calidorum effectum accurassime notarent. Ille vero sequentia præscripsit.

R. Conf. Alcherm. sine odor. 3B, Pulv. e chel. caner. comp. Lapid. contray. an. gr. xij, Salis Succin. gr. v, castor. gr. iii, Syr. e cort. citr. q. f. Mj. f. Bolus sumendus

Eccc

quinta

sus est indicare mihi, quod Dominus Couts gratum foret, si Medicum, jam à multis annis sibi suisque ordinarium, meis associarem consiliis: ut si forsan alio fuerim avocatus, ille in promptu esset.

Vesperi convenimus. Et statim à consultatione inita, iste Medicus, primariam Indicationem pro continuanda Diaphoresi flocci faciens, Medicamentis valde calorificis opus esse urget. Quibus à me rejetis, sequentia præscriptimus.

R. Lapid. Goens. 3B, Oculor. Cancer. pp. 3ij, Croci, gr. v. Castor. gr. iv, Syr. Pæon. comp. q. f. Ms. f. Bolus hora nona sumendus in Cochl. i, Iulapii sequentis superbib. Cochl. v.

R. Aq. Meliss. 3vj, Puleg. Bryon. comp. an. 3iB, Ocul. Cancer. pp. Marg. pp. an. 3ij, Sacchar. albiss. q. f. Ms. Iulapium.

Et ut applicentur Emplastra Epipastica super carpis.

Martii imo nobis narratum est, patientem, nocte præcedente insomnem fuisse; & jam inquietudine, calore, & delirio laborare vidimus: Medicamentum enim Sudorificum, Diluensque omissa fuere. Proposui itaque Antimonii Diaphoretici usum; Medicamenti, scilicet ad pustulas Miliares emittendas nec non ad levandum delirium, à me sèpissime probati. Ille vero, postquam diu renixus est, tandem mihi assenit; convenientque inter nos sequentia præscribere.

R. Antimon. Diaphor. 3j, Lap. Goens. gr. xij, Castorei grana aliquot, Syr. Caryophil. q. f. Ms. f. Bolus sexta quaque hora sumendus.

Tom. II.

quinta quaque hora, superbib. Iulap. sequ. cochl. iv.

R. Aq. Meliss. Lact. alex. an. 3ij, Scordii comp. 3ij, Bryon. comp. 3j, Margar. pp. 3iv, Sacch. albiss. q. s. Ms. f. fularium, sumendum ut supra prescriptum est & pro libita in languoribus.

Die 4to nobis narratum est, Agrota noctem valde inquiete transiisse. Ita ut praæ anxia quadam agitidine sedores calidi per totum corpus ei effusi sint, & (ut asseveravit pedissequa) linea mordere cogerneretur. Ad hanc maxima oppressione & Dyspnoea, motibusque convulsivis magnis & frequenter repetitis afflita fuit. Quæ omnia Pulsus frequentissimus & Vermicularis comitabatur.

Forsitan prædicta dosis, quoad quantitatem, non adeo calorifica videatur. Cum tamen brevioribus Intervallis, & ab Agrota, iam & antehac ad febrilem effervescentiam proclivi, sumeretur; & ubi Ren suo proprio Morbo fuit affectus: minor dosis, instar majoris valere potuit.

Cæterum ille alter Medicus, cum ad consultandum secesserimus, à me quæsivit, quid esset tandem faciendum? Ego vero respondere haud dubitavi, locum consultandi dari nullum, nec quidem sperandi. Ille vero à sudoribus salutem promisit. E contra, eos ex Agonia & Morbi Veneno esse mere colliquativos, admonui. Demum, post quædam alia hic illic objecta, sequentia præscriptiona sunt.

Applicantur Empl. Vesicat. am-

David Hamilton,

pla & acria Femoribus internis. Et repetantur subpedalia.

R. Bezoar. Orient. 3j, Antimon. Diaphoret. gr xij, Conf. Alcher. sine odor. 3j, Syr. Caryoph. q. s. Ms. f. Bolus quamprimum sumendum. superbib. Fularium. ultimo prescripti Cochl. iv.

R. Tinct. Castor. 3ij, Capiat gutt. xvij, in hanstu potus ordinarii.

R. Decoct. albi. 3iB, Ay. Cinam. hord. 3iv, Sacchar. albi q. s. Ms. pro potu ordinario. Sed, antequam parata erant Medicamenta, Agrota hæc mortua est.

In dissecto Cadavere Intestina, ut sepe solent, flatibus valde distenta vidimus; & illorum vasa capillaria Sanguine reserta. Majora vero, & præcipue in peritonei interna superficie, stagnante Sanguine quasi nigrantia, Gangræna similitudinem præ se ferebant: scilicet, circa dextrum Latus, ubi nuper Agræ de dolore maxime querebatur. Nam antea Latus præcipue sinistrum ei doluit. Ideoque sinistri Renis Parenchyma conspeximus absuntum, Tunicasque pure plenas, & Calculo magno, cum quibusdam parvulis iuncta & antica parte positis. Ren dexter videbatur fere sanguis; & similiter Hepar, atque Uterus. Vesica vero Fellea Bile flavidissima, & subflavis Lapillis distenta erat.

Ex his patet, dolorem diuturnum, in recensione Symptomatum memoratum, à sinistri Renis Calculo; Hæticam autem Intemperiem, ab Ulcere, & forsitan à Vesicæ Felleæ Lapillis, Bilis exsiccata

præcludentibus ; pendere : Doloremque recentem in Regione dextra à stagnante Sanguine. Qualem Dolorem, hoc est Recentem , in

aliis etiam Cadaveribus Sanguinis Stagnationi coniunctum semper compri.

### *Historia Variolarum cum Pustulis Miliaribus.*

**J**ulii 15. 1705. vocatus sum ad Dominam Bek, D. Bek Mercatoris celebris Uxorē ; quem temporis , apud *Hansledium* commorata est; cuique D. *Sherwood* erat Pharmacopeus. Hęc, cum antea perfecta velutidine uia fuisset ; 13<sup>o</sup> die Julii , dolore dorsi vehementi , cum oppressione pectoris , atque altis suspiriis , Spirituumque defectu , correpta est. Ex quibus Symptomatibus , Febris Miliaris signis Pathognomonicis , novi hanc esse hujus generis , Pustulasque Miliares se brevi exhibutas prædixi. Et de exspectandis Variolis feci etiam conjecturam : Eo magis probabilem , quod tum temporis longe lateque grassabantur. Consului itaque illam ad Visitatfones facilitandas , in *Londonum* deferri. Et ut tutius sumiter perficeret , Pulverem ex *Bazaar. Orient. Cr. Pulv. e Chel. Cancr. comp. an. 3i* , sumendum prescripsi.

Die 16to Variolæ cum Pustulis Miliaribus interjectis emicuere. Præscripsi itaque Pulv. e Chel. Cancr. comp. 3i , cum Julapii perlati communis haustulo , sexta quaque hora sumendum. Ad præveniendam Diarrhaem Dyspepsiamque tum decoctum album , tum pectorale , alternis vicibus bibeenda. Quibus etiam provisum est , ne Pustu-

larum Miliarium Variolatumque materiae emittendæ desit vehiculum : & ut melius lingue viscositas inhiberi possit. Præscripsi etiam Astrigens Gargarisma , ut ejus usu Vario- las de Fancibus repellerem.

Die 17 Pustulae Miliares & Variolæ numerosius extabant. Capite , Guttare , Thorace , Ventriculo , Aegra bene se habebat. Oppressio etiam , & defectus Spirituum fuere mitiores. Tantum insomnis erat , ut Febre Miliaris correpti solent. Sufci itaque ut in omnium die præcedente præscriptorum usū persistaret.

Vespere paulum delitabat. Non à Pustularum Miliarium aut Variolatum paucitate , satis enim erant numerosæ ; sed ex perpetuis vigiliis. Ad quam Confectionem Fracastorii , in hac Febre vel Laudano vel Diacodio potiorem , in sequente Haustu præscripsi.

R. Ag. Ceras. nigr. 3iij , Etida. 3iij , Conf. Fracast. 3i , Ms. f. Haustus persistente Delirio sumendus.

Die 18vo à nocturno somno delirium pacatum fuit. Aegrota autem Embryonis recenter concepti Abortum , verum absque ullo malo Symptomate , passa est. Jussi itaque ut in usu antea præscriptorum persistaret. Addendo Pulv. e Chel. Cancr. comp. singulis scrupulis Mar-

garit. pp. gr. vij. quo certius & à Diarrhæa & à nimio Lochiorum flu-xu præcaverem.

Vespere Variolæ satis erant cons-picuæ. Ægrotæ tamen summa Pecto-ris oppressione, Spirituumque defec-tu laborabat cum suspiriis. Quæ Symptomata, cum lenem & con-tinuam Diaphoresin indicaverint, præ-scripsi Pulv. e Chel. Cancr. comp. usum sine Margaritis, & cum Ju-lapij seq.

R. Aq. Meliss. ȝvij, Peon. comp. ȝij, Syr. Caryophil. ȝj. Mf. f. Julap.

Suasi etiam ut persisteret in usu Apozematis Pectoralis; addendo singulis Haustibus Spir. C. C. gutt. xx. Tum ad levanda ex oppressione suspiria, tum ad continuandam uberiorem Diaphoresin. Ubi enim per se extant Variolæ, Spiritusque elevari possunt sine Diaphoresi; sale Volatili Oleoso potius quam Spi-ritu C. Cervi uter.

Die 19no Facie atque Artus paulisper turnuere. Variolæ autem pleræque exsiccatæ, & colore quasi corneæ videbantur. Oppressio etiam magna erat & suspiriis conjuncta; sed sine Spirituum defectu. Habita itaque ratione ad Partium & Variolarum Tumorem, & Pustula-rum Miliarium eruptionem, Julapi-um seq. præscripsi.

R. Ag. Ceras. nigr. ȝx, Pe-on. comp. ȝiȝ, Confed. Fracast. ȝj, Spec. Conf. de Hyacinth. sine odo-rat. ȝij, Syr. e Mecon. & e Cort. Citr. an. ȝiȝ, Mf. f. Julap. de quo sumat Cochl. iv, tertia quaque hora. Eo fine, ut ex dosibus, bre-vioribus intervallis sumptis, Ægra-

David Hamilton,

perpetua quietudine in lecto jace-ret. Eoque modo à Frigore externo, et si non semper Variolarum, Ves-cularum tamen Miliarium, eruptioni inimico, præcaveretur. Præscripsi etiam ut, ad Tussim Dyspnœam, que saltem minuendas, in usu Apo-zematis pectoralis persisteret. Et cum Variolæ jam & in Collo & in toto Corpore plenè expulsæ fuerint, loco Astringentis Gargarismatis le-nientem substitui.

Vespere quiete, sed pene insom-nis, jacuerat. In vola Manuum, ubi Cutis valde crassa, Variolæ vi-debantur Vesicularæ sero limpido ple-næ; in aliis partibus quasi exsiccatæ. Præscripsi itaque ut in Apozematis pectoralis frequenti usu persisteret; scilicet, ad Materiam & Variolis & Salivationi præbendam. Et ad majorem cautelam, ne aut Variolæ aut Pustulæ Miliares versus in-re-iora remearent; haustui Apoze-matis, Aquæ Theriacal. Cochl. i sape addendum monui. Et ut Tu-morem partium promoverem, ho-ra somni Haustum sequentem bi-bendum.

R. Ag. Paralyf. ȝij, Theriacal. ȝij, Confectionis Fracastorei ȝj, Syr. de Mecon. ȝiȝ, Mf. f. Haustus.

Die 20mo omnia in eodem statu perdurarunt Symptomata. Jussi itaque ut in usu mixtræ pacificæ ante præscriptæ quarta quaque hora persisteret: Et in usu Apozematis, Ju-lapii, & Gargarismatis.

Vespere, cum eadem videretur Morbi facies, eadem quæ prius præ-scripsi continuanda. Et ut Julapii sequentis haustum sumeret in lan-guoribus.

*de Febre Miliari &c.*

R. Aq. Meliss. 3*x*, Pæon. comp.  
Epidem. an. 3*B*, Syr. Pæon. comp. q.  
f. Mf. f. Julapium.

Die 21mo Ægra fere eadem ac anteā. Id tantum jam querebatur, totum Corpus vehementer prurire. Præscripti itaque ut in usu omnium persisteret: Præcipue, mixturæ pacificæ, ne inquietudine ex pruritu patueret frigori, eoque pustulæ Miliares recederent.

Vespere, cum in eodem statu fuisset ac matutino tempore, visum est omnia jubere continuari. Eo potius, quod ex usu Apozematis pectoralis Gargarismatisque frequente omisso, Salivationem (ut in Variolis siccioribus & Corneis solet) sisti viderim. Hincque patet, cur multi, circa diem à Morbi principio undecimum moriuntur. Nimirum, quod nimis parce ad diluendum attenuandumque sanguinem, & materiam in Salivationem præparandam biberent. Unde & oneri succumbit Natura, fauciūm sub-sidit Tumor, cum gravissima Dyspnœa, quæcumque expectorantia eludente; demumque ex Alvo semel aut bis soluta, vel mensium effluxu, subito mortem obeunt. Calida quoque Medicamenta, à multis præscripta, Dyspnœam siccitatemque Gutturis & Linguae inferendo, simili Epilogo præludunt. Semper itaque usque ab initio, & per totum progressum Morbi, diluentia præscribo. Nec Cerevisiam tenuem pane tosto alteratam prohibeo; nisi Ægritudo, vel nausea, Vomitio, vel Diarrhaea contraindicaverint.

In diffīcili Respiratione, & ubi Salivatione maxime opus est, Indicationes pro Medicamentis valde

calidis nullas agnoscō. Cæterum, si forsitan, non obstante eorum usu, Patientes evadant, viribus Naturæ referendum est. Partium extumescentiam Opiata satis bene promovent; & Salivationem diluentia. Calida autem Medicamenta, sanguinis accelerando motum, utrumque inhibent. Etenim Fermentatio & Secretio contemporaneæ, nullo modo consistunt. Cujus rei exemplum nuperime vidi singulare in Domino Hatfell, cui pharmacopœus erat D. Lancashire. Is enim, cum mali moris variolis laboraret, & ex sumpta Tinctura Croci, vel Confect. Alchermes tantum pusilla dosi, Febris vehementius accenderetur, coactus sum oculos Cancrorum, Margaritas, & similia, cum diluentibus præscribere. Quorum benigna vi Ægrotum ex orci faucibus creptum sanavi. Sed ad historiam præ manibus jam redeo.

Die 22do intellexi generosam Mulierem, cujus h̄ic casum narro, nocte præcedente vix dormisse. Multum de Calore interno querebatur, palluitque Urina. Unde & Metastasis materiæ, aut Pustularum Miliarium, aut Variolarum metui. Præscripti itaque sequentia.

R. Decoc. Pectoral. depurat. Aq.  
Lact. alex. an. 3*i*, Theriacal. 3*j*,  
Mf. sumat haustum aliquoties in die.

Et quo melius, non solum Variolas, diluendo, sed & Pustulas Miliares, Spiritus roborando fovere, Julapium cum Diacordio ante præscriptum, & alterum Cordiale, una cum diluente Julapio, vicissim sumenda præscripsi.

Vespere in eodem statu persistit.  
Ideoque eadem Medicamenta jussi  
continuanda.

Die 23<sup>to</sup> nempe à Morbi prin-  
cipio undecimo, Agrota incidit in  
aliquanto gravius quam hactenus pe-  
ticulum. Nam totam fere noctem  
insomnis fuerat. Potius, ut mihi vi-  
debatur, à Pustulatum Miliarium  
vitio, quam variolarum. Præscrip-  
si itaque *Pulv. e Chel. Cancr. comp. 3ij.*, cum *Julap. verlato sumen-  
dum octava quaque hora.*

Vespere ter Alvis descendebat.  
Jussi itaque Paregoricum antea præ-  
scriptum quamprimum repetendum.  
Et post singulas sedes, mixturæ cum  
*Conf. Fracast. Coch. iv. bibenda;*  
addendumque Decoctum album. Et  
ad alia Symptomata, ut sint in  
promptu Muçilago & Gargarismo;  
nec non Apozema pectorale spiritu  
Sulphuris leviter acidulatum.

Die 24 narratum est, Febrem ro-  
tam noctem intensiorem fuisse. Facies  
Manusque, sed hæc minus, detumue-  
re. Ad hæc persistit Diarrhæa, de-  
fecere spiritus, respiravit difficillime,  
& Salivatio declinavit. Quibus  
Symptomatis ultimo præcripta me-  
thodo occurrentum censui. Addendo  
Oxymelitis scillit. *Cochl. i. Aq. Cinam. hord. dilurum.* Et ut *Pulv. e Chelis Cancr. comp. Apozematisque pectoralis* in usu persistet;  
cum spiritus *Corn. C. gutt. xvij.*,  
in siogulis haustibus Apozematis. Et  
in Diarrhaem, mixturam cum *Con-  
fect. Fracast. statim & post singulas  
sedes sumendam jussi.*

Vespere facilius respirabat. Ve-  
rum ex sumpto Oxymelite scillitico  
aliquoties vomuerat. *Julapii* itaque

sequentis haustum urgente vomitu bi-  
bendum præscripsi.

*R. Ag. Menth. 3x, Peon. comp. 3ij.*,  
*Spir. Menthæ gutt. x, Syr. Menth.*  
*3ij. Ms. f. Julapium.*

Die 25<sup>to</sup> narratum est Patientem  
nocte precedente calore febili valde  
accenso gravatem fuisse; nec non deli-  
rio, Respiratione difficiili, & Diarrhæa.  
Minime autem modo Paroxysmi re-  
gularis. Variolas etiam ubique nigi-  
cantes, quasi Gangæna tactas,  
apparuisse. At cum mane accederem,  
Symptomata hæc vidi maxime di-  
minuta, & Vomito penitus sup-  
pressa. Ad Tracheæ autem, quam  
nunc passa est, strangulationem, Pilas  
sequentes sume das curavi.

*R. Castor. gr. vi, Asa fastid. gr. xij,*  
*Syr. Paralys. q. s. Ms. f. Pil. n° vi.* Et ut persistaret in usu ul-  
timi præscriptorum.

Vespere Exacerbatio febrilis, cum  
Vigiliis, delirio, dyptœcia, Sedibus,  
Motibusque Convulvis, fait repe-  
rita. Emplastræ itaque subpedalia,  
Vescicatorium inter Scapulas, Bolum-  
que cum Julapio sequentem præ-  
cripsi.

*R. Spermat. Ceti, e Pulv. Cancr. comp. an. 3ij.*, *Livid. Lond. gr. ij.*  
*Syr. Paralys. q. s. Ms. f. Bolus sti-  
mendus statim, superbibendo fullo-  
seg. Coch. iv & deinceps per in-  
tervalla.*

*R. Ag. Rute, 3x, Peon. comp. 3ij.*  
*Sacchar. albi q. s. Ms. f. Ju-  
lapium.* Ut persistat in usu Apoze-  
matis pectoralis, & mixtura cum  
confect. Fracast. pro re nata.

Die 26<sup>to</sup> intellexi noctu Ægram  
perturbaram fuisse inquietudine &  
delirio, nec non sedibus, spirituum  
defe-

defectu; sed sine suffocatione. Imperavi itaque ut in usu ultimo præscriptorum persisteret.

Vespere caloris exacerbatio renatur. Mitius autem deliravit, sedesque paulo restrictæ sunt. Præscripti itaque omnia continuanda; & urgente delirio, Vesicatoria Brachiis applicanda.

Die 27mo relatum est, noctem Agrotam pessime sustinuisse. Nam ex reaccensa Febre deliravit cum vociferatione. Quatmobrem & Currax præscripta Vesicatoria apposuit: Et ex uestitis apertis tam Febris quam Delirium multum levabantur. Jussi itaq; ut Tinctura Corticis Peruviani in promptu esset. Interim ad fistulam sedandam, ut Lactis Aquam alexit. Saccharo edulcoratam biberet, & persisteret in usu reliquorum præscriptorum pro re nata.

Observandum est, post apertas Vesicas Emplastris excitatas, Salivationem fuisse redintegratam, & ad diem hinc usque quartum persistisse. Unde constat, in Variolis, durante Salivatione, Medicamenta calida minime ad rem esse; nisi magnum aliquod Symptoma indicaverit; & jam tum rauultum ea debere esse diluentia.

Eodem die circa Meridiem ad Patientem accedens, vidi illam, Inquietudine, Delirio, Dyspnœa, Suffocatione, Sedibusque immunem. Calorem solummodo sensit internum; illius, qui Febri Miliari, vel Corticis Peruviani in Febre intermitte præpropero usui succedit, non absimilem. Ad quem præscripti Margat. pp. 9j, quinta quaque hora sumendum, cuius efficaciam, ad hujus-

modi calorem extingendum, frequenter expertus sum.

Vespere Febrilis caloriserat expers, nondum tamen Albus substitit. Volui itaque ut sumeret perlarum pulverem in forma Boli, quo in Ventriculo & Intestinis diutius maneret, transireque melius in venas. Et ut decoctum album Mixtumque ex Conf. Fracast. &c. in promptu haberet.

Die 28vo minus caluit, sedesque pauciores sunt. Nec recutre reliqua mala symptomata. Præscripti itaque ut in usu Decocti albi, Boli que cum Julapio sexta quaque hora persisteret.

Vespere in eodem statu erat laudabili quo mane. Ne tamen à Vesicarum Ulceribus, nimis cito desiccatis, morificæ materia pars superesset, jussi Vesicatoria pone Aures applicanda. Scilicet ut Cathartici vicem explerent, donec Purgatio per Alvum foret tempestiva. Et ut Julapii & decocti albi usus continua retur.

Die 29no similiter ut pridie se habuit. Quemadmodum & diebus 30mo & 31mo Quapropter & jussi, ut in usu Pilularum ex Aſa foetida &c. & Julapii persisteret. Et hoc die 31mo præscripti Pilulae Stomachicae cum Gum. 3β, hora somni sumendam, & manè seq. Syr. Rosacei solutivi ʒj.

August. 1mo tet quaterve Albus laxa fuit bonis avibus.

2do Uſa est Julapio & Pilulis de Aſa foetida, &c.

3to & 4to & deinde 5to & 6to Pilulas Catharticas & Syrupum repetendo, à Morbo periculofissimo omnino convaluit.

*Historia Febris Exitialis, ubi Æger statim à principio sua voce fuit privatus.*

**C**irca quintam diem Octobris 1709, digniss. Virti D. *Guilielmi Morisoni* Armigeri Filius, sedecim annos natus, Tempeste biliosus, & in iracundiam aliquae Animi Pathemata facile accensus, Febre correptus est. In qua Tempestate, ab aliquot antea hebdomadis, Febris maligna Londini grassata fuerat.

Cum primum illum visitaverim, nulla pars ei doluit. Neque ulla Vomitione, aut Ventriculi Aggritidine, Emetici usum indicante, tentabatur. Pulsus erat frequens ac debilis. Et usque à Morbi principio magna loquendi difficultate, cum stupore, affectus est. Quibus accessere Tremores subsultusque Tendinum; lingua arida & subnigra; Urina coloratior & clara, & ut plurimum involuntarie emissâ, cutisque calida & sicca.

Hac pessimorum Symptomatum apparente Syndrome, accitus est D. *D. Grevu*. Præscriptus Alexipharmacæ ex Serpentariæ Radice, Bezoar, &c. & paucos post dies maculis rubris & purpureis Ægroti cuticula, imprimis super Pectus, Crura, Tibiasque, fœdata fuit. Hæc Symptomata, aliquando paulo mitiora, dies quatuordecim prævalebant. Postea evanuere maculae, creveruntque adeo Motus Convulsivi, ut Æger plures dies moribundus videretur.

Fere in Morbi principio Em-

plastrum Vesicatorium capiti applicandum jussimus; ex quo recolligere mentem, & quadammodo balbutire coepit. Deinde & in Morbi progressu attubus universis alia apponenda; imo & aliquibus renovanda. Semper enim exsiccatis Vesicularum Ulceribus ferocius inguebant Symptoma.

Deinceps, cum dies aliquot eadem Vesperi exacerbari vidernerimus, Corticis Peruviani tum pulverem tum Infusum, minore Dosi visum est præscribere. Unde motus Convulsivi suppressi sunt. Ægrotus tamen, cuius vires & ipsa caro absunta fuere (ita ut in coxa, in quam cubabat, Sphacelismus generetur) tandem fato cessit.

Notatu non indignum est, quod Morbi decem aut duodecim ultimis diebus, adeo foctide spiraret perspiraret que Ægrotus, ut cubiculum odoratis fumigare necessum esset. Et ego ipse, dum paulo propius illi, in os meum respiranti inclinarem, subito Aggritidine & Languore correptus, horas aliquot in patulis agris vehi coactus sum; & inde rediens Vinum Hispánicum Montanum affatim inter prandium bibere.

Dissectum est cadaver perita manus D. *D. Douglass*. Super Pectus fasci coloris macularum congeries adhuc erat conspicua. In Arteriis Venisque in Abdomine magis conspicuis, nil contentum erat, præter Ægrotus nicticantis Sanguinis, mediis

dii spatiis sero omnino vacuis. Haud  
equidem vulgare spectaculum. Vel  
quod rarius contingere, vel ex Fe-  
ribus mortuorum, rarius dissecare-  
mus Cadavera. Etiam si hinc con-  
stet, hujusmodi cadaverum, æque  
ac aliorum, Anatomen, haud me-  
diocri ex usu fore. Proindeque hanc

Febris, licet alterius generis, Hi-  
storiam apposui; tum ut exhibe-  
rem exemplum, ad Tractatus prioris  
Appendicem referendum; tum ut  
Alios alia hujusmodi Exempla, in  
communam Medicorum usum sua-  
derem proferre.



## THOMÆ SYDENHAM,

### *De Febre Putridâ Variolis Confluentibus superveniente.*

Cum vel etas jam proiectior & in occasum ruens, vel adversa qua-  
cumjamdiu conficitur Valetudo, opportunum fortè spatiū post-  
hoc non concederit, quo nuperas aliquot observationes à me (ra-  
metisi nimis serò in vitâ meâ) factas, circa Febrēm Secundariam Variolis  
Confluentibus supervenientem, in publicam edatn; veniam dabit Lector,  
opinor, si paucula quedam de hoc Affectu, quantumvis à morbo quem su-  
periùs tractavimus satis abhorrente, pergam subnectere.

Jamdiu aliás demonstravi quantum intersit inter variolas generis Di-  
stincti, & Confluentis: in hoc scilicet quòd qui *Distincto* genere laborat,  
vix optime medicæ indigus, sponte suâ, & naturæ vi convalefcet; nisi fortè  
ab initio Diaphoresi in lectulo continuo induiserit. Namque, ut pri-  
dem alibi adnotavi, qui *Discretis Variolis* laborat æger, cùm fatis prom-  
ptè sudoribus diffluat, ac sibi omnia bona promittat, si morbi, ut sperat,  
virus per cutis poros hoc pacto amandaverit; diligenter ideo huic metho-  
do insistit, tum remediis Cardiacis intrò assumptis, tum regimine calidio-  
re, ut pat est, adhibito; ( atque hæc eo facit lubentius, quod tum ab  
hac Methodo in principio sibi melius videatur habere, tum etiam ad malè  
fundatam *Astantium* opinionem propriùs accedat: ) Tandem verò elimi-  
natis per *Staphylococcus* particulis istis, quæ ad pustularum elevationem, atque  
intumescenciam faciei debuerant facere, die Octavo quæ turgescere, & per  
interstitia pustulis interjecta inflammari debuerat facies, flaccida è contra  
reperitur, & albescunt interstitia, licet interim rubescant pustulæ atque  
eleventur, etiam post ægri mortem. Qui ad hunc usque diem nullo ne-  
gotio manaverat sudor, jam subito suaque sponte evanescit, neque reme-  
diis ullis Cardiacis, vel etiam calidissimis, revocari potest. Æger inte-

rim Phrenitide corripitur , anxiate , jactatione , ægritudine vehementibus; Urinam parcè reddit , ac frequenter ; ac tandem paucissimarum horarum spatio amicorum spem fallit , & ad plures migrat. Quando idem ille sine ullo vita periculo à morbo convalueret , si naturæ rem committens , nulli se prorsus regimini subjecisset.

At in *Variolarum Confluentium* genere longè aliter se res habet : Licet enim hæ (nisi sanguinis sive per pulmones , sive per meatus Urinarios excretio primis diebus accedat ) nec adstantes admodum perterrefaciant , nec ægrum in discrimen aliquod vitæ adducant ad primos morbi dies ; postea tamen istis diebus , sub morbi exitu , quibus ægrum maximè pericitati jam olim monui , ita drepente ad incitas redigitur æger ut an Vita , an Mors insequatur , pariter incertum sit. In horum numero *Undecimum* ponno [ si à primo morbi insultu computes ] sc. in minimè crudo , at maximè vulgari *Confluentium* genere : *Decimum quartum* in crudiore adhuc ; *Decimum Septimum* verò in omnium , quæ passim obvix sunt , genere crudissimo. Tametsi æger nonnunquam , sed rarius , non ante *Diem Vicefimum Primum* fato defangatur , pustulis usque ad id tempus ita incrustatis exsiccatisque , & in carnes quasi impactis , maximè in ipsa facie , ut ad separationem nullâ arte queant perdici. At verò Undecimo die æger , ut plurimum primum pericitati videtur , Febre atrociore , inquietudine , aliisque symptomatis una invadentibus , quæ mortem in propinquuo esse denunciant ; à qua æger , nisi Ars Medica intercesserit , plerumque opprimitur. Quid si hoc die non succumbat morbo , utrique illi posteriores , quos indicavimus , adhuc metuendi restant. Quinimo per spatiū illud omne quod inter *Undecimum* & *Decimum Septimum* interjacet , appetente Vespera , molestissimo inquietudinis quasi paroxysmo quotidie vexatur ; & Mors quasi vi , & armis protelatur. Porò ostendi hanc causam esse majoris minorisve , in his *Variolarum* generibus , periculi ægroti impendit , quod scilicet in *genere Discreto* cùm *Phlegmonæ* sive tumores cum inflammatione [ cuiusmodi sunt pustulæ omnes ubi primum elevantur] pauciores extinerint , ac proinde non nisi exigua Puris quantitas in sanguinem per Circulationis leges foret regerenda , ubi illæ jam coepient maturescere ; nullus ex hac parte metus est nè Febris nimium insurgat , cum Natura impressionibus in sanguinem factis à tantillo Puris , cohibendis facile pat sit. Cùm verò in *genere Confluentium* , ubi corpus serè universum his *Phlegmonis* protegitur , quæ postmodum in Abscessulos totidem facessunt , tanta Puris vis , diebus præfatis [ in quibus Pustulæ duce Naturâ , <sup>æquu</sup> suam , vel debitam matutitatem ut plurimum obtinent ] per venas in sanguinem reducitur , tanta item halituuma putridorum copia ab omni corporis jam quasi suppurati undique superficie , in sanguinem subrepit , ut Febris ex hac occasione excitata , naturæ vires penitus prosterat : atque ita extinguitur tandem æger , partim à Febre , partim à Veneno quod sanguinis massam infecerat , jugulatus. Quapropter quando ægi incolumentur

usque

usque adeò à Variolarum paucitate , periculum verò è contra ab eundem auctiori numero pendeat ; dictat Ratio , vel etiam sensus omnibus communis , Periti Medici esse ita non materiam Variolosam , sub principio Morbi , Regimine & Cardiacis calidioribus vehementer propellere ( unde nimia sit assimilatio materiæ morbificæ in sanguine contentæ , totaque corporis substantia quasi in somitem morbi facillit ) ut omnem potius operam in reprimendâ tam enorimi & subtili Inflammatione collocare debeat . Nempe educto ante omnia è brachii venis sanguine , si vel levis fuerit suspicio [ sive à florente ægri ætate , sive ex eo quod sanguinem liquoribus Generosis accenderit , sive quod vehementiores dolores in aliqua corporis parte fuerit percessus , sive denique ab immani Vomitione [ Variolas jamjam exituras ad Confluentium speciem referendas ; postea vero propinato Emetico , ad eundem scopum collimabit . Cùm verò nihil æquè ægrum percalefaciat , nec proinde nimis copiosam materiæ Variolæ assimilatiænem æquè promoteat , atque ægri jugis in lecto decubitus : ego illum ab usu lectuli interdiu semper arceo usque ad Sextam diem à prima morbi invasione , sive ab eruptione pustularum Quartam , quo tempore omne pustularum agmen jam in conspectu est . Posthac eundem lectulo committo usque ad morbi finem : at non pluribus densioribus stragulis coopertum aut luculentiori in cubiculo foco illum uti sino , quam quibus sanus cùm esset solebat uti . Interim Cerevisiæ tenuioris aliorumque liquorum Refrigerantium qui ægro sunt acceptissimi , usum liberalem concedo . Quandoquidem verò non obstante vel temperatissimo regimine , æger nihilominus in calores , deliria & molestas inquietudines frequenter incident ; Hypnoticum præscribo singulis noctibus , sed paulò temporius quam pro recepto more , sumendum : quoniam in hoc morbo quasi Paroxysmus quidam , sive exacerbatio caloris & inquietudinis quotidie sub vesperam ferè reperitur . Quæ hic traditur Methodus & ad præcavendum justo uberiorem Variolarum proventum , ( unde maximum ægro periculum intentatur , ut supra docui , ) & ad conciliandum tum incrementum Pustulis , ubi jam omnes exierint , tum debitam postea maturationem , accommodatissima est .

Attamen ( quod sanè doleadum est , cùm florentissima hominum ætas hâc ferè strage delectatur ) tum his quæ præcipimus , tum aliis omnibus quæ hactenus invenit Ars Medica præsidii nihil proficientibus ; tæpenero æger , licet usque eò non admodum periclitetur , tamen vel Undecimo , quod usu venit die , vel alio aliquo istorum quos variis speciebus Variolarum Confluentium ceu magis fatales assignavi , vehementer Febre corripitur , unà cùm suffocatione & jactatione inquietissimâ , & de tanta spe decidens subito moritur , attonitis & stupentibus amicis , qui ad hoc usque punctum ægro benè ominabantur . In frangendo improviso hoc morbi impetu , cùm prius is omnia fecerit quibus præcaventi potuerat , maximoperè desudabat Medicus . Quem in finem seriò per-

pendendum est, Febrem illam adventitiam, quæ Undecimo die Variolis Confluentibus laborantes adoritur, morbum esse tam ab ipsis Variolis, quam ab ista Febre quæ vel carum eruptionem præcedit, vel primis non-nunquam diebus à Plegmonarum Inflammatione gignitur, prorsus diversum. Nihil enim est aliud quam *Febris Putrida*, propriè dicta, partculis putrescentibus, & à Pustulis jam adeptis maturitatem suam inquitatis, in sanguinem, uti dixi, resorptis ortum debens, quarum noxiæ & naturæ inimicâ qualitate æger eodem tempore, & pessimâ Febre, & Veneno laceſſitur. Quamobrem ea sola in remediis huic malo cedere posse Prudens quispiam existimaverit, quæ ad rerundendam Secundariam hanc Febrem, quam Putridam appello, maximè faciunt. Id verò nihil efficacius præstat quam copiosa sanguinis eductio, quo pacto vitiata illæ particulae quæ morbi sunt formæ, confessim è sanguine exulant. Neque haic Praxi, si quid ego judico, Variolæ in quo jam sunt statu, vel minimum intercedunt: Jam enim pustulæ nullo modo introrsum agi possunt; adeò ut si æger hoc morbi tempore Fatis cederet & cadaver in terram frigidam exponeretur, attamen Pustulæ jam in duritatem incrustatae, nec intra cutim se recipere, nec minimam molis suæ partem amittere poterint. Nec sane cum Variolis jam nobis res est, sed cum alio prorsus morbo, nempe *Febre Putridâ*. Has ob causas sequente Methodo, à quo postremas de Variolis observations in publicum edidi mihi competâ, feliciter usus sum; quam si omittas nec aliam video, nec conjecturâ alsequi possum, quo pacto æger ita certò queat liberari. Cùm itaque ad has incitas redactus fuerit æger, & ex inusitata symptomatum immanitate, statim animam acturus videatur, nisi quis bēd̄ aīd̄ μυχαῖς præsentissimam opem adferat; in hoc inquam casu, sive alius quis illo posterior, sanguinis ſx. vel xij. ex eo brachio in quo pustulæ ratiōres situ majorem feriendæ venæ commoditatē ficerint, quamprimum sunt mittendæ. Quamvis enim Paregorica, vel lectuli interdiu abdicatio primis morbi diebus, etiam omissâ venæ ſectione, Orgasmus vel Paroxysmo, cum nocte ut plurimum ingruenti, debellando queant ſufficere; attamen per hos dies Febris Secundariæ, nulli alteri adminiculo ſecurè fiditūr nisi copioſe sanguinis detractioni, qua ſola orgasmus per id temporis defayens tutò ſedatur. Vespere Anodynum, uti priùs, largâ doſi exhibendum est (ad quod jam tanquam ad lacram Anchoram configimus;) atque ita deinceps tam manè quam ſerò, alicubi etiam & hoc ſepiùs. Est enim diligenter observandum, quod in quibusdam Orgasmus ita ſupra modum efferatur, ut etiam Prælarga Paregorici doſis ejusdem impetum uisque ad 12. horarum ſpatium ſubjugare vel firſtere nequeat; quo in caſu omnino ueceſſe eſt ut diſta doſis octava quaue hora repetatur.

Cùm verò ſub ultimis morbi diebus haud raro accidat, ægri alvum, partim à morbi natura, partim à magna Paregoricorum vi, quorum opem planè depoſcebat Medendi ratio, ita conſtituatam eſſe ut tum ferè ſuffoca-

ut ille , tum Febris ad eum gradum ascenderit , ut jam de ægro p<sup>ro</sup>p<sup>ri</sup>o  
conclamatum videatur ; duro huic nodo durus Cuneus aptandus est , &  
rebus sic stantibus longè minus ægro periculi erit ab assumpto Cathartico  
Leniente , quām à Febre eò vehementia ab alvinarum fæcum retentione  
profecta. Hic ego satis feliciter ȝ. B. Electuarii Lenitivi in Aq. stilla-  
tute tenuioris , ( ex gr. Aq. Cichorei , vel Aq. Lactis Alexiter. ) ȝiv°  
solat. propinavi. Qui quidem Haustus licet tum ob alvi constrictione  
huic Affectui solemnem , tum etiam ob diurniorem Hypnoticorum usum  
haud ita subitè ventrem exolvat , plerunque tamen si manè deglutiatur ,  
ante noctem dejectiones aliquas parit. Quod si minus præstare valeat , at-  
tamen Paregoricum veperi assumentum est , imò & citius , non obstante  
Cathartico Paregorico nuper assumpto , si modo inquietudo ingens aut ægri-  
tudo aliqua insignis periculum minetur , nè æger hoc præsidio destitutus ,  
dum dejectiones nos præstolamur , luce privetur. Nec æger damni vel mi-  
nimū ex hoc tam leni Cathartico capiet , si nihil prorsus efficiat ad deje-  
ctionem provocandam. Si itaque primo die votis non respondeat , iteretur  
proximè sequenti ; quæ secunda dosis priori in suppetias data , rarissimè  
Medici opem frustrabitur. At si primo die id egerit , ut hujus faburræ  
quantum latis in præfens est , subduxisse Medico videatur , atque æger ex-  
indè melius se habere cōperit , secunda dosis in aliud tempus potest dif-  
ferri. Atque hâc ratione tam Venæ-sectio quām Catharsis per interval-  
la reperi possint , prout Febris mos , atque ægri inquietudo postulare vide-  
antur , donec tandem res in vado sit. Veruntamen in Catharseos negotio  
illud probè notari velim , [ ne injecta ejus rei mentio longè plus damni  
quām emolumenti apportet ] ægrum non esse purgandum nisi facessente jam  
mo<sup>bi</sup> , 7. gr. die decimo tertio , aut eorum aliquo qui illum sequuntur ,  
nec per istos etiam dies , nisi sanguis à quo secundaria Febris invaserat fuerat  
imminutus.

Sed ut quantum in me est , Praxi in hoc morbo ultimam manum impo-  
nam , paucula de Sputo Sanguinis , ut & de Mictu sanguineo Variolis  
superientibus in medium proferre non gravabor. Utraque hæc Hæmor-  
rhagia , ut olim adnotavi , sub morbi initio contingit pustulis nondum  
eruptis , vel si in quibusdam locis se ostendant , in plerisque tamen  
aliis adhuc sub cute densæ latent , atque ejus sunt generis , quæ in maxime  
confuentes adolescerent , nisi jam dictum Symptoma ægri morte mor-  
bum finiebat , maculæ interim purpureæ hic illic superficiem corporis ob-  
sident , tristæ eventum interminantes. Verum tamen si debita sanguinis  
contemperatione maculæ ejusmodi auferantur , attamen tam micetus sanguini  
quām violenta ejusdem è pulmonibus eruptio indubie mortem prænun-  
ciare solent. Veruntamen tremenda hæc difficultas superari etiam possit ,  
& ægri vita in tuto collocari. Etenim cum hæc Symptomata intensæ san-  
guinis inflammationi , ac proinde summa ejusdem tenuitati originem suam  
 habeant ; Remedia ista , quæ sanguinem contemperant , ac pariter quæ vi ,

qua pollut, astringendi incrasandique eum minus fluxilem reddunt, Hæmorrhagiis hisce apprimè succurrunt. Quamobrem post unicam sanguinis liberali manu eductionem Paregoricum exhibeatur, ut:

R. Aq. papav. rhead. 3ij. Laud. liq. gut. XIV. Acetidistillat. 3ij. Syr. de Mecon. 3ß. Ms. f. Haustus.

Deinde sequentia vel his similia præscribantur, donec Hæmorrhagia protinus evanuerit.

**¶.** Trochisc. de Terra Lemno. & boli Armenæ ana 3j. Terra sigilli Lapid. hematit. sang. Draconis, & Corall. rubri preparati ana 3ß. Mastich. & gum. Arab. ana 3j. M. f. Pulv. subtiliss. cuius cap. 3ß. terita quaque horâ ex Cochl. uno Syr. de Symphyto, superbibendo cochl. IV. vel V. Julap. sequentis.

**¶.** Agu. Plantaz. & germin. Quercus ana 3ii. Agu. Cinnam. hordeat. 3ij. Syr. de Rosar. siccis 3j. spirit. Vitrioli q. s. ad levem aciditatem.

Interim singulis noctibus Paregoricum præscriptum propinetur.

Emulsiones item ex 4 sem. frig. maj. cum sem. papav. alb. magnopere conserunt.

Cessante verò hæmorrhagiâ reliqua per decursum morbi agantur, prout in Variolarum Capite traditur.

Antequam finem faciam, hoc adjiciam; quod quoties guttulas aliquot Laudani liquidi usurpandas præscribo, Laudanum meæ descriptionis intelligo; cuius formula in libro nostro de Morbis Antis, capite de Dysenteria habetur. Et quod Syrupum de Meconio illum volo, qui conficitur ex 3xii. Capitum Papaveris albi bene siccatorum, & (post macerationem in Aquæ font. 1b viii. ad horas 24.) probè coctorum, dein expressorum quam fortissimè; quorum colaturæ adduntur Sacchari 3xxiv. & in Syrupum coquitur. Has enim duas Præparations in suo genere efficacissimas esse judico: præsertim Syrupum de Meconio, cuius 3j. plus præstat quam 3ij. alterius istius, in quo Papaverum capita humidiora usurpantur, liquor non ita fortiter exprimitur, & loco Nigri quandoque Capita Papaveris Rheados quæ paululum virtutis habent, partem ita magnum suppeditant. Quoties itaque non satis mihi constat de alterutrius horum Paregoricorum viribus, utrorumvis, loco Laudani Londinensis solidi sesquigranum, vel etiam gr. ij. soleo præscribere in Aqua appropriatâ soluta; quo pacto ab omni errore & mihi, & ægro meo cayeo.



## THOMÆ SYDENHAM,

### *De Mictu Sanguineo à Calculo Renibus, impacto.*

**Q**UAMVIS hominis minus cauti & prudentis esse videatur, observatio-  
nem in vulgo spargere, cuius in seipso tantum experimentum cepe-  
rit, nemo tamen, opinor, æquus rerum arbiter ægræ feret me, qui tam-  
diu tantaque à *Mictu Sanguineo*, à *Calculo Renibus* impacto orto, fue-  
rim perpessus, humanitate & miseratione erga *Sodales* in hoc malo meos  
commotum; iis qui eodem morbo excruciali quandoque poterint, ista re-  
media indicare quæ mihi aliquali levatorni fuerunt, quantumlibet vulga-  
ria, & nihil facienda fortè videantur.

Anno 1660. *Podagra* me invasit, Paroxysmo tum immaniore tum diu-  
turniore, quam prius unquam, miserum affligens, cum ex hac causa  
æstivo tempore, vel intra, vel supra lectum submollem jugiter ad duos  
menses decumberem, finem Paroxysmi, dolorem hebetem & obtusum  
maxime in sinistro Rene nonnunquam, licet rarius, & in dextro cœpi  
per sentiscere. A *Podagra* convalescenti hærebat utcunque Renum dolor,  
qui per intervalla quædam, nullatenus acutus, sed satis tolerabilis, me  
submonebat; nondum enim Paroxysmo Nephriticō (cujus sunt comites  
dolor ingens per Uretum ductus vesicam versus tendens, tum Vomitio  
enormis) vel semel laboraveram. *Quamvis* verò nondum aderant ista  
*Calculi Renum* indicia, cum ratione tamen judicabam, me *Calculum*,  
mole insigniorem in Renum Pelvi gestare; qui cum major esset quam ut  
ex Pelvi dictâ in Ureterum ductus elabi posset, prædicta symptomata  
non intulit. Quâ in re, post annos multos elapsos me hallucinatum  
non fuisse certò competi. Etenim cum Brumâ Anni 1776. statim à  
solato rigidissimo gelu, diu multumque obambulasse, urinam mox redi-  
di sanguine permistam; idque toties mihi usū venit, quoties vel multi-  
tudo itineris pedibus conficerem, vel ia curru per plarearum pavimenta  
veherer, quantumlibet lento equorum gressu; quod mihi tamen non ac-  
cidebat, quoties per viam Regiam lapidibus non stratam, licet quam  
longissimè, curru vectaret. Urina quam tunc excernebam, tametsi ter-  
ribili sanguinis, tantum non sinceri specie prodiret, non ita diu post san-  
guine in fundo seorsim grumescente, in summitate limpida & sui similis  
conspiciebatur. In hujusce mali remedium sanguinem satis copiosum à  
brachio micti curabam, & post Purgationes Universales, medicamenta  
Refrigerantia & Incrassantia, variis generis in usum revocabam; Diætam  
interea his consentaneam adhibens, liquores acidos, acres, & attenu-  
antes

antes sollicitè devitans. Cùm autem neque ista, neque alia permulta, quæ numerare longum esset. quicquam prodeßent; & metuens calculum, quem grandiorum esse suspicabar quām ut expelli posset, Aquis Chalybeatis ad exitum sollicitare, tandem spera, rei beatè gerendæ prorsus amisi; idque eo porissimum nomine, quod observāram temes aliquot mihi notos, sibi mortem accersisse, dum hujusmodi remedis incassum morbi, curationem molirentur. Stetit itaque sententia non amplius tentare, at vitato tantum quām potui maximè corporis motu, ab hoc effectu mihi cavere. Tandem verò animo fortè recolens, quām mirè nonnulli deprædicerat seminis *Fraxini* vim Lithontripticam, subiit cogitare quod si semen ejusmodi virtute polleret, omnino verisimile esset *Mannam* *Fraxini* adhuc plus posse. Cùm *Manna* quam habemus, docente Botanographo rō nōn Dno. Ioh. Ray post alios Scriptores, neque Mel Aéreum est, nec Ros aliqui Cœlestis; sed liquor potius, tam è foliis, quām è truncu & ramicis *Fraxinorum* in *Calabriâ* nascientium, exudans; de cuius rei veritate idem dum in *Italia* peregrinaretur certior factus est ab eruditissimo Medico, qui ex ramicis & foliis linteo à se curiosè contextis *Mannam* [qui est succus ut dixi] sepius colligit. Vid. Ioh. Ray. Catalogum plantarum Anglie. Experimentum itaque facturus, *Mannæ* 3ij. in seri lactis *ffij* solutæ hausi paxillum succi limonum subinde, dum purgarer, deglutiens; quo & Catharticum acuerem, quod segnius operari solet, & ventriculo minus ingratum redderem. Ab hujusce remedii usu vix dici queat, quantum ego levaminis circa Renum regionem perceperim; licet enim antea non semper dolerent Renes, tamen pondere quodam gravativo & molesto sensu afficiebantur. Quod cum ita felicitet mihi cessit, idem Catharticum singulis Hebdomadis statu quodam die ad menses aliquot continuos in usu revocabam; & post singulas Catharseos vices melius me habuisse planè sum expertus, donec tandem etiam rudiorem Curvū conquassationem ferre potuerim; ab hoc symptomate prorsus liberatus usque ad Veris tempus iam proximè elapsum. Quo appetente, cum per prægressam hyemem fecerit omnia Podagræ laborasssem, & quæ nimia corporis ad motum inhabilitate, quieti & aevnoia magis quām alijs solebam, indulsssem, rediit denuo sanguinis mictus. Hic ego an ad Catharsin me iterum reciparem, hærebam dubius; quoniam nuperis hisce annis omni corporis substantiâ in Podagru & sedem & somitem quasi perversâ, Catharticum, quantumlibet lene, diutinum Podagræ Paroxysmum certò certius accersebat. Tandem animo succurrebat, quod si Paregoricum singulis noctibus post purgationem adhiberem, quo tumultus à Cathartico excitatus sedaretur, posse me pristinam methodum *Mannæ* semel in hebdomade capiebæ turò resumere. Uncias itaque duas cum semisse in seri lactis *ffij*. dissolatas manè hausi, & ferò guttas xvj. Laudani liquidi in Cerevisia tenui dormiturus adjeci. Et *Mannam* & *Laudanum* dicto modo repetens bis in Septimana ad sex vices. Postea verò *Mannâ* semel in septimana tantum

tantum uterer, humorum illuvie jam ita copiosè à Cathartico subductâ, ut à Podagra minus metuendum erat. Cùm tamen mea mihi ratio planè dictaverit, quòd si facultate aliqua, sive dissolvente, sive alio quovis modo Lithontripticâ, fuerit insignita Manna, omnino est necesse ut Medicamentum, quale est Laudanum, validè adstringens, remedii, in quo spem collocaveram, efficacem ac vim quadantenus infringat; satius esse duxi Hypnoticum missum facere cùm jam semel tantum in septimana alvum solverem. In qua Methodo jam ad menses aliquot perstiterim, eundem septimanæ diem ubique Catharsî dicans; nec me ab hoc meo more, ex quacunque data assâ dimoveri paterer. Licet à prima remedii hujus dosi dolor qui in dorso erat, remittebat, uti priùs, tamen non ita diu post repetita Catharsis Podagræ signum dedit; quod nunc Attubus, nunc Visceribus, bellum coepit indicere, at hæc morbi tantamina Laudanum fortiter repressit. Cùm hæc mihi Medendi Ratio hactenus bene verterit, in eadem perseverandum mihi essè judicabam, tam ad præcavendum mihi sanguinis recursum, quam ad immunidum aliquantulum calculi formitem. Quod tandem votis respondit. Hæmorrhagia ista ex quo Tractatum hunc primum edidi prorsus evanescente, proindeque Mannâ in totum abjecta. Purgationem itaque quod attinet ( modo sanguinis mixtus urgeat, & solum Cathartico hoc lenitivo, Mannâ scilicet, & secundum Methodum suprà à me traditam subducatur alvus) jam retractanda mihi est sententia illa mea quam in Scripto de Podagra olim evulgaveram; nempe Podagra affectis minimè conducere, ut vel initio, vel in declinatione; vel per Paroxismorum intervalla purgantur.

*Nec si miserum fortuna Sinonem*

*Finxit, vanum etiam mendacemque improba fingeat.*

Nondum enim in mentem mihi venerat, Paroxyticum quem à tumultuante Cathartico excitandum metuebam, exhibito sub noctem Hypnotico prohiberi potuisse. Nihilominus si Podagram solum respiciamus, Evacuationes qualescumque plutimum, nocent, ac proinde nequaquam sunt admittendæ, nisi Symptoma dictum earundem usum omnino postulaverit.

De Regimine & viatis ratione, quæ utrovis horum Affectionum labrantibus competere mihi videntur, [ quando nihil eorum præterire velim quæ ictis usui esse poterint qui iisdem, quibus cum Ego, morbis conflictantur] hæc addo. Manè lecto exsurgens, Decoctionis foliorum Tea cynamum unum alterumve exicco; dein curru ad meridiem usque gestatus, & domum reversus, quovis ciborum genere mihi grato & eucepto modice ( id enim ante omnia semper, & diligenti cum cura tenendum est) me reficio; statim à prandio per singulos dies vini Canarini plus aliiquid quartâ parte Libræ [ seu Pintæ] vulgaris ad promovendum ciborum in ventriculo Concoctionem, & ad Arthritidem à visceribus procul arcendam, hauriri soleo. Pransus iterum Rheda vector, &

quoties per occupationes meas non destineor, Rus peto, aëris salubrioris inspirandi gratia, ad milliora duo vel tria. Cerevisiæ tenuioris haustus mihi pro cena est; sed & hunc repeto etiam in lectulo, me jam somnum compositurus, idque eo fine ut hoc Julapio succos acies calidisque in renibus stabulantes, è quibus fit calculus, refrigerem simul ac diluam. Ego verò & hic & inter prandendum Cerevisiam tenuem lupulatam, Cerevisiæ non Lupulatae, quantumlibet tenui ac miti, præferendam censeo. Licet enim non Lupulata, mollitie ac lubricitate quâ pollet, ad subducendum calculum jam in Renibus concretum magis faciat; atramen Lupulata, ob levem illam stipitatem quam impertint Lupuli, minus facit ad fabuli vel materiæ calculorum generationem, quam facit non Lupulata, cujus & viscidior est substantia, & lutulentior. Quod die Catharsi defungor, ex Pulli carnibus prandium mihi est; vinum tamen Canarini pro more meo superbibo. Mihi curæ est, præsertim hyeme, ut lectum temporius petam: quo nihil magis confit ad Concoctiones rectè perficiendas, & conservandum pariter tenorem illum atque ordinem, qui naturæ jure deberur. Sicuti ex adverso, Nocturnæ lubrificationes, Senum cum Morbo Chronico qualicunque conflictantium, tum Concoctiones omnes imminuunt ac depravant, tum eorundem principio Vitali vulnus haud facile Medicabile infligunt. Illud etiam sedulò observo, ad præcavendum à Calculo mixtum sanguineum, ut quoties per Plateas ad longius aliquod intervallum cirru vehendus sim [ Gestatio enim, vel ad maximam quamlibet, distantiam, per vias lapidibus non stratas minimè officit mihi] non prius rhedam ingredior quam haustum Cerevisiæ tenuis paulo liberaliorem ingressero, quem pariter iterò ante regressum domum versus, si forte alicubi diutius fuerim commoratus, quo pacto semper mihi à mictu sanguineo satis est præcautum. At quo ad Podagram hoc unum adjiciam. Nuperis hisce annis ex errore aliquo circa sex res non naturales commissi, mihi retrocessio subinde materiæ Podagriæ accidit; cujus signa sunt ægritudo ingens, cum vomititione, & aliquali ventris dolore. Artus interim ex improviso doloris sunt expertes, ac ad motum plus solito habiles. In hoc casu congium unum Liquoris posterici, vel cerevisiæ tenuis devoro, & quamprimum torum per Vomitionem rejecerim, vini Canarini haustulum, cui instillatae fuerint Laudani liquidæ gutt. XVIII. ebibo, in lecto ad quietem me componens. Atque hac methodo meipsum ab imminentि morte aliquoties liberavi.

Etsi verò haud quenquam fortasse deceat [ eum maximè quem sive salvum, sive mortuum esse Hominem vix intevit ] ita crebram sui mentionem injicere; hæc tamen eo animo dicta volui, ut aliis quorum vita salutisque majoris fortasse ponderis & momenti sunt, queant professe.

Hic postremò subindicandum est ingens discrimen in quod nonnulli se

conjiciunt, tam Calculo, quam Podagrâ laborantes quoties Mannam in Aquis Mineralibus Catharticis solutam inconsultò capiunt. Quamvis enim hoc modo assumpta, & celerius vim Catharticam edat, & minori naufâ Ventriculum irritet; tamen minora ista commoda injuriam alias ab aquis illatam pensare non valent. Etenim si calculus Renibus inclusus ita magnæ molis sit, ut per Ureterum ductus in Vesicam propelli nequeat, istæ Aquæ Paroxysmum ut plurimum excitant, qui eousque perdurabit, cum magno vitæ ægri periculo, donec tandem calculus in pelvem redierit. Quinimo nec chalybeatis Aquis æger se tutò committet, nisi priùs certò sciat calculum majorem non esse quam ut per Ureteres viam possit sive invenire sive facere, quod hoc tantum modo, quantum ego conjicio, certò dignoscere potest; si nempe jam anteà Paroxysmum aliquem Nephriticum fuerit perpetuus, (cum dolore scilicet sævisimo in Renum alterutro, per ureterum ductus propagato, & Vomitu enormi) pro comperto habeat, non tam grandiore aliquem calculum pelvi concludi, quam lapillorum exiguum congeriem, quorum unus subinde in Ureterem illabitur, atque ita Paroxysmum hunc invitat, qui fere non definit calculo in Vesicam detruso. Cum res ita se habeat, nullum est magis efficax Remedium, sive ad præcavendum minorum Calculorum incrementum, sive ad eosdem è Renibus deturbandos, quam Aquarum Chalibatarum Potatio liberalior, per singulas æstates jugiter repetenda.

Cum vero sæpe accidat. Paroxysmo Nephritico quis corripiatur quando huicmodi Minerale Aquæ haud præsto sint, vel etiam tempestas Anni adsit, quæ earundem portationi minus faveat; hâc itaque compensiæ Methodo, sine ulteriore Remediorum apparatu, insistendum. Si æger temperamento sanguineo prædictus fuerit, & æstatem proiectiorem haud adhuc attigerit, sanguis ex brachio Reni affecto respondenti, ad Zx, extrahatur; deinde Liquoris Possetici cui Rad. Altheæ Zij. incœta fuerint. Congium unum quam citissime devoretur, & sequens Enema injiciatur. ¶ Rad. Altheæ & Lilior. an. Zij. Fol. Malva, Parietaria, Ursin. & Flor. Chamamel. an. M. j. Sem. Lin. & Fænugr. ana Zb. Coq. s. q. Ag. ad Hb. is. Colatur à dissolue Sacchari culinaris & Syr. Dialiæ, an. Zij. Ms. f. Enema. Quamprimum per Vomitionem æger totum reddiderit, quod per os ingestum fuerit, ut etiam Enema rejicerit. Laudani Liqui si satis magna dosis propinetur, viz ad gutt. xxv. vel Pil. Matthei gr. xv. vel xvij.

In Senibus vero, morbo aliquo diuturno fractis, ut & in Verulis, Vaporibus, vulgo dictis, obnoxiiis (principè si sub initium Paroxysmi Urinam eæ reddant nigram ac fabulosam) Venælectio omittatur: At quoad reliqua, eadem, quæ jam dicta fuit, viâ omnipino procedendum.

Sed ut ad Calculum, qui hujus loci est, grandiore revertamur. Quod

si Calculosus nullo unquam paroxysmo Nephtitico fuerit tentatus, cùm jam major calculus quàm ut ex Pelyi possit elabi: non solum nihil proderunt Ferreae Aquæ, sed etiam ob jam dictas rationes, non sine præsenti periculo fūmentur. Neque minus male quandoque Podagrīcī cedit Aquarum Mineralium usus, modò senes fuerint (ut sunt plerumque) & pariter corporis habitu phlegmatico imbecilloque. In his enim nonnunquam naturæ vires eo usque sunt imminutæ ac succidæ, ut omnino metuendum sit, ne tantâ copiâ aquarum penitus obruantur ac succumbant. Sive verò hoc in causâ sit noxæ quam exinde capiunt homines tali habitu ac temperamento prædicti, sive non sit; illud mihi compertissimum est, haud paucos quorum corpora hoc morbo fracta admodum, & quasi confecta fuerant, hisce Aquis interemptos diem suum obiisse.

Arque hæc eorum ferè summa est, quæ mihi in Morborum curatione hactenus innotescunt, ad diem quo hæc scribo, Septembri sc. Vicesimum & nonum, Anno Domini, 1686.

  
**D**E Calculo renibus impacto, ac inde enato mictu sanguineo, verba fecit in specie Clariss. noster Autor, propriâ in hoc morbo describendo, eâque sane durissimâ usus experientiâ. At verò de aliis calculis, tum vesicæ, tum variarum etiam corporis cavitudinum, aut solidarum partium, altum omnino siluit. Non itaque ingratum Doctissimo Lectori tuerit, si quæ de ejus naturâ, origine, progressibus, varietaibus, diversisque sedibus ac curâ; magna diligentia scriptis consignarunt Praeclarissimi Viri Carolus Drelincurtius, & Martinus Listerus, hic legendum exhibeamus; eoque magis, quod quæ ex illius Autoris primo loco nominati, Discipulis, Magni sui Praeceptoris ductu scribentibus & disputantibus, habemus, ejusdem variis observationibus, rarís prorsus & curiosis, nobis jam dudum à Celeberrimo hoc Viro comunicatis abunde illustrare valeamus. Sit itaque primus.

DISPUTATIO MEDICA  
DE  
CALCULO VESICÆ

*Quam sub Præsidio Præclarissimi Viri,*

CAROLI DRELINCURTII *Lugduni in Batavis Professoris  
Medici Senioris, habuit doctissimus Philippus Rose, Gallo-Cadomæus.*

**C**um Microcosmum inter & Macrocosmum, collationem instituo, & summas utriusque dignitates, rationis bilance exploro, summam illius, cum hoc necessitudinem, satis demirari non possum. Quanquam etenim meliore principaque sui parte, Microcosmus omnes Macrocosmi potiores excellentioresque videatur dotes excedere, posteriore tamen, ut pote materiali, tanta illi cum hoc datur affinitas, ut ab iisdem principiis, ab iisdem elementis, iisdem prorsus, variorum impetuum, à sapientissimo Creatore, editis legibus omnino pendeant. Hinc sanè ter beatum prædicabimus, qui indefatigata, exactaque Orbis Machinæ *Calculus*, indagatione, accuratissimam, perfectissimamque eorum notionem erit adeptus. Enimvero hic prævia scientiæ memor, consciusque factâ attentionis suæ translatione, omnes corporis humani tam salubres quam insalubres, anomalasque constitutiones, maximo cum emolumento, scrutari potis est. Ait

quanquam tam diviti scientiæ thesauri, mentis nostræ arcum, locupletatam non sentiamus, nihil tamen est, quod nos à speciminis consilio deterreat, vel impedit quominus omnes contendamus nervos, ut *Calculi*, affectuum quibus adeo misere conflictatur Adami Posteritas, merculè non infimi, *Naturâ*, *Differentiis*, & *Symptomatis* ritè explanatis, ejusdem *medela* delineationem absolvamus, eamque rationi consentaneam. Adsit infirmo Tyroni Saluberrimus Humanæ Prosaïæ Medicus.

Quia animi Mercurius, loquela est, atque mentis nostræ sensa, aliter quam sermone, scripturâ, vel nutibus, unicuique significare penes nos non est: hac moti ratione quædam in Calculi *etupas* prælibare, ab instituto haud alienum ducimus. Calculus Latinis vulgo sic appellatur, eos vero, qui aliquam in vesicæ fovent rupem, Calculofos nominant. Istud autem concretum, à calce suam traxisse denominationem ( alicujus, nempe, *avaloias* ergo ) cum fecun-

diffimo Ger. Joh. Voss. in *Etymol. Ling. Lat.* existimamus. Medicorum Princeps nomine  $\lambda\delta\Theta\alpha$  calculum plerumque intelligit, uis vide-re est libro IV. de morbis. Calculos verò  $\lambda\delta\Theta\alpha\nu\kappa\sigma$ , libro de vuln. cap. ut & affectum  $\lambda\delta\Theta\alpha\mu$ , aphorism. 26. sect. 3. nuncupat. Hel-montio post *Paracelsum*, calculus in tractatu de Lithiasi, vocabulo Duelech indigitatur.

Calculi nomine explicato, rem ipsam aggrediamur. Ejus autem naturae certam, distinctamque no-tionem affectu videbimus, si dili-genti, rectoque examine, causas ejus tam efficientem quam materialem, quantum in nobis est, in me-dium protulerimus. De calculi ma-teria, ipsiusque concrescendi modo, non parum apud Artis Proceres ha-ctenus fuit dimicatum: quod qui-dem nemini admirationem patiat, si quot de ceteris affectibus & mor-bis, inter iplos variae promulgen-tur sententiae, paulisper apud se perpenderit. Sed ne curiosius qua-sitâ harum dissentionum occasione, extra operis cancellos vagari conspi-ciamur, *Lutetianus* Primatorum, hâc de re sensus huc referre, atque ex iisdem quid potius, quid verosimi-lius habeant ad majorem hujus lemmatis dilucidationem, deprome-re sat nobis fore judicamus.

Venerandus *Aegyptiacus* lib. 4. de morbis, quid sit calculus qua-que generetur ratione trutinans, sic scribit: Εν τῷ κύριῳ γλυπτῷ λ/δΘα τρόπῳ θεώρει ἐφ' ὅδαι μὲν κα-θαρῷ θεογένετι ἐν πολιῖ, ἢ ἐν χαλκῷ, καὶ κατέστητι, ἵστοσάθμη εἶναι τὸν τῷ μίσθῳ. Οὐτως ἐν τῷ

κύριῳ τῷ τῷ τῷ, μὲν κατέστητι, &c. In vesicâ generatur lapis hoc modo: quemadmodum in aqua non purâ turbatâ in calice, aut in vase aeneo, & denuo quiescente, fax simul fit in medio, sic & in vesicâ, ab urinâ non purâ existente. Quæ quidem explicatio propter tanti Viri Autoritatem nobis plurimum arride-ret, nisi facis in calicis fundo co-acervata exemplum, quadantenus im-par, mancumque animadvertere-mus. Quamvis enim facis in calicis fundo coacervatio, & calculi in ve-sica formatio utcumque convenire vi-deantur, quodd utrobique fiat quæ-dam particularum mixti liquidi, ab aliis secretio, seu coagulatio, pro-cul tamen a se invicem eas non parum distare, neminem negatu-rum arbitror, qui vel minimū ad speciem formamque utriusque con-crèti attenderit. Nec dubio lo-cum fore spero, si *αἰσχύλος* discri-men quod intendo, unicuique pa-lam fecerit.

Opticè nimirum dignoscitur, fa-cis in fundo calicis congestionem eam esse, quæ vel minimo ipsius valsis motu, vel aquæ in eodem va-se coercita, factâ bacillo agitatio-ne, omnino solvatur, atque aqua impuris istis quisquiliis modò pur-gata, ipsis iterum inquinetur, sum-meque faturetur. Quod sanè à cal-culi concretione longè abesse, nullus refragabitur, qui matulam intro-spicere non deditur: nam inibi non secùs ac in vesicâ calculum for-mari, cum Paracelso Helmontio-que, mens nobis est: quod postea solidis confirmabimus argumen-tis.

tis. Si ergo calculi materia sive calculus ipse parietibus & fundo matula adhærens examinetur, magnam certè ejus esse duritatem, nec non arctam vasis concavæ adhæsionem, sensus organis innotescet, adeo ut vel matula concusſa, vel lotio aliâ ratione commoto, prædictus calculus à matula muris non secedat. Præterea silentio non possum prætermittere, calculi coagulationem absolute in fundo matula, instar fæcis prædictæ nequaquam fieri: insipientibus enim pater, matula fundi crustam, ab ejusdem parietum loricâ non multum differre, & æqualem ferè cum eâ crassitudinem habere. Unde meritò concludimus, pace Hippocratis, fæcis in fundo vasis aquâ pleni, cumulatae exemplum, calculi *διαμόρφωσις*, minus perficere exponere.

At fortè aliquis integer Hippocratis sensuum assertor, nostram in improbando culpabit audaciam, atque ad paulopd̄t sequentia ejusdem Authoris verba nos ablegabir. Πάγωσι τε οὐδὲ τὰ φλέγματα ὡψὲ ἔοντες, νόται γὰρ γίνεται τῷ ὕποστολοῦ τὸ φλέγμα περιπέπτεν: Induraturque à phlegmate crudo, gluten enim fit, phlegmate cum face mixto. Sed hæc prædictam nostram tententiam nullatenus debilitant, quin nihil aliud probant quam calculi concretionem à fæcis coactione, ut jam innuimus, maximè discrepare: κόκκα enim quam ex phlegmate & fæcis commixtione statuit Hippocrates, coagulationem calculosam alio penitus modo ac fæculentam perfici, certò arguit. Nec etiam tale phlegma sive materiam pituitosam, ad cal-

culi compactionem, & indurationem, maximè necessariam nobis fingimus: cùm in matula tale gluten ut plurimum non reperiatur, nec ideo ibidem desinat constipari calculus. Sed donemus adesse in matula aliquam glutinis speciem, an inde consequi liceat, eam calculi formationis causam esse genuinam, nec non eandem istam materiam esse meram pituitam? Quoad prius stare nequit; adsit enim tale gluten vel desit, calculus in matula perinde nascitur. Quoad posterius, merito in dubium revocemus, utrum ista materia, pura puta sit pituita, an potius internum vesicæ adverlus urinæ acumina propugnaculum, ab ipsâ vesicæ intro excludans, atque ex ea in matulam emittitum. Et licet talis mucago, calculi compositionem forsitan ingrediatur, immetitò tamen ejus concretionis atque indurationis causam, ad phlegma, idque ἀμόρ, referamus.

Verum reclamabit aliis, calculum suam coagmentationem duritatemque, glutini prædicto non absolute quidem debere, sed vesicæ calore atque siccitate, instar laterum fistilium, condensari atque lapidificere. Sed quam futile & absurdâ sint illa vesicæ calor & succitas, aut frigus ipsum, ad calculi γένεσιν, nemto non videt. Nec etenim matula, sive vesica, intensissimæ ardoribus retorrentur, aut quid ex gravi, Botealis Poli frigore participant, quod calculus instar lateris coquatur, aut instar glacioi congeletur, atque ad debitam, quam solet exhibere soliditatem deducatur. Quis etenim necit, vesicam per-

petuo serosi laticis sillicidio irroari, matulamque dum in ipsa calculus perficitur lotio madere. Nonne etiam notum est matulae calorem, si quis adsit, igni admoto, vesicæ autem, calculo benignam ejus mucaginem abstegenti, fibras asperitatis vellicanti, atque atterenti, acceptum referri debere. At hæc non magis in renum, quam vesicæ, calculi generatione, prædictarum caesarum ullam agnoscimus. Utrumque enim ab eadem causa esse oriundum, posthac propalabimus.

Sed in tantis rerum angustiis, tamquam obscuro opinionum penè infinitarum chao, veritatis partus maximè languescit: cui plures obstericandi avidi, renum vel vesicæ vim lapidificam altâ voce implorabunt. Ast talis Lucinæ auxilium frustra invocetur. Quem etenim fugit ita philosophantes, obcurum per obscurius explicare niti, & ad patens celeberrimumque crassioris ignorantia Sacellum citatis equis configere. Apage apage insulsas, causas ignoratas, superbamque qualitatum Quadrigam, quâ velocissimè abrepti omnia naturæ enigmata solvere, universasque difficultates superate, ac veluti calcare, nimis glorioè contendunt. Hos itaque missos facimus, ut quid hæc de re sentiat Fernelius curiosè expendamus.

Prædictus Autor lib. VI. de part. morb. & sympt. cap. XIII. asserit: omnem calculum in vesicâ conclusum, rudimentum quoddam è renibus traxisse, è quibus per nephriticum dolorem excidens, si grandiusculus est, in vesicâ aliquandiu haret, ac plerumque per-

sistit, illicque allatarum sordium adhesu coaguntur, dum verus confirmatusque lapis fiat. Quæ Fernelii mens suâ non orbatur verosimilitudine, eamque obrem ab eâ non omnino dissentimus: cum enim ipse eodem libro notaverit, se neminem in vesica calculum habentem offendisse, qui nephriticis doloribus ante non fuisset divexus; inde sanè liquet plerosque vesicæ lapides, calculo è renibus per ureteres in vesicam delapo, principium suum debere. Quod suum judicium sequente paulopost observatione confirmare conatur Autor, ajens; *Quosunque exemptos vesicæ calculos obtulvi [autem experiundi gratia permultos] in eorum medio quasi nucleum reperi, rerum rudimentum è renibus deturbatum, diversi quam reliquum integumentum, ac involucrum, & coloris & substantiae.* Luculentissima hæc Fernelii, animadversio, ad ejus opinionem fulciendam non parùm confert, adeo ut ipsius vestigiis incidentes, calculos vesicæ, maximam partem, prima à renibus accepisse voluminis sui stamina, non dubitemus affirmare: nec tamen ipsi penitus subscribimus; vesicam enim non secus ac renes faxeo factu, quanquam rarius, imprægnari, à ratione alienum, minimè censemus.

Enim vero quamvis à Fernelii parte contra Hippocratem stamus, fæcem subsidentem, sanguinis grumos, pus, mucosam pituitam aliaque id genus crassiora, facile ex vesicâ profluere cum urinâ, ac proinde calculum ex his non formari: ipsi

tamen talium è vesica excretione positâ, calculi ibidem generationem, eamque primariam, tolli constanter negamus, neque etenim ex ejus ratiocinio, inductionem imperfectam referente, quid generale deduci potest. Nam unicuique, primo intuita clucessit, prædicta omnia, à Fernelio enumerata, siquidem valeant semper è vesicâ foras amanda-ri, calculi formationi, neutquam prodesse, ac proinde ex ipsis calculum progigni, negare, ipsi fas esse: sed inde omnem calculi in vesicâ concretionem, primariamque, ut jam scriptum est, omnino explodi, inficias iunus: nam peculiarem calculi materiam, & à fæce subsidente grumis sanguineis, pure, mucosâ pituitâ, maximè diversam postea as-signabimus.

Quæcunque hactenus Autorum placita ponderavimus quò obsecu-ram calculi cognitionem, è Democriti puto nobis fortunatè continget crux, parùm utilitatis, nostræ tribuerunt indagini: aliorum ergo proram convertamus, ut ad op-tatum veritatis portum, tutò valeamus appellere. Jamque mihi fau-stum iter policeor, modò hâc in densâ tenebrarum caligine, ad ignem prorinus apparentem, portusque optati mihi monstrantem ostia, rectâ contendam. Empotii Spagyrici si-quidem portus hic est, bene est; nec etenim sibi temerè persuadeant, abstrusam calculi indolem, aliter quam industria Vulcani resolutione, posse unquam referari. Hæcce in-vestiganti, ratio, omnium tutissima nobis est, sed cùm curis, laboribus, nec non impensis, ardua sit,

Tom. II,

incerti de prospero cœpti eventu, forsitan pro foribus hæceremus, ni-si, bonis avibus res in promptu no-bis occurreret. Vigili quippe & in-defesso, Præstantissimi, & Experi-tissimi, DD. Caroli Drelincurtii, Apollinis mei, aeternum suspi-ciendi, reverendique, scrutinio, perfectam calculi nanciscor analysim. Hic enim in Epistola sua Gallicè exaratâ, cui nomen est, *La Legende du Gaseon &c.* calculum in singula principia subtilissimè direm-ptum, famoso offert Viro. Quan-tâ autem maximâ possum fidelitate verba quæ paginâ 35. habentur hic Latinè referam. Sed quod tuâ longè dignius est experientiâ, & quod evidentissimum argumentorum aug-men-tum mihi est; scilicet corporis humani calculi per ignem mihi sup-peditant, longè potiori ratione quam per aquam, tertiam salis volati-lis, & spiritus urinosi penetrantis-simi, & circiter quadragesimam partem olei fastidi aut sulphuris, adeo ut inde mihi supersint fere duæ tercia partium terrenarum, quæ trigesimam partem continent sa-lis adeo fixi, ut ignem violentissimum sustineat. Quibus verbis cer-nere est hanc calculi resolutionem igne fuisse peractam, post aliam be-neficio aquæ expeditam; quæ in su-periori paginâ est reperiunda: eâ tamen quæ igne fuit absoluta fre-quentius usuri, quandoquidem ut placet clarissimo Autori: per ignem mihi suppeditat longè potiori ratio-ne, quam per aquam. Tam certâ tamque egregiâ calculi potitus ana-tomâ, hic pedem figere segniter, instituti conditio prohibet. Pergo

Hhh

igit-

igitur insitas unicuique principio  
sursum sedulò investigaturus.

Scenam recludit *spiritus urinosus*,  
isque penetrantissimus potentissi-  
mum, meherculè, naturæ coagu-  
lum ac forsan pari non gaudens. Ta-  
lem enim præ se fert *integritas*, ut  
spiritum vini, seu aquam vitæ de-  
phlegmatam in offam coagulet. Te-  
stem appello *Helmontium de Li-*  
*thias* cap. 3. §. 5. Rara hæc mira-  
bilisque simul spiritus urinosi virium  
experientia, obseptentes calculi  
*spiritus*, nebulas non parùm diluit  
& dissipat. Validissimum quippe as-  
sequimur *extensio*, quo præceps à  
peripheriâ in centrum motus pera-  
gatur. Hic per transennam homi-  
num sortem dolere mihi incumbit,  
quod ipsis ferè solis inter animalia,  
talem spiritum gignere contigerit.  
Helmontii etenim operâ distillata est  
urina equina, verùm dissimilis pro-  
fus inde emanavit spiritus, quod apud  
ipsum legere est, *Tract. de*  
*Lith. cap. 3. §. 9.* Hujus phæno-  
meni, humano generi, proh dolor!  
nimium familiaris, rationem hanc  
esse arbitror. Homo scilicet gulæ  
satiandæ avidior, viscera condit in  
visceribus, sæpèque intempestivâ edu-  
liorum, spiritibus tam sulphureis,  
quam salinis, præsertimque terrestri-  
bus abundantium, farragine ventri-  
culum ingurgitat, quæ ipsius fer-  
mento fortè non imbelli edomita  
arquè elaborata per ductus mesente-  
ricos in lebetem cardiacum promo-  
venrur, ubi ulteriore donata co-  
ctione, majorèque exaltatione, nu-  
merosos spiritus, à sese invicem,  
volumine, figurâ, motuque sæpi-  
simè non parùm diversos acquirunt.

Quemadmodum autem plurium Regi-  
norum Imperia, dominationis suæ  
imminutionem pertimescere non so-  
lent, cum libratis singulorum viri-  
bus, ex nullâ parte in aliam, cum  
successu, fieri potest invasio: pari-  
ter si spiritus variâ massam sanguine-  
am exagitantes, eamque uno tenore  
compellentes, temperatâ quadam  
proportione, æquisque legibus, mo-  
tus suos exerant, nihil tanè, tunc,  
humano corpori, damni impendere  
potest. Sin autem res aliter se ha-  
beat, adeo ut v. g. *Spiritus urino-*  
*sus* aliis dominetur, ipse, pro-  
cul dubio, in subtilissimas adjacen-  
tes particulas perpetim incurrens,  
eas non solum variâ impellet ratio-  
ne, sed etiam cum ipsis in mutuos  
ruens amplexus, siquidem idoneâ,  
ad coëundum figurâ præditæ fuerint,  
pro superficerum magis vel minùs,  
immediato contactu, magis vel mi-  
nùs solidum lapidem, seu calculum  
exhibebit. Felicior hâc in parte  
Equus suo Domino, ut & multæ  
aliiæ brutæ animantes. Nam her-  
baceis parùmque spirituosis vescen-  
tes pabulis, succum particulis acti-  
vis minimè, vel saltē parùm tur-  
gentem obtinent: adeoque fermento  
generotiori, seu agente efficaciori,  
quale est *spiritus urina*, destituti,  
calculosis concretionibus vacare, vel  
saltē raro infestari, debent. Quod  
rationi, nec non experientiæ con-  
sonum reperimus.

Canere palinodiam, molestum  
est: valeant ergo quæ scripsimus,  
firque *spiritus urina* summus coa-  
gulator, seu genuina calculi efficiens  
causa audiat. Nunc in subjectam  
ipsius *materiam* diligenter inquira-  
mus.

mus. At certè ipsa, φλέψα ψυχή nequāquam erit. In matula enim materiam, seu calculum ipsum concavo adnatum vidimus, sed antea nullum urinæ phlegma aderat; neque etiam terra, sicuti videtur in concreto calculo: quia potius urina recens amicta, ubique & æqualiter citrino erat colore perfusa. Præterea notante Helmontio tractatu de lith. cap. 3. §. 36. concretio calculosa in vitro recipiente è spiritibus, liquoribus nempe stillatis & claris, facta est: unde infero calculosam crustam in matula contentam, pariter è spiritibus in urinâ mēa delitescentibus fuisse confectam. Nec nobis obrudant urinam nostram non fuisse destillatam; certissimum enim est, Helmontii urinam ab ipso destillatam aliud duelech non produxisse, quām quod non destillata fuisset editura.

Satis commodè satisque evidenter *spiritus urinosi* notitiam videntur adepti, nec aliorum cognitionem majus nobis negotium facessit utram confidimus, si methodo jam inceptâ progrediamur: Ideo quadragesimam partem olei facti aut sulphuris considerare subest. Non solum autem ad prædicti olei qualitatem sed & quantitatem, fortiter attendere, non parvi momenti est. Prīmò quo ad ejus qualitatem, aliorum oleorum naturam sapit: quatenus ex particulis longiusculis, ramosis, sibi invicem intricatis, ac proinde ductilibus constat. Fœtidum etiam est, quatenus nitirum in destillatione, & præcipue in sanguineâ fermentatione, ac dein, vel in naturali, vel in artificiali matulâ maximam passum est

sui dissolutionem, unde corpuscula ab ipso jugiter emanantia, nimioque fermentationis attritu figuras valde irregulares nacta, cum ad nervos olfactorios allidunt, irregularem etiam, seu ingratum sensum in nobis debent excitare. Secundò quod ad quantitatem attinet, valde exilis est: quadragesimam enim tantum exhibit. Unde jure consequimur, parum olei seu *spiritus urinosi* ad concretionem duelech concurrere. Præterea hoc sulphure eruto, materiam habemus in quam spiritus urinofus, dum in urinâ adhuc resideret suam potuerit ἐπόππων exercere; eadem ferè ratione quā in Helmontil experimento citato.

Superest tandem, ut duas tertias partium terrenarum, ut par est, contemplemur: ex siquidem etsi crassiores & graviores sentiantur, quām quæ ullo possent motu cieri, sicque vix eò inducamur, ut eas naturam spirituum portuisse unquam asciscere, credamus, ex præcognitis tamen liquido appetet, istam quam rūdem & penè informem cernimus molem, motui tamen non planè fuisse ineptam atque aliás, ante scilicet ipsius coagulationem, volatilisationis legibus paruisse. Rarus etenim matulæ quæ duelech in pulverem reductum repræsentant, ante ipsarum otium & captivitatem, per campum lotii libere expatiabantur, atque in omnem loci differentiam abreptæ, spirituum indolem necessariò simulabantur, eò que magis, quod nullam peculiarem nobis præberent sui visionem.

Integrum non esset partium ter-

renarum examen, nisi quædam in *fætem* intra earum viscera conclusum quædam mitteremus. Nam et si terrenas calculi partes, *spirituosas* olim extitisse, in proparulo sit, dubio tamen aliquo posset quis nos lacescere; eo præsertim fretus, quod perpetuò Laudandus Clarissimus *D. Drelincurtius*, designet illum salern adeo fixum, ut ignem violentissimum sustineret. Sed objectionis hujus facilis est enodatio, si maturè consideraverimus, istius salis, dum ignis viribus subjecetur, eam fuisse constitutionem, ut ipsius minutissimæ particulæ arctissimam inter se iniissent unionem, convenientique præterea caruisse juvamine, seu *vehiculo*, quod veluti mechanicè potuissent attolli. In matulâ, vel in vesicâ non item, singula etenim corpuscula salina, tum seroso lattice, tum aliis particulis ibidem occurrentibus à se se invicem distingua, & diuisa, communi liquoris motu, ulro citroque provehebantur. Ad hanc sententiam ulteriùs corroborandam multa possemus afferre, rationi & experientiæ cognata, sed cum præscripta nobis angustiæ seu limites id non patiantur, iter maturabimus.

Cum res ita se habeant, causas calculosæ concretionis, tam efficiētem, quam materialem, nos jam fuisse consequutos arbitramur. Penitandum nunc est quonam pacto ab istis duelech in matula oriatur. Quod sane non fuerit nobis cognitu difficile, si *spiritus urinost*, spiritum vitæ, coagulantis, vitium meminerimus: is etenim penetrantissimus, id est particulis valde activis donatus, stipatúsque, vinosas,

seu sulphureas impetens, easque ad mutuum cogens accessum, intermedias, tum terrestres, tum salinas, insummas redigit angustias, adeo ut velut irretitæ, motumque suum id circa amplius edere nesciæ, immediatum ferè cum vicinis acquirant superficiem contactum, ac proinde cum ipsis firmissima fruantur connexione. Hoc prorsus modo in matula æquè ac in vesica, calculum fieri, persuasum habemus. Cum nimurum ægri urina in vesica, vel sani in matula, talem sui textus assequuta est dissolutionem, seu corruptionem, ut *spiritus urinæ*, penetrantissimi titulum adeptus talem valeat effectum producere. Si quis autem cum *Paracelso*, *Crollio*, alisque causam calculi materialem, tartari nomine velit intelligere, de verbo non litigabimus.

Calculi naturâ abundè satis explanatâ, præcipuas ipsius differentias enumerare, ordo postulat. Primo, aliis est magnus, aliis parvus. Secundo, aliis molles, aliis durus. Tertio, aliis gravis, aliis levis. Quartò, aliis lœvis, aliis asper. Quinto, aliis albus, aliis subfuscus &c. Sexto, aliis in centro nucleus habet, aliis caret. Septimo denique aliis adhaerens, aliis vagus: quorum discriminum causas, has esse opinor. Primo, quod diutiùs vel breviùs in vesicâ calculus hospitatus est, eò majorē vel minorem materiæ appositionem passus est: id èque grandior vel exilior est. Secundo, quod abundantior internæ vesicæ mucaginis copia in calculi compositionem contrahitur, eò mollius; quod autem parcior, eò durius duele compactus. Tertio, aliis gra-

vis, alius levis: Quod quidem secundum ampliorem tantum & minoreram molem non est intelligendum, sed etiam respectu ejusdem calculi voluminis: ut perbellè *Mecænas* meus, in Epistola suâ à nobis citatâ, scil. pag. 32. animadverit. Quartò alius lœvis, alius asper; prout nimurū æqualis vel inæqualis facta est materiaæ accessio: indeque sequitur: Quinta differentia, quæ colorem spectat: nam à variâ corpusculorum ordinatione variæ parantur superficies, quæ solares, vel candelares radios diversimodè reflectentes modificantesque, diversos necessariò, τῷ φωτῷ αἱ ἀστέρεαι suggerant colorum sensus: de quibus in physica. Sextò si nucleus, ut sæpiissime accidit, è tenibus per ureteres in vesicam devolvatur, ibique ulterius accipiat molis suæ incrementum, haud laboriosum cogitatu est, in calculi inde orti centro, nucleus debere occurtere: non solum enim nucleus ille superstratis corticibus longè durior & firmior est: ut præclarè monet æternum colendus *Mecænas*, prædictæ Epistolæ, pag. 34. Sed insuper tam congrua, tamque homogenea, particularum, uno verbo tartarearum, fieri non potuit adjectio, quin earum stratificationum ordines, à genuinis nuclei corporis colorum seriebus maximè different. Ita omnia contra *Fernelii* senten-

tiam à nobis superiùs oppugnatam nihil facerent, nisi ex doctissimi *Salmasii* ad eruditissimum *Beverovicium* responsione pag. 141. sciremus calculos dari nucleo carentes, qui proinde in ipsa vesicâ primariam, ut antè à nobis scriptum est, sortiti fuerint generationem. Septimò tandem, alius vesicæ adhærens, alius vagus: hujus ratio nulli non perspicua: illius verò hanc esse reor. Quemadmodum matulæ, seu figulinæ, seu stanneæ, interior superficies tam continua ubique, & polita non est, quin innumeris scatterat poris & asperitatibus, quibus proximè adjacens calculi materia concrecendo impingatur, atque affigatur: similiter in vesica cōque potiō jure, cùm ea sit membranacea, accidere putamus. His subiectimus expertissimi Barthol. observationem pag. 200. anatomiae recens editæ; ubi (inquit de intimâ vesicæ membranâ] ruge quam plurima in calculosis. & veinti cuniculi excipiunt cernuntur; calculos servantes ex dilatationis desuetudine contracti. Unde haurio calculos non solum prædicto modo, interiori vesicæ membranæ, summâ adhæsione adnasci, sed etiam intra ejusdem membranæ rugas intimè coacervari, atque ibidem cavos cuniculos agere. (a)

Præci-

(a) *Hac omnia quam maximè illustrabuntur per ea que nobis olim amicissime communicavit Vir omni sane laude major, ipse scilicet Carolus Drelinctutius: cuius hæc ipsa sunt verba.*

Calculos instar corallii ramosos, & expassos ab ambitu pedis anserini in pelvis, ubi coēunt molem in unam, alias compactam et unicam; alias verò multiplicem atque divulsam; nec non articulis ve-

luti distinctam, & ginglymi ritu, ad lumbos inflexos & erectos, mobilem: aliquando eduxi & inter musei mei cimelia anatomica curiosis oculis objicio. Et isti porci calculi caput uretris obturant quidem & ex-

pandunt, sed quia raro sphærii sunt, urinam vulgo è pelvi in vesicam influe finunt.

Calculos præterea in extremitate uretæ ita constrictos vidi, ut in vesicam devolvi nequeant, sed inibi herentes, dum urinæ tensionissimum per rimulas transmittunt, etiam scilicet recinent, cojus accessu mole fiunt aiores, & ureteris insimul atque vesica tunicas ita distendunt, ut alterius idem vesica radiiores deludant, quasi reaps foret vesica duplex; & in illum crassum arque supinum errorem Medicos Cabauboni incidisse putem, dum viri tanti vesicam urinaris nobis geminam obrudunt. His porro, ubi ad extrema deventum est, & calculi in insimo uretere taliter impacti atque cuneati viam urinæ præcludunt omnino, tunc illa in uretere stagnat, & illum enormiter expandit, una cum pelvi sua. Inde est ut in cadaveribus aliquot distentam urinam pelyim, illaque olicissimam detexerim. Imò totum ureterem eadem illa turgidulum & expassum. Sed à calculis divelli nequeo citra histoniam & alteram. 1<sup>a</sup>. est de molli uno & farinaceo, qui solius in vesicam catheteris impulsu ita comminutus est & attritus, ut per frustilla minutiota torus fuerit abrepens urinæ fluento: atque sic qui cystomus erat in procinctu ad carnificinam, ab eâ fuerit longè semotus. At è diverso calculos conservo siliceos omnino, quique de marmore resilient, uti Brassavol: narrat Comm: in Aph. 79. Sect. IV. Altera hist: puerilis quidem est, sed Pœnius stylò notanda. Puer calculi doloribus excatniscatus, & ambulationi impar, lecto detinetur, ubi post aliquot dies furunculus in perineo subortus est, cuius pus per medios acceleratores tam profundè serpit, ut vesicam arroserit, quæ validius contracta non urinam modi, sed & calculum per ulcus emisit, atque ita prædam quidem eripuit cystomo, sed fistulam ingeneravit, quæ percurrent, & quæ jugiter & unice effluit urina, abolio proflus usū ductus nativi.

Coronidis vice femininos calculos subiectam per urethram (virili breviorum, latiorum atque rectiorum) longè optatiū externi, quam in nobis, atque ita raras esse femininas quibus calculus extrahatur. Imò quasdam vidi vesicæ doloribus cœn labore parvæ, excruciatas, sed quæ post tormenta

enormia petreos fatus excluderint, in renibus embryonatos, & intra urinæ cisternam sensim auctos in molem usque ori columbini. Et id ipsum profecto, imò quid maius ab Hipp: visum est, viro ubique Praezeos summe perita.

Calculorum Chymicam analysis habet in Epimetrī Thesum de Lienosis. Sed isthac Chymicā calculorum vesicæ analysis, paucum exhibet oleum, quod bilarii calculi scendent tantum ut aquæ innatent, & tesi audent, picis instar. Deridendos ergo se sit propinat, qui profiscentur bilarios calculos in vesicula bilis & ejus ductibus concredere ob prædominium tartari sive calcit, & defectum olei, sive sulphuris. Et id ipsum nequidem verè proferrent de concretionibus in arthritide nodosa, nam è virili pede, mensis unius decursu, gypsum vidi, sing dieb. matut. eductum, quod glutine multo è tendinibus extensorum nudatis, & lymphæ ductibus incisis, vesicatum erat; sed quod exiccatum, ac cerei flammulae admotum leviter tantum arsit. Sulphuris itaque consors, fellei calculi sorte. Id autem tartari singulis diebus à me collectum, super chartam emporeticam extendebatur, exicationis gratiâ; & ex illo, [ad uniam circuer unam probè siccato] fructa majora aquæ imposui, ac etiam demersi; sed suberis instar semper resiluerunt & innatarunt. Illorum igitur comparatio cum calce vel gypso candoris quidem ratione valet, sed ponderis ergo claudicit. At calculi urinariae vesica plani quidem innatant, sed depresso resilient nunquam flammaræ autem admoti non ardent, eti sulphuris non exortes, sed ob ejus parcitatem non ignescunt.

Isthac rara quidem sed rariora 2. profera, 1. de calculo 3<sup>o</sup> quem inter xiiij. & sedulus conservo. Is intra viri pancreas sensim increverat cum gravitate ad lumbos, maximè post pastum & inter ambulandum. Vomitus denique cievit enormes & lethiferam athrophiam intulit, omni præpedito tam conficiendo quam distribuendo chylo. Media est consistentia atque soliditatis inter vesicales, quos farinaceos siliceosque designavi. Fundum aquæ petit, nec ardet, metalli more.

Alterum est de Virgine ann. circiter 20. quæ dira cephalæ semestri dissecata,

Principis calculi *Differentiis* per-  
lustratis, antequam ad ipsius *Sym-  
ptomatum Signorumque* explora-  
tionem nos accingamus, operæ pre-  
tiem videtur, disquirere quinam illi sint  
in quos gravis hic affectus imperium  
suum exercere soleat. Primum obti-  
nent locum, qui à patre vel à ma-  
tre vel ab utroque calculosum acce-  
perunt characterem: nam ut ait  
*Fernelius lib. 1. de morborum cau-  
sis. cap. xi. nephritici, arthritici,  
& epileptici, filios vitiosos constitu-  
tione gignunt, quā tandem in mor-  
bos similes, hæreditarios idcirco  
nuncupatos, incurvant, ut parentibus  
liberi succedant, non minus mor-  
borum quam possessionum hæredes.*

Quare mirum non videatur si tot  
infantes, tótque adulti miseræ vi-  
tae stadium sæpe imperfectè emeti-  
entes, tam horrendis cruciatibus di-  
stisqueantur. Apud ipsos enim mor-  
bosum patrimonium tam validas,  
tamque altas egit radices, ut nulla  
mortaliū vis id unquam valeat pe-  
nitus extorquere, funditusque revel-  
lere. *Gaudient ergo benè nati.*  
Prioribus succedunt ii qui à paren-  
tibus alioquin sanis oriundi, propter  
tam magnam à causis externis in  
ipsos introductam alterationem, co-  
dem ac præcedentes, affliguntur ma-  
lo. Novit enim quilibet, quod  
causa necessaria quas declinare non  
possimus, ut sunt aër quem respi-  
ramus, cibus & potus, motus &  
quies, somnus & vigilia, quæ ex-  
ternuntur aut subsistunt, animi de-  
nique perturbationes, totam ani-

malis Oeconomiam gubernent, id-  
eoque eorum virio, vel ipsius ani-  
malis abusu, multa emergant mon-  
stra, humanæ valetudini infensissi-  
ma. Hic inter matrem & fœminam,  
discrimen aliquod interserendum ve-  
nit. Quamvis enim acceptas à pa-  
rentibus morbosas affectiones, à quali-  
jure, portionèque partiantur, at-  
tamen propter diversam partium,  
vesicæ imprimis, varietatem, ille  
hâc, in calculum propensior evadit.  
Vtriusque nimirum anatome docet  
maris urethram longam, curvam, &  
angustam, fœminæ verd ductum,  
brevem, rectum, ampliisque exi-  
stere, adeoque difficulter ex illius,  
verùm ex hujus, vesicâ, facile fa-  
tis calculum nondum seniorem po-  
sse eliminari. Non omittendum ad-  
ultiiores, renum, infantes verd &  
senes vesicæ calculo magis esse ob-  
noxios. Illis scilicet arteriæ & ve-  
næ sanguine adeo fermentato turg-  
scunt, ut cum serum in renibus &  
massa sanguinea segregatur *spiritus*  
*urinosus*, quo tinctum est, tali  
jam polleat virtute, ut particulas  
sulphureas & salinoterrenas in re-  
num amictibus statim coagulet,  
quo peracto latex aquosus per ure-  
teres in vesicam stillans in ipsa  
sterilis omnino residet, ut pote sa-  
xeo semine in renibus orbatus. In  
infantibus senioribusque contrà res  
habet. In illis enim adhuc tenellis  
& imbecillibus, sanguinis principia,  
tanto fermentationis orgasmo non  
percelluntur, nec his senio penè con-  
fectis spirituum suapè adeo ve-  
get,

excavata est tandem, ac reliquis deinceps sen-  
ibus orbata & mediis in planis extincta.

Tota ipsi pinealis gland: saxeа fuit,

anius ovigallin. amplitude, & mole tan-  
ta nervor. opticor. thalamos, nec non reli-  
quos tandem nervos lethifiscè compressat.

Seizæ, ut coagulator urinofus, tarrreas particulas, in renibus, dum eos cum sero pertransit, queat in unum cogere. Exinde salvis sœpè renibus in vesicam cum sero larice depluit, ubi majori robore, atque imperio in particulas sulphureas & salino terrenas, comparatis earum vibrationes infringit, & quasi arctis compedibus revinctas impedit quò minus vesicæ carcere effugiant. Haud dubie tamen multi sunt lenium à limine salutantes, qui calculos in vesica, ex renibus contraxerint, eodem pacto, quo cum Fernelio, supra narravimus.

Symptomata, quæ calculum vulgo comitantur, & ex quibus affectus dráγων haurit Medicus, quinque enumerat Hippocrates, lib. 4. de morbis. Σημία ἡ ἐν τῷ ὕδατι πάντες, ἐπίντε ερῆσαι δέλλι, πονέται καὶ τὸ ὕδων πατέρι δέλλος ἐστι, ὑπερερεγμένος. καὶ ἐπὶ ψφαμον ὅτα ἐν τῷ πάντες, τέλο τῷ λίθῳ. καὶ ἐν πόσι φλεγμαῖς, οὐδὲ τέτο μὲν ἀφανές. σημία ἡ ἀπροσδί. Signa autem morbus quinque habet: nam ubi mejere vult, dolore affligitur, & urina paullatim fluit, velut in urine stillicidio: & est subcruenta nimirum vesicæ à lapide exulcerata: & vesica inflammatæ est: verum hoc signum inconspicuum est: indicat tamen summa glandis pars. Horum symptomatum signorumque causas has esse ducimus. Primo quidem ἐπίντε ερῆσαι δέλλι, πονέται. Quia cum musculi abdominis, nec non diaphragma, vesicam in urinæ excretiore compriment, valde verosimile est eorum & membranæ musculosæ vesicæ actione, lapidem è suo loco dimoveri, atque aspe-

ritatibus ejus interioris membranæ fibras corradi: unde non parùm sensibilis debet exoriri dolor. Verum quandoquidem totus omnium prædictorum muscularum impulsus, urinam ad meatum urinarium impellit, maximè probabile est: calculum eadem vi, cōdēm loci pelli, præsentiæque suæ quæ egressum urinæ ferè præcludit, eam si nere καὶ δέλλον πέδυ ὑπερερεγμένος id est veluti in urinæ stillicidio dolorifico: quod est tertium symptoma. Quartò νῆστη ψφαμον, & est urina subcruenta. Cujus symptomatis rationem reddit ipse Hippocrates: οἵτινες ἐν τῷ πάντες, τέλο τῷ λίθῳ nimirum vesicæ à lapide exulcerata. Quintò tandem, καὶ ἐν πόσι φλεγμαῖς, οὐ vesica inflammatæ est. Quo de symptomate nutare videtur Autor, id enim vocat ἀφανές. Exinde conjectare licet, illud symptomata non esse perpetuum nec πάσονται, sed tantum in iis locum habere quibus vesica calculo impensis læsa fuerit; adeo ut etiam ἀφροσια, id est, summa glandis ardor illud significare debeat, seu potius ordinario manifestet. His accedit subsequens Hippocratis textus, ex quo aphorismus 79. sect. 4. Οὐδέποτε εἰ τῇ ἔρη φαρμακα. ἐφίσαται, τετέσον ἐν πόσι λιθίᾳ; quibus in urinā subfident sabulosæ, τις vesica calculo laborat. At hic aphorismus tam rem quām vesicæ calculo competere mihi videtur. Renibus quippe calculo laborantibus, sabulosæ etiam excernuntur. Vesicam tamen vel res speciatim potest respicere, modo cum aliis signis magis particularibus conjugatur, seu coincidat. Hæc & alia signa ut: crurum in-

ter-cruciationes, manuum pudendis admotio, priapitimus, tenesimus, &c. tam ab Hippocrate quam Ferne-  
lio, Sennero, aliisque notæ Au-  
toribus probata, cum fructu pos-  
sunt usurpari si calculus vagus fuerit:  
at si laterali vesicæ parti, vel etiara  
eius fundo adhaeret, vix illum ex  
prædictis signis de illo nuntium re-  
feret. Hac in re nobis fayet Fer-  
nelius de part. morb. & sympt.  
lib. vi. cap. 13. Huc accedit memor-  
abilis historia ab Helmontio descripta  
tractatu de lithiasi, cap. 3. §. 40.  
de quodam Prædicatore prope Bar-  
claiam in Anglia, qui anno 1629  
sanus atque flospes contendens à  
prandio, librum è sublimi ad se  
trahere, in imo ventre, magno per-  
cussus pondere atque dolore, certis  
inde à quartiduo signis, scivit se  
calculo gravatum. Ex hujus nar-  
rationis conditione & circumstantiis,  
judicare possumus Prædicatorem, nullam  
antea ab isto calculo tulisse  
molestiam, nec ullam forte utcum-  
que manifestam, de illo suspicionis  
causam habuisse. Omnia hoc in  
casu Medicorum dubia solvit cathe-  
ter: ipso etenim leniter & indu-  
strie in vesicam immisso, omnes ex-  
plorantur amfractus, omniaque la-  
tibula, in quibus alioquin, calculus  
omnem Medicorum solertiam & sag-  
citatem eluderet.

Jam hujus ægritudinis curationem  
suspicendi, hora est. Sed hoc orus,  
hic labor est. Nam eti concepta,  
causalum externalium immoderatio-  
ne, atque intemperie, in calculum  
inclinatio, eorumdem moderatione,  
& temperie, sive avertatur & emen-  
deretur, hereditariam tamen, nullâ

Tom. II,

posse fugari ratione, ratum habeo.  
Rara etiam, ac fortasse ignota sunt  
medicamenta, quæ ore assumpta ac-  
tivitatis sphæram, tam longè laté-  
que ferant, ut ad calculum in regio-  
ne vesicæ situm, ea extendatur. Ten-  
tandum tamen est quod ratio ex-  
perientiæ maritata nobis est dicta-  
tura.

Verâ & rectâ hujus hostis debel-  
landi, methodo insistemus, si pri-  
mò grassati incipientis progressus in-  
hibeamus, eumque si fieri queat, capite truncemus. Secundo, si eum  
jam vesicæ muris loricatum atque  
munitum, foras ejiciamus, integrâ,  
imprimis, remanente arce. Pri-  
mam indicationem absolvere poter-  
imus, tali vivendi ratione, quæ  
massæ sanguineæ succos, ad pristinam  
suppositionem revocet: adeo ut spi-  
ritus urinosus omni suâ ferociâ de-  
positâ, cum partibus tartareis, tra-  
gicam suam personam amplius non  
possit agere. Primo si aer sit in-  
temperatus, atque vaporibus seu  
effluviis è cryptis laxeis avolantibus,  
infamis, protinus deseratur. Hæc  
etenim non solum fermenta seu se-  
mina, calculo excitando idonea lar-  
giuntur, sed & homines, bestias, car-  
penta, reliquaque supellestilem,  
in rupes aliquando valent converte-  
re: uti legitur in Helmontio de li-  
th. cap. 1. §. 18 multisque in aliis  
autocibus. Secundo, summa cautio  
in esculentis & potulentis capienda.  
Qui per ea, nimia quantitate in-  
gesta, grave ventricoli fermento,  
detrimentum incurunt. & vitalem  
auram maximè pessimadant, tæpèque  
sufficiant, sic nacivâ qualitate, plu-  
ribus heteroculus effectibus, ac pre-  
cipue

cipù huic, anfam præbent. Absit, terra ingluvies, quæ plures quam gladius permit. Procul panis male fermentatus nec benè coctus. Legumina ferè omnia, rubris ciceribus exceptis, caseus, lacticinia omnia, pisces grandiores, haleces passæ, seu infumatae, ostreæ & conchylia, & tandem omnia quæ copiam seminis petrificantis, secum gerunt. Horum vices subeant caro vervecina, vitulina; capones, perdices, turdi, coturnices, vitelli ovorum &c. amygdalæ amaræ pistacia, pineæ, nuclei persicorum ceras. ficus, rubra cicera. Inter herbas malva, atriplex, petroselinum, asparagus, & in primis chærefolium Sennerto singulare calculi remedium. Vitetur cerevisia nondum benè fermentata, in eamque dum coquitur semen dauci injiciatur. Fugiat etiam vinum non defecatum. Nam ea, morbi cauam secum portant. Ex insalubrium numero est aqua stagnans, in fundo conceptaculi, silicibus, seu arenis orba; talis enim impura est, & terrenis grida. Verum ea optima censerunt, quæ perenni scaturigine, jugique fluento è terræ visceribus per summum ejus corticem derivatur, iuamerisque calculis & arenulis fundum stratum haberet. Motu nimirum, à corruptione vindicatur, & à spermate lapidescente purgatur, dum ipsum in arenas faciens subludit. Vinum Rhenanum, album, liquor pomaceus, pyræus, propter vim diureticam, valde juvant. Si qua autem purgatione utendum, ad succum sanguineum reformandum, inter alias haec esto, à celebri Riverio probata. R. Ca-

sis recenter extractæ cum ol. amygd. dulcium 3j. Diaphœnici 3ij. rhabarb. pulv. 3j. cum pulvere liquiritiae, fiat bolus. Ad hujus affectus profundus mirè faciunt aquæ minerales acidulæ, & vitriolatæ; ut etenim ex varia corporum concreta valent dissolvere, ita calculosam dispositionem potenter enervant. Plura utilissima apud Paracelsum, Helmontium, Sennertum, Riverium, aliisque famæ Medicos, quorum ampliora volumina hic inserere non decrevi. Tertiò excernendorum excretioni, & non excrenendorum retenzioni, prospiciatur. Quartò motu nimio pretiosum hominis balsamum non profundatur, nec pigrori quiete torpeat, aut gravetur. Quintò de somno & vigilia, idem dicimus. Sextò animi perturbationibus consulendum, ex etenim, idem ac motus intensior, & quies desidior, præstant. Omnia igitur medio modo procedant. His & aliis, quæ opusculi brevitas recenseri renuit, ingruenti huic affectui succurritur.

Ad alteram indicationem adimplendam non ita pollet Medicus. Vix etenim pharmaca cum suâ operandi facultate, ad vesicam pertingunt. Tentanda tamen quæ calicum minuere feruntur. Radices apii, petroselini, brusci, graminis, asparagi. Folia pariet. Semina anni, feniculi, dauci, carvi, ameos, carthami, rutæ, sal prunellæ, crystal. tartar. Primas obtinet sanguis hirci, vel integer, vel destillatus per B. M. Stendendum autem cum Riverio, ut hircus nutritur per mensem, saxifraga, pimpinella, bacis

cis juniperi , petroselino, aliisque diureticis, sive potu. Vinum alkengi ab Arnoldo Villanov. maxime commendatur : quod sit fructus alkengi contundendo, cum vino albo & colaturam exhibendo. *Horatius Augenius* historiam refert cuiusdam typographi filii , calculo liberati per pharmacum à Jesuita ipsi oblatum, quod tale est. R. pulv. mil-  
lcp. 3j. ad sumnum 3iiij. aquæ vi-  
te 3ß. juris cicerum rubrorum 3ix.  
vel x. capiat horis ante prandium  
quinque. Spirit. salis hispalensis ex-  
tollit *Helmont.* de lith. cap. 8. §. 28.  
atque ipso calculum imminui. His  
omnibus ore haustis palmam præ-  
perent medicamenta, quæ suadente  
*Paracelso* , aliisque in vesicam sy-  
ringâ transfunduntur; at ægrorum ex-  
perientia id alienat. Nam mitiora me-  
dicamenta , in ipsam vesicam inje-  
cta , dolores magnoscient. Si igitur  
diatae appositæ , & remedii deglu-  
titis , affectus rebellis non cedat , sa-  
era anchora , rugositas , amplectenda.  
Vesicæ inflationem , flabello pera-

etam , apud Egyptios olim exer-  
citam , abhorremus : varia etenim  
ab hinc crudelia imaginamur tormenta , nec commoda calculi educa-  
tionem. Nec scriptus à Fab. Hildano  
extrahendi calculi modus , magis no-  
bis cordi est. Regnet ergo ea sola  
calculi eruendi ratio quæ tot ex-  
cellentibus practicis , Celsoque præ-  
sertim , maximè arrideret. Si quis au-  
tem nosse aveat , quale in viro ,  
quale in puer , mulieribus , aut vir-  
ginibus calculi educendi ἐχεπηρία ex-  
cellat , peritorum χρηστῶν monumenta  
adeat. Sed à tædioso librorum evol-  
vendorum labore abstinere queat ,  
quicunque eximiam dictam Episto-  
lam , ab ipso naturæ Genio , scri-  
ptam , consulere voluerit. Hic listo  
calarum , & DEO TRI VNI , gra-  
tias ex imo meo corde fundo , &  
ipsum demisso , humilique rogo ani-  
mo , ut tentamini huicce benignus  
faveat . Luminisque scintillulam gra-  
tus impertire dignetur , quod densis  
ignorantiae tenebris mens mea tandem  
cripiatur.

Dissertationem hanc primam , alia jam Praeclarissimi Martini  
Lister , excipiat. Quæ sic habet.

## DISSERTATIO MEDICINALIS

D E

### CALCULO HUMANO , &c.

**C**alculi ubique corporis hu-  
mani at præcipue in Reni-  
bus & vesica generantur :  
cujus rei rationem infra privatim  
exponam. Igitur inventi sunt Cal-  
culi sub lingua , in ductibus pitui-  
tatis ,

tariis, in cerebro, in hepate, in pulmo-  
ne, in vesicalis seminalibus, in vte-  
ro, in ventriculo, in intestinis, in  
articulis tūm manuum tūm pedum,  
at multo frequentius in Renibus &  
vesica. Adisis *Historiae Medicinalis*  
Scriptores & præcipue mortuorum  
dislectores.

Calculi autem, etiamsi maximè  
inter se discrepare videantur &  
figura & colore & pondere; nam in  
iis sunt lèves, sunt asperi: alii ope-  
aci, alii pellucidi & crystallorum  
æmuli: sunt & tophacei & valde  
friabiles: alii vero verè metallici  
ponderosi, penèque silicei viden-  
tur: alii rotundi, alii inæquales: alii  
quadrati, alii fissiles: alii Testacei  
&c. tamen eorum natura & genera-  
tionis ratio eadem est; non solum  
in hominibus, sed etiam in aliis  
animalibus ubi calculorum quoque  
quam maxima varietas differentia-  
que occurunt.

At licet ea distinctio calculorum  
secundum loca & animalium ge-  
nera laudabilis & Historica sit, in-  
stituti tamen nostri brevitas nos diu-  
tius insistere istiusmodi minutis non  
patitur.

Verùm ne futilibus conjecturis or-  
atio nostra procedat, primùm viden-  
dum est, quid nobis de calculorum  
natura, & ex eorum analysi per  
ignem, & cùm crudè nondumque  
ignem experti fuerint, existimare li-  
ceat.

De calculo autem humano crema-  
to hæc exhibet diligentissimus Leu-  
vvenhoekius ope microscopii.

In calculo humano, inquit,  
ignis vi in calcem redacto, magnâ  
copiâ insunt & salia fixa & vola-

, tilia. Idem alibi, ex sale volatili  
& fixo maxima pars calculi con-  
stituitur itemque, calculi vesicæ  
humanæ ex magnâ particularum  
salinarum copia constant.

Porrò: ,ex calculo combusto cry-  
stalli erant pellucidæ, atque ita  
angulares ac lateribus planis, ac  
si ipsum fuisset crystallum.

Rursus ex calculo adusto cui  
aqua infusa est, sal coagulatur, ac  
tam durum fit ac rigidum, ut  
quamvis aqua ad coctionem usque  
fervescat, sal illud tamen cum aqua  
non denuò conjungitur.

Item sal volatile calculi adeo  
rigidum & firmum est, ut, ubi  
coagulatum est, humido cœlo dis-  
solvi nequeat.

Ex capite mortuo calculi com-  
busso, cui aqua pura infusa est,  
eadem aqua sensim in aëre siccata  
detegi plures salis figuræ, pelluci-  
das instar Adamantium: nec so-  
lum erant pellucidæ, sed & an-  
guli carum erant adeo glabri, ac  
adamantium anguli possint poliri.  
Inter eas vero maxima erat plana,  
& ejus basis triangularis: unus ex  
angulis erat obtusus juxta hanc ve-  
rò jacebat particula salina, cuius  
basis erat sexangularis, &c.

Piæterea jacebat [præcipue in  
liquoris superficie] magna copia  
particularum salinarum, similium  
iis quas in Arthriticis calcem  
appellamus.

Etiamsi ecclsum dum accuratè in-  
tuerer salis particulas, admodum  
esset humidum ac frigidum, omnes  
hæ particulæ undique, quasi aquo-  
humori injectæ erant: unde earum  
rigiditas facile conjici potest.

, Cal-

„Calculus crudus ex aqua frigida  
„infusus suos quoque sales similiter  
„rigidos dat.

„Nullam vidi particulam sali-  
„nam, ex tot myriadibus salis, qui  
„calculo humano insunt communi  
„nostro sali similem. Neque illud  
„ex siccato humore detegi potuit.

„Omne sal palato nostro non sa-  
„pit; ita nec sal è testis conchylio-  
„rum crematis, ex alabastro crudo;  
„ita nec sapit qui elicitur ex calcu-  
„lo humano: id est, *aërem & acidum*  
„saporem admodum salis com-  
„munis non exhibit; sed sal tamen  
esse non definit, i. e. suum habet  
peculiarem saporem, de quo suprà  
satis dictum est.

„Capiti mortuo materiae calcariae  
„Arthriticorum ad nigredinem exu-  
„sto, aquâ adiectâ inest magna co-  
„pia particularum salinarum, simi-  
„lium salium in calculo humano:  
„scilicet rigidorum plurimumque an-  
„galorum; nihil salis vulgaris, quo  
„in cibis utimur, inest materia cal-  
„caria arthriticorum. *Hactenus*  
*Leeuvenkoekius.*

Illud autem notes velim, figura-  
rum salium illorum varietatem ac im-  
perfectionem apud eum ab incredi-  
bili particularum salinatum exiguate  
dependere, quæ ut is testatur, vix  
tantæ sunt, ut multæ eatum myriades  
arenulam æquent: adeoque propter  
parvitatem vix satis rectè depingi po-  
tentant.

In crystallos itaque majusculas  
(quantum fieri potest) aliquo arti-  
ficio cogendæ sunt, ut lenta siccatione  
in umbra, iisque diebus maximè ca-  
lidis: quo certè tempore ex aquis  
nostris mineralibus crystallos ad sel-

qui scrupuli pondus habuimus: deinde  
quo major quantitas salis erit, èd  
promptius experimentum ejus con-  
cretionis in crystallos, magnitudinis  
conspicuae & perfectissimæ successu-  
rum est.

Hæc autem non exhibui, ac si ali-  
quod dubium sit de veritate experi-  
menti à Leeuvenhoekio de illis sali-  
bus expositi, sed ut etiam sine mi-  
croscopio, vel nudis oculis res manife-  
staretur.

Igitur de copia & natura salis in  
Calculo Humano jam satis ferè  
diximus; item de ipsa calce similiter  
sive materia calcaria & metallica.

Illud autem unum addam de hac  
calculi humani materia, scilicet quod  
in earum aliquibus debitè crematis  
etiam ipsum ferreum metallum, ad  
aliquot granâ adhibitò magnete, pos-  
se extrahi; id quod olim ostendi co-  
ram *societate Regia Londinensi* cùm  
ibi fortè caput mortuum dictum ali-  
cujus calculi humani à *D. Slare* ex-  
positum fuisset. Appello autem Regi-  
stra ejusdem *S. de fide* experimenti.

Quæ verò præterea calculi chimi-  
câ analyti dent, minus moror, nempe  
olea & aquam. Cùm non alia sint à san-  
guine humoribus corporis: adeo-  
que minus faciunt ad calceli gene-  
randi intelligentiam; quæ tamen hu-  
jus dissertationis præcipua intentio  
est.

Igitur his expositis quale sit id,  
quod in homine lapidescat, satis in-  
tellectum puto, atque *ira calculum*  
*definito*, tempe esse quid verè lapide-  
am à sale lapideaque calcario & in-  
terdum à ferreo metallo, humoribus  
que quibuslibet corporis concretum,  
atque in plurisque ductibus vilce-

rum excretoriis, maximè verò in Renibus & vesica natum.

*Causam itaque materialem calculi in solis humoribus, ut in pituitosis, crassis, viscosis, tartareis aut fœculentis non posuimus. Etenim materiam non solum concretioni aptam, quales sunt humores, indicare satis est, sed aliam etiam verè lapideam & metallicam calculi exigere videntur, atque ea ipsissima est, quam in proximè superiore Tractatu Anatomico exhibuimus, è quibus Conchyliorum Testæ fiunt, inque Fontibus Medicatis inueniti diximus; nempe succum lapidescentem è saxo quo-vis calcario, Pyriteve sive ferreo metallo Germinante ortum, atque aquis abreptum, nobis aliisque animalibus quovis alimento, maximè verò portione assumptum.*

Humor autem iste sive succus lapidescens etiam si ejus effectus passim extra nos innumeris exemplis apparent, tamen à nomine quod scio, explicatus est. Etenim Helmontii somnia hic non vendito; videlicet cuncta metalla ex mera aqua fieri, specifica metallorum semina, fermenta, odorem & spiritum nescio quem urinæ lapidificum. Terram ejusdem volatilem, spiritum vini urinæ incolam, hæc merae nugæ sunt.

Non semen, inquit Helmontius, cum aqua sibi subdita solum petreficit, quia insuper corpus sibi contiguum, odoris seminis petrifici, solo attractu petrificat, at si ita esset, certenes & ipsa vesica non petrificarentur: ubi interdum semen istud, odor & fermentum tam vehemens est ut innumeros & saepe ingentes calculos generare potis sit;

τὸν τῶν λόγων οἰκεῖον εἰπεῖν.

Quæ verò passim observare licet, ea tantum exhibeo, scil. saxa calcaria & pyrites i. e. ferti metallum sulphurulentum, præ omnibus metallis, salta sua lapideis particulis gravida edere, more plantarum pullulantium; has verò plantas salinas aquarum cuiusibus dissolui, iterum que vel ob moram, adhesionem ex aptitudine quadam partium & contiguitate, imbibitionem, aliave ignorabilia accidentia inter se coire, & in primam suam materiam redire, hinc, inquam, petrificationes extraneas, & calculos intra nos fieri verisimile est.

Est itaque peculiaris quedam materiæ sive succi lapidescentis aptitudo ut in lapidem convertatur, nimis ex salis lapidei naturali coitione, ejusque rigiditate, ut dissolutioni ultiatum est, resistat; itemque ex copia & qualitate particularum lapidearum in isto succo contentarum, suo scilicet sali ex quadam harmonia ortus, promptè committendarum, nexus haud facile dissolubili.

Igitur calculi materiam ab esculentis & potulentis, quæ hujusmodi salibus lapideisque particulis abundant, provenire. Si verò corpus bene se habeat foras ejiciuntur, neque in renibus aut vesica reincidentur; si renes imbecilli fuerint & vesica labefactetur, in lapidem coire apta sunt.

Efficiens itaque causa calculi est copia materiæ lapideæ in ductibus viscerum excretoriis imbecillis diutius suppressa.

Si qua verò sit in aliquibus hominibus hereditaria dispositio ad calculus generandum, ea oriri possit ex

mala partium constitutione, ex usu tamen quotidiano vietū, lapideā materia maximè infesti, vel in maximè integris hominibus calculi etiam generantur, videlicet si alimentis continuò & magna copia utantur, quæ plurimum succi lapidescentis in se contineant, aquasve bibant tali succo vitiatas, quia in illis aquis aut cibis causa materialis; unde est, quod in quibusdam regionibus præ aliis incomplures calculo laborent.

Itaque renes & vesica vitiantur vel ex nativa constitutione, vel vietu calculoso supervacaneo, quam autem rem sic intelligo, nimicum à nimia copia & pondere materiæ metallicæ arteriolæ capillares, renum ductibus excretoriis commissæ, distenduntur, præterque naturam valde ampliantur, unde excretio debilitatur à constrictione arteriolarum labefactata. Igitur materia metallicæ in ductibus excretoriis imbecillibus sensim accumulatur moramque trahit, unde ejus coitus in calculos; idem cogita in labe hereditaria, ubi mala renum constitutio.

Inter causas autem calculi antecedentes & procatarcticas, hæ rectè numerantur.

1. Mala concoctio quâ chylus crudus & latus quo involuitur succus lapidescens, indiscriminatim intra habitum corporis assumitur, etiamsi verò causa calculi materialis non ex stomacho deducenda sit, tamen eo labefactato in officio suo chyli conficiendi, succus purplicens plus minus in omnigeno alimento necessariò & naturaliter existens, possit ob chyli crassitudinem citius & facilius in maiores arcus coire in renibus.

Profectò robur inæquale partium est calculorum præcipua ratio; ita renum alter calculos parit altero sano, quod satis evincit calculi vitium à parte labefactata potius quam ab ullo materiae calculorum defectu oriri; quæ semper, ut dictum est, adest; at raro supra modum arenularum concrevit, nisi vitetur tonus & vigor renis expulsivus.

2. Lactea infirmata; nam ab iis integris etiam chylus bene digestus à succo istiusmodi putrescente ex parte purgatur; quod scilicet is fluor minus aptus sit, adeoque inter alimenti soluti excrementa per intestina dejecta, antequam venas lacteas subire possit.

3. Hyems autumnusque calculos renum parit, autore Aretæo, an quod magis laborent renes, suppressa ex frigore perspiratione curante.

Sed ad alia pergamus, & privatim materiam calculi suppeditant maximè ostrea & omnia Testacea animalia; aqua medicata, quæque vel calcario vel ferreo metallo imbutæ, & quæ petrescentes ob conspicuos effectus præcipue audiunt. Vina aut quælibet alia alimenta locis aqua petrescenti vitiosis nutrita.

Salse autem carnes minimè, prout Leeuvenhœckius extra dubium posuit; scilicet in calculo omnino nil salis culinarii repertum esse.

His verò adiici possunt vehementissima queque Diuretica, quæ materiam morbificam vel nimio impetu ad renes deturbent, vel viatum per se minus noxiun infestum reddant, quod ipsi renes ob nimiam excretiæ insummentur.

In his quoque causis Balnea ponenda.

nenda sunt quibus renes nimis la-  
xentur, item alimenta vehementer  
calida, ut Piper, Allia, Resinae qua-  
vis, exercitium vehemens: Venus  
immoderata.

Audi Hippocratem, (a) Pueris  
„calculi principium ex lacte impu-  
„ro, pituita enim ex eo lacte urinæ  
„sedimento admixta, glutinum eva-  
„dit; ac primum quidem parva lanu-  
„go accrescit, deinde quod accedit  
„arenosum. Rursus autem alimen-  
„tum solidum aut *lapidosum* effici-  
„tur, non secus ac *ferrum ex lapi-*  
„*dibus &c.*

Ita nobiscum satis benè sentit antiquissimus Medicus, calculum accrescere ex arenâ pituitæ commissa, i. e. ex materia verè lapidea, primòque mollem velut lanuginem, mox virtute arenosæ accessionis solidum ac lapidolum effici: non secus ac *ferrum ex lapidibus.*

Hactenus de calculi natura, ejusque generandi modo causisque; proximo autem in loco ipsius *morbis* ratio sive *pathologia*, sive is in renibus sive in vesica fiat, instituenda est; cum *Diagnosticis* verò incipiatur.

Hæc autem Calculi in Renibus indicia sunt. 1. Omnia certissima significatio, calculus excretus est.

2. Ad renem doloris gravitas. (b)

3. Femoris è directo itupor sentitur, *idem ibidem.*

4. Nausea & vomitus.

5. Urina cruenta: at hoc perpetuum non est: unum tamen è præcipuis est quando contigerit quod dolor neptiticum à colico distinguiat.

(a) *Lib. 4. de Morbis.*

[d] *4. de Morbis.*

6. Urina in principio aquata, pauca, aut integra suppressio: à moto vero calcilo per ureteres, ea copiosa, fere turbida, arenosa.

Hæc autem indicia per se patent, neque ulla explicazione, certe arte peritis, indigent.

Ubi vero id malum in vesica fuerit, his indiciis, inquit *Celsus*, (c) cognoscitur. „Difficulter urina redit, paulatim que, interdum etiam sine voluntate destillat, eadem arenosa est, nonnunquam aut sanguis, aut cruentum, aut purulentum, aliquid cum ea excernitur; eamque quidam promptius recti, quidam resupinati, maximè hi, qui grandes habent calculos, quidam etiam inclinati reddunt, colemque extenedendo dolorem levant. Gravitas quoque cajusdam in ea parte sensus est; atque ea cursu omni魁 motu augetur: quidam etiam cum tortu, quentur pedes inter se, subinde mutatis vicibus implicant. Feminae verò oras naturalium suorum, menses admotis, scabere crebro contingunt; nonnunquam si digitum admoveant, ubi vesicæ cervicem, is urget, calculum sentiunt.

Necque multum aliter Hippocrates. [d] Hic morbus quinque habet signa: Dolor in urina reddenda; ejus stillicidium: interdum cruentata, à vesicâ inflammatione vexata: verū id non appetet, indicio tamen est summa præputii pars, [i. e. inflammata] interdum arenosa, sa reddit, interdum duos aut plures calculos.

*Aretaeus* ex antiquissimis autoribus

bus in plerisque consentit. Si vesicæ  
,, inhæserit calculus ex colligationi-  
,, bus patefiat. neque doloris neque  
,, gravitatis expertes sunt licet urinæ  
,, nam expeditè reddant: Sin minus  
,, & urinæ difficultas accedit: omnes  
,, verò calculos ex fabulosis urinæ  
,, subsidentiis deprehendes, & quod  
,, istis virilia sèpius arriguntur: quan-  
,, do enim mejunt subestque calculi  
,, lus, dolent, tractant, attrahunt,  
,, que pudenda, anus quoque virtutem  
,, particeps redditur.

De inflammatione autem vesicæ  
satis constat ex observatione Hippo-  
cratis, cùm ad summam glandem ferè  
visibilis sit ex insigni rubore; unde  
non mirandum est si molestus inter-  
dum *pruritus* sit in pudendo. dolor  
que in vesicæ collo incipiens, ad  
glandis extremum usque porrigitur,  
unde etiam *Virilium* frequens ere-  
ctio, non secus ac cantharidibus  
sumptis.

Urinæ autem *Stillicidium*, & pondi-  
deris sensus: item mihi facilior in  
uno corporis positu quam in alio:  
item dejiciendi cupiditas, quæ mihi-  
nem excipit; hæc omnia à magnitu-  
dine, & figura & motu calculi ori-  
videntur.

Ultimum autem & omnium cer-  
tissimum signum est exploratio, vel  
per digitum in anum vel per cathe-  
terem in ipsam vesicam immisum.

De illo autem Hippocratis [a]  
Aphorismo magna interpretum dif-  
fensio est à Galeno ad nostra tem-  
pora. Quibus in urina arenosa [*tau-  
pus*] subsident, his vesica calculo la-  
borat.

Johannis Zechii [b] opinio, ut

[a] Aphor. 79. S. 4. [b] Cons. 58. [c] L. de inaffectionibus.

video, plerisque arridet; qui hanc  
subsidentiam non meram arenam esse  
vult, sed gluten istud mucinosum  
in plerisque calculosis conspicuum;  
at hoc non perpetuum signum est,  
ad eoque minimè pathognomoni-  
cum.

Sed, brevitatis causa, missis alio-  
rum disputationibus mihi videtur  
Hippocratem hīc, generationis are-  
na locum, non calculi existentiam  
indicare voluisse, & dicit tantum  
ipsam vesicam in vitio, ubi arenæ à  
mictione formantur atque subsident;  
ita quidem expono ἡ νέση λαθεῖ, imò  
idem Hippocrates [c] alibi ait arenam  
non esse signum calculi in vesica;  
atque ita ille Aphorismus diverso ab  
hoc sensu intelligendus est.

Verū ait, arenæ non sunt calculi,  
neque negandum est, quod à quibus-  
dam exhibetur, scilicet vix è decem  
unum reperiri, qui arenas cum lotio  
non excernant; raros tamen esse, qui  
rēnum calculo laborent, & rariores  
multò, qui vesicæ.

Quamvis autem arenæ revera cal-  
culi sint, nec ab iis essentialiter dif-  
ferant; tantum secundum magis &  
minus, nam perexiguus Calculus  
arena est; tamen aliquo sensu, in  
gratiā Medicorum, probanda est ista  
distinctio, nempe arenarum quo-  
tidianarum cùm urina ejectarum, &  
calculorum majusculorum non sine  
dolore & difficulter excernendorum,  
utraq[ue] tamen partes, & Renes &  
Vesica tum suas arenas, suosque cal-  
culos generant: neque aliter visum  
est Hippocrati, ut supra dictum est in  
diagnosticis; vult autem in hoc Apho-  
rismo arenas ex urina micta subsiden-  
tes

tes præcipue à vesica vitiata oriti, eamque calculis generandis præ renibus pronam esse innuere. At hic prætereunda non est singularis opinio Fernelii, qui statuit omnem vesicæ calculum, rudimentum quoddam, ceu interiore nucleus ex renibus trahere, è quibus per nephriticum dolorem excidens, si sit grandiusculus, in Vesica hæret, & torpidum illic allatorum adhæsu coagmentatur, dum adoleverit in justum lapidem; eo, inquit, argemento, quod neminem offenderit in vesica calculosum qui non fuerit diu ante nephritide vexatus, item quod in contritis vesicæ lapidibus nucleus quedam se reperisse assertit, diversi à reliquo integumento coloris & substantiæ.

Huic autem opinioni ipse addo, etiam in mediis calculis, è vesica exercitis, vidi & ferramenta [a] & osla, per ipsum penem injecta: possint itaque arenulae renum esse pro rudimentis calculorum vesicæ: at hoc perperuum non est.

Etenim priorem hujus rei rationem alii Medici ex propria sua experientia negant; nempe in pueris calculosos dari, quibus nulli nephritici dolores antecesserunt: item non in omnibus calculis nucleus istiusmodi inesse.

Illud quidem verum est, calculos renum sive arenulas ab iis plerumque fulvas esse, vesicæ verò albicantes: quare ? calculorum color, ut supra dictum est & consistentia varia: modo rati, modo nigricantes, modo albidi sunt nempe pro ratione cibi potionisue assumpti; at ferè à reni-

bus subcrocei, à vesica albidi: an quia in renibus urina défœcator, puriorque ei insit arenularum materia ad ocream accedens, in vesica verò eadem putuitæ mucosæ & albicanti, è glandulis excretæ, mixta & contaminata sit.

Sed ad Prognostica transeamus.

Lapis magnus potionē, neque medicamento frangitur, autore Aretæo. Chemicorum insomnia ha-  
stenus vana sunt.

Morbus periculosus: hæc edita-  
rius incurabilis: nam calculorum pro-  
creationem (cum Aretæo loquor)  
è secunda Sterilema reddere, nemo  
potest: facilius est enim uterum à  
pariendo prohibere, quam calculos  
renes calculis vacuare.

Vitia renū & vesicæ in senibus  
difficiliter curantur. (b)

Hippocrates in Coacis vult lapi-  
dem in vesica non generari à 14 æta-  
tis anno usque ad 60, nisi prius exti-  
terit.

Ita parvi & senes sunt ipsis virtutis cal-  
culosiores. Pueri autem magis cal-  
culo vesicæ laborant, senes veò cal-  
culo renū: quid itas audi Galenum  
[c] quia in pueris facultas renū  
expultrix fortior est, ejus autem ac-  
tio naturalis est, item retinendi in vesicæ  
facultas non minus fortis est; at  
cum vesica propriè receptaculum est,  
& pueri parum bibant, parumque  
mingant, cum mixta actio voluntaria  
est, vesicæ exonerandæ non at-  
tendant, sic calculorum coitioni ma-  
jor opportunitas ex mora;

Ex anatomia autem discimus, ubi  
calculosis ægis mucosa urina effusa-  
datur, vesicæ corpus cancrosum esse,

& di-

[a] Acta Philosop. Lond. (b) Hipp. Aphor. 6. 5. 6. [c] In 6. Epid. sect. 1.

& digitū aut pollicis crassitatem non-nunquam adeptum esse : in calculosis verò, qui claram ac tenuum urinam mingunt, vesicæ substantia invenitur membranosa, ferèque ut in statu naturali se habet, de his autem ita sentio, calculum primum exiguum concreuisse, vesicā adhuc integrā; aucto verò calculo, ab ejus pondere, asperitate motuque vesicam lœdi, ejusque membranarum glandulas inflammari, intumescere, indurari, i. e. cancerosas fieri: unde veluti putris sive pituitæ viscosæ, interdum cruentatæ ingens copia cum urina profluit.

Postremò in sectione sola cura magnorum lapidum. Cælio Areliano (a) autore.

At, inquies, cur non quibusdam medicamentis dissoluantur, certè quidam lapides majores cùm ex calculis in humano corpore repertis quidam tephacei & friabiles & leues quales sub lingua & in articulis orti & respondeo in vesica lapides ferè silicei sunt; raro molles: & si ita, ramen ex arenulis duris compaginantur; ratio est, quia per majores vias & in majoribus conceptaculis metallæ, sive particulæ tum falinæ, tum lapideæ, è quibus iste fuccus petrescens constat, ponderis sui virtute ferè copiosus & excernantur & in calculos concrescunt, atque hæc ha-  
stenus. Proximo autem in loco de curatione & medicamentis dicendum est.

Curationes autem hæc ferè instituendæ sunt: vel ad calculos minores, arenasue, cùm molesti fuerint, expellendos, specialibus adjutoriis:

atq[ue] hæc ferè diuretica sunt: vel materiam calculosam minuendam, doloresque acerbos mitigandos, in majoribus calculis excretioni ineptis: atque illa prophylactica anodyna sunt, profectò qui dolorem sustulit, satis ad valetudinem profuit.

Quoniam autem instituti nostri ratio brevitatem requirat, & ut repetitiones superuacaneæ evitentur, ex adversariis nostris ægros aliquot, qui nobis commissi fuerint, eorumque curationes paucis enarrabo, deinde medicamentorum, maximè à nobis exhibitorum rationes exponam.

Hi autem Nephritide laborarunt.

### I. Aegrotus.

D. Dryden Presbiter Ecclesiæ Eboracensis, medie ætatis vir, ex pluribus mensibus sanguinis mictione misere affectus est, maximè ab omni equitatione, aut vehementiori corporis motu: item calculos innumeros, ferè arenosos, (& in iis fuerunt, qui seminum coriandri grana implebant) excernere consuevit, huic etiam frequentissimè mingendi cupiditas.

Is autem multa à multis frustra sumpsit: tandem hoc remedium à me feliciter prescriptum est [ R. sem. & rad. paeonia maris, agarici, vitrioli Romani, mithridat. an. 3j. g. conserua ros. rubr. 3ij. Syrup: & rosis q. s. f. Electuarium. ]

Convaluit & à sanguinis mictione & à Calculo,

2. *Aegrotus.*

D. Breeden de Pangburne, unus è Parlamento Jacobi Secundi Regis, sexagenarius, ex vehementi saltatione in uno & dextro pede per hortos suos, quod exercitio aliis sèpius certare consuevit, sanguinem minxit.

Huic malo curando ei pluries sanguis è brachio missus est: aquas ferratas sumpsit; aliaque plurima medicamenta frustrà ab aliis atque aliis medicis adhibita sunt.

Post sesquiannum autem hominem in hac conditione inueni. Sanguinis plus minus ab aliquot septimanis quotidie mingebat, non sine urinæ stillicidio tumor ingens & durus in abdomine contra renem dextrum; item dolor continuus in dorso: summus ardor in imo abdomine è regione renis dextri: venæ abdominis externe ejusdem lateris varicosæ & præter modum tumidæ; habitus corporis qualis in Leucophlegmatia: mollius sitiebat: parvum dormiebat. Denique huic coxendicum stupor, & summa crurum imbecillitas.

Huic autem malo sic auxiliandum censui ( R. Mithridatii sine opio confecti 2ij. B. G. Tragacanth. aq. rosac. dissolut 2. ff. pilul. n. vi. ) ex his unam singulis noctibus sumpsit.

Item. ( R. Aq. hordei 4ii. olei vitrioli guttas vi. succilimon. 3v. C. C. vli 3j. sacch. candi albi. 3ii. B. misce; de quo ad 3vj. bis quotidie propinavit.

Item ( R. Balsami martis [j. e. salis martis ex balsamo Lucatelli

3j. optimè super marmor contriti ] gr. iij. horâ aliquâ vespertinâ devoravit.

Ex his autem medicamentis intra diem unum vel alterum multò melius se habuit.

Postremò bis hominem purgavi Hieræ diacolocynthidos 3j. quod medicamentum facile tulit.

N. B. Quamvis in reliquim rite à meis medicamentis levatus est; adeo ut non amplius sanguinem mingeret, & optimè dormiret, & sat bene cibum appeteret, tamen vix ambulare centum passus p̄e mira imbecillitate crurum potuit, aut scalas ullatenus ascendere.

In hoc statu ad tres hebdomadas mansit: tandem nulla amicorum prece prohiberi potuit, quin rus iret ad quinquagesimum ferè lapidem à Londiniis, ad videndam uxorem moribundam; ex itinere autem ( quamvis letica veheretur ) iterum sanguinem minxit, & aliquot postea diebus ex urina suppressione interierit.

Ex dissectione Ren. dexter. immensa magnitudinis inuentus est, cancerosus, ad quinquaginta uncias pendebat, atque in eo inuenti sunt plurimi exigui calculi.

Nequeo sanè mirati satis veterum diligentiam; nam cum rarissimum sit hoc morbi genus, idque mihi semel tantum in Praxi occurrit, tamen apud Ætium summa accuratione descriptum illud legere est.

3. *Aegrotus.*

D. Athins. Quinq agenarius, unus è regni Justicarii, Eboraci, cum publica negotia obiturus erat, calculo laboravit, huic in altero Re-

ne dolor vehemens vomuit mingere cupivit, at frustra, nam paucam tantum urinam reddidit, eamque aqueam.

E lenioribus autem medicamentis hæc sumpsit; nimirum præmisso encimate è Therabinthina ex vitello oui dissoluta in decoct. communi cui vi- ni Emetici 3ii. adjectæ fuerint, parum efficimus: ideo statim hæc Purgatoria exhibuimus cum diureticis mixta & stomachicis. [R. Elec- lenitiv 3B. assellorum cochineil. an- 9j. sal. absinth. 9i. m. f. bolus, huic superbibat potionem sequentem. R. decoct. senna Cereon. 3ii. syr. e. spina cervina 3j. s. aq. mirab. 3vj. olei amygdalarum dulcium 3j. mis- ce f. potio.] bene fecit: calculos enim aliquot albidos cum urina subfulua & foeculanta excrevit; & postridie publicis negotiis præfuit.

#### 4. Agrota.

Domina Bellingham quadragena-ria subito post dejectionem vehemen- ti dolore nephritico & ad alteram ab- dominis partem correpta est; vomuit, mox quatuor calculos excrevit cum tantillo urinæ. ab his pri- mis calculis dolore perseverante hoc medicamentum præscripti (R. Ca- siæ recenter extractæ 3B. pato. jalap 9. mercurii dulcis gr. vj. olei cinam. gut. 1. m. f. bolus) alios autem multos calculos deinceps per aliquot dies reddidit.

N. B. Horum autem culculorum color luteus; figura omnium subte- res; at non eadem magnitudo: ad grana vero piperis majusculi; om- nium durities insignis: aliquot ex

iis fractis cortex lapideus unus, mo- re ceparum alteri superinjectus est; item interior medulla similiter & la- pidea, & rufescens.

#### 5. Agrotus.

D. Harduich, mediæ ætatis vir, ex itinere primū sanguinem minxit, cum renum dolore; post aliquot ve- rò menses calculos rufos exiguos non sine vomitu & vehementi renum do- lore excrevit, item intra annum ter- tium eodem dolore renum correptus est, cum vomitu & calculorum excre- tione.

Huic sic præscripti [R. Agarici- pulu. 9i. B. jalap pulver. gr. vi. sum- mitat. hyperici puluerisat. 3ij, vini veteris Rhenani 3v. m. f. potio] ab ea vigesies minimum, dejectit, neque tardè aut cum ullis tormentibus aluum movebat; convaluit.

#### 6. Agrotus.

D. Ascough senex calculo sæpe vexatus est, tenisque alterius vehem- enti dolore, vomitu, sanguineo mihi, is autem dolor, ante meum aduentum fine febre ad octiduum manserat, exhibui statim Cassiae ad 3vj, &c. in bolo, à quo non sine levamine purgatus est; at rediit ve- hemens dolor; ideo nocte dormitu- ro dara est Trochisc. Alkekengi 3j. optimè se habuit, postridieque ma- ne sine ullo dolore calculum gran- disculum minxit.

#### 7. Agrota.

D. Rhodes diu multumque renis dolo-

dolore affecta est, cum vomitu : mul-  
ti & enemata & alia remedia data  
sunt, à quibus inducias trium cir-  
citer dierum habuit, tandem huic  
dormituræ vesperi *Trochise Alke-  
kengi* 3j. exhibuimus ; ea nocte pla-  
cide quievit, & postridie horâ ali-  
quâ pomeridianâ tres calculos ma-  
jusculos fere sine dolore excrevit,  
convalluit.

N. B. In his Trochiscis insunt  
præter baccas solani Alkekengi di-  
ctas, & amygdalas amaras, & opium,  
&c.

### 8. *Ægrota.*

D. *Legger* quinquagenaria, pri-  
maria fœmina, diu febre intermit-  
tente luctavit, tandem ad me venit,  
Eboraci degentem : graviter præter  
febrem Symptomatis hystericis affecta  
est, huic adeo Apozema præscripsi ex  
Cortice Peruviano, Phyllotide,  
Ceterac, ruta muraria, &c. Sin-  
gulorum ad 3ij. in vino post lon-  
gam macerationem leviter coquend.  
de eo per aliquot dies sumpsit ; tan-  
dem febre victa ; vomitu & vehe-  
menti renis dolore correpta est, cal-  
culumque majuscum excrevit ;  
id quod semel tantum in vita ante  
quinquennium fecerat, agnosco au-  
tem libens, & expertus jam egre-  
giam vim herbarum capillarium ad  
affectus uterinos ; at suspicor illas  
herbas non tantum calculus expel-  
lere, sed etiam ex parte illum ab-  
iis, tanquam materia, gigni ; quod  
rupibus ferè calcariis, locisque  
montanis uliginosisque naturaliter  
crescent, ubi eas plurimum succo  
calcario imbui nutritique necesse est.

Idem de eodem Apozemate in  
alia atque alia fœmina, D. *Rook-  
bie*, &c. observavi : unde magis ma-  
gisque fidem do jam positæ senten-  
tia.

D. *Green Coquas* aliquoties cal-  
culos à renibus excrevit ; at ultimo  
paroxysmo, quo me accersivit ut  
opem ei ferrem, ex communi cor-  
silio cum D. *Barwick* collega meo  
dignissimo, dysuria ad triduum  
pallus est magna corporis jactitatio-  
ne atque anxietate ; in extremis au-  
tem cùm penè de hominis vita des-  
peratum fuerit, sic præscriptissimus,  
[R. *Cantharid.* probè tostarum,  
tantum non crematarum 3B. aq.  
spermatis Ranaram tbi. m. f. hau-  
stus,) paucis horis elapsis urinam  
ad quatuor minimum libras reddit,  
& unà plurimos calculos, conval-  
luit.

Hi autem Calculo Vesicæ labo-  
rарunt, renibus forte in plerisque  
non integris.

### 9. *Ægrotus.*

D. *Ramsden*, mercator Ebo-  
racensis, media ætatis vir, ex patre  
calculis misérè afflicto natus, & ipse  
renum & vesicæ calculo à multis re-  
tro annis vehementer laboravit.  
item ejus filius unicus triennis calcu-  
lo correptus est, & suetione tandem  
à penè pueri grandiusculus calculus  
exemptus est. gravissimum autem sym-  
ptomatis malum in dies & molestius  
& periculosius fit ; nam sanguinem  
sæpius minxit ; modo dysuria, modò  
lumborum contra renes dolore, hor-  
rendum ! cruciatus est : sæpenumerò  
verò calculos ferè asperos, & inæqua-  
les

les excrevit , tum albidos , tum flavos hordei grani magnitudine.

Tandem verò ab equitatione primum observavit se humorem quendam albidum tenacem cum urina redidisse ; is autem humor prælentore suo matulæ fundo adhæsit , nec facile cum urina effundi potuit ; & interdum ad plures uncias diei unius spatio excretus est ; neque unquam sine dolore excerni potuit ; propriè virgam [putà] inflamatam & acrimoniam fracidæ , & marcescentis urinæ ; nam verustatem redoluit , etiam si novissimè fuerit reddita.

Sanè hunc hominem , cùm primum medicinam facerem , curavi ; mihiique adeo ex propria experientia minus notæ essent medicamentorum vires , illud equidem unum totis viribus efficere conatus sum , scilicet ut materia istam lentam aut minorem , aut liquefacerem . quo minore cum dolore per urethram exire posset.

Neque aliud magis profuit , quām mercurius dulcis ad gr. vi . ex pulv. jalap. &c. exhibitus : quippe eo & alvus diu liquefacta est , & materia lenta & mucosa in grumos fatinaceos divisa est : ac sic multò melius se habuit & ratione , dysuria , & minus frequenter mingendi cupiditate vexatus est : tandem verò maxima ex parte desit prodire iste mucus , at fœtor urinæ usque permanet , etiam cùm cætera sanus sibi visus fuerit.

Post mensēm verò ex frigore & cruditatibus eodem muco minore visido tentatus est.

Tum verò hominem sic purgavi  
(R. Rhei Torrefacti 3ʒ. Therebinth.

Venet. ad duritiem coct. & vulverisat. 3ij. f. Pulvis : detur ex hastatu sequenti. R. mellis desumatis 3j. & aq. sperm. ranar. 3ij. misce.)

Urina autem quæ antea aquæ fuit , jam ex rheo intense colorata est , eique ex Terebintha odor suavis conciliatus est , at postridie idem urinæ pallor atque idem fœtor redierunt.

Porrò , ex semicupio , in quo semel tanum ad mitigandos dolores denotatus est , involuntaria mihi sequuta est , idem observavi ex usu opii.

Rursus , ex mercurii dulcis aucta dosi ad gr. x. & pro secunda vice dato , idem effectus sequutus est , ut sc. mucosæ urinæ materia in exiguos grumos incideretur & matulæ fundo vix amplius adhæret : at propter stimulatum anum & ex consensu communi cum sphinctere vesicæ , diariœcam plurium dictum , imò ferè integri mensis induxit , item aphræ in ore & faucib⁹ ortæ sunt.

Cùm verò levī febricula sub eo malo corriperetur , venam in brachio incidimus : sanguis autem missus & refrigeratus , crassa pelle albida contractus est.

Tandem excommuni consilio aliorum mecum Medicorum & Trochisci , Alkekengi & emulsio cum seminibus frigidis minoribus cum decocto Symphyti majoris , &c. prescripta sunt.

Ab his autem remediis calculi multi parvi , sed albissimi , qualis color fuit emulsionis , excerti sunt ; item postridie rediit urina mucosa & lenta & dolor vehementer auctus est , & urinæ difficultas : ideo abstinuit à

præscripti medicamentis: itaque spiritus salis Armoniaci cum Gummi ammoniaci destillati ad guttas vj. ter quotidie sumpsit ex aquæ spermatis ranarum haustulo.

Ejus autem medicamenti post aliquot dies effectus erat, ut urinæ malus odor, scè subtilus est, & ejus sedimentum jam bona ex parte similagineum, candidius & leve factum fuerit.

Rediit autem appetitus, & ex usu falsamenti veteris, apud nostrates Ling. dicti, alvus subito compressa est, & urinam rufus continuit. cæteraque omnia incommoda mirificè levata sunt præter unicum in urina fætorem, neque amplius urina viscosa.

Hic autem vir, tolerabilem valitudinem consequutus, Eboraco Londonum se contulit, ubi à chirurgis, ejus artis peritis examinatus digitis in anum immisso, calculus ad ouï magnitudinem compertus est.

Illud sedulo autem notavi, medicamenta leniter diuretica, & Reenum dolorem supra modum inten- disse, & si è valentissimis fuerunt, & Testiculorum, ipsiusque urethræ, & glandis, ad exitum, inflammationem & rubedinem excitasse.

Ab eo tempore, quo Eboracum rediit; nihil, quantum scio sumpsit; certè unum vel alterum annum vixit, sed graviter decubuit, nec calculum ullum postea excrevit.

Tandem nescio cujus suasu, unciam unam Guttarum dictarum à Goddard autore, à Londino nactus, ad ejus tib. in aqua porierat bis auter in die sumpsit. hoc autem medicamentum (ut postea didici ab ipso

Rega Carolo Secundo, qui à vidua Goddard magno pretio secretum redemit) nihil aliud fuit, quām spiritus salinus volatilis à serico crudo vi ignis elicitus, at tanta erat ejus malitia in optimo viro, ut biduo à summatione, sanguinis mictu, & diris cruciatibus, correptus, misereque convulsus, diem ultimum obiit.

Sub eo tempore in eadem urbe duo senes, metallorum fusores, ex calculo à plurimis annis decumbentes [ Smith unus appellatus est, alterius nominis oblitus sum] convulti perierant, potionē spiritus Terbinthinæ, ad 3ij. aliquoties ex hibiti, unde inflammatio imum ventrem ex toto occupavi, in Gangram protinus mutata, hoc medicamentum suā cujusdam Agyrtæ chimici sumpserunt, quorum alterum, super ponem habitantem, prece vidiæ, dissecui.

#### 10. Ægrotus.

Illustrissimus Baro D. Fanshaw: Puer novennis, calculo vesice ab aliquot annis laboravit, illum Sandbeck vidi, villam amoenissimam D. Comitis de Castleton, dum ibi ejus matri decumbenti advocatus sum.

Hujus autem pueri urina, instar serii lactis recenter concreti, turbida & grumosa erat: item in fundo ejus reledere grumi albissimi, verè caescosi; ejusque urinæ odor ipsissimus qui casei recentis: is autem puer, ex præscripto Medicorum, quotidie lac asinimum bibere consuevit, ex ejus vero vesica postea calculus feliciter exectus est Londini.

Illud autem ex hoc casu constat,  
sc. la-

## Ia. Ægrotus.

sc. lactearum venarum imbecillitatem, easque officio suo non recte fungi quod [cetera sanus puer] odorem & substantiam fracidi casei & urina exhibebat; aliter multo, quam in integris etiam puerulis lactantibus, quorum urinæ suus odor & consistencia est.

## II. Ægrotus.

D. Little Prætoriaæ cohortis eques, Eboraci tum degens mediæ ætatis vir, ex equitatione, primum urinæ difficultate correptus est: mox ea ferè ex toto suppressa est cum vehementi dolore circa pubem & in ipso penis itinere.

Cum urina vero exiit mucus quidam albidus, visci instar tenax, matulaque fundo pertinaciter adhærens item ejus odor foetidus, qualis ex urina veteri.

Ob vehemens verò malum sèpius animâ defecit, & misere convulsus est.

Hæc autem ante meum aduentum, statim oleum amygdalarum dulcium leniter tepefactum, injiciendum vesicæ præscripti, cum bono eventu, deinde hoc medicamentum exhibui devorandum (rx. mercurii dulcis gr. iv. pulv. jalap. 3j. Cassia 3jj. f. bolus) à quo aliud septies mota, dolores levati sunt; nocte Troch. Alekekengi 3j. dati. Verùm postridie & sanguinem minxit & aliquam multos majusculos calculos albidos excrevit, aliosque per aliquot dies: calculis autem excretis & iste mucus exire desit: convaluit: hunc fortè hominem Nosocomio militari Chelsiensi superiore anno vidi, beneficii mei non immemorem & (ut mihi narravit) post viginti annos, calculos quod attinet, sanum.

D. Hedley, in Vicinia Leedes, oppidi agri Eboracensis degens, quinquagenaria, admodum obesa, ex multis annis calculi cujsdam arenacei excretione vehementer cruciata est. Ii autem calculi ipsum Saxum molare nostrum arenaceum valde referebant; nam ex arenis majusculis Crystakinis, inter se coagmentatis in calculos majusculos constabant, interdum verò solidos, interdum solutiōres eos, quotidie, haud modica quantitate cum urina reddebat.

Hæc autem Symptomata præter calculorum excretionem passa est, cordis palpitatione, assiduam mingendi cupiditatem, lumborum & vesicæ dolorum, urinam aqueam, cibi inappetentiam, &c.

His autem malis sic occurrentum esse censui, (rx. Lingua cervine, Trichoman. an 3j. mactis 3fl. f. pulvis subtilissimus, detur ex aq. hordei haustu, post horam infusionis, ter quotidie) post 4. dies non amplius calculos reddidit; urina jam fulva, qualis sanorum cum sedimento albido, quod ferè defuit ante: ad aliquot amplius dies iisdem medicamentis, at alia atque alia compositionis ratione, usâ est; præter opinionem convaluit.

Reversa autem ad suos, rursus calculorum id genus excretione correpta est: iterumque ad me Eboracum venit: atque, iisdem medicamentis similiter sumptis, convaluit.

Huic domum redeundi usum cerevisæ præcepi tantummodo ex aqua huminis, & non putei, ut ante consueverat, confectæ: nam non sine ratione arbitratus sum, aquas puteales horum cal-

culorum materiam, ut pote succum lapideum, in se continuisse.

13. *Ægrotus.*

D. Freestone de Hornecastle, micturitione admodum dolorosa & frequenti, cum viscosa materia matula fundo adhaerente, correptus est: nisi tamen erectus mingere haud potuit, ut multoties per noctem mingendi causâ è lectulo surgare coactus sit. Diu vitam sic miseram traxit, huic sic præscripti. [ *q. Balsami martis* ] i. e. bals. Leucatell. & salis martis an: [ *3j. f. pilula sive bolus, quem sumat nocte & tantundem mane.* ] quo per triduum sumpto non amplius cubitum per noctem reliquit: sed facilè resupinatus in lecto mingere potuit, item huic minor dolor in Urethra & extremo pene.

Item ( *q. Ag. spermatis Ranarum 1*½*j. C. C. usci in subtilissimum pollinem contriti 3j. gummi Tragacanth. 3j. misce hujus bene conquassati 3iv. ter quotidie bibat.* ] )

Item [ *q. Balsami veneris 3j. dividatur in sex doses* ] has autem per triduum sumpsit singulis diebus mane: à quo alvus die tertio leniter mota est. Omnino melius se habuit, rursusque abiit, nescio an hic æger calculosus fuit, nam in adversariis nostris de calculo nihil scriptum inveni.

14. *Ægrotus.*

D. Lane. Divi Laurentii in Urbe Ludi-magister, ex tribus circiter annis, Urinæ stillicidio vehementer cruciatus est. Item plurimos calculos excretivit. Huic autem mingendi cupiditas bis aut ter aut pluries in ho-

ra, die nocteque: alvus firma: urina fœtida & visco quodam referta, item doloris acuti sensus in ano, & circa pubem.

Huic autem sic præscripti. ( *2*½* Suci hypocristidis glycyrrhize ana 3j. mithridatii sine opio 3j. Gummi Tragacanth. ag. sp. ranar. dissoluti. 3jj. CC. usci 3f. misca f. pilul. vjjj. ex 3j. masse harum pilularum unam vesperi atque alteram mane quotidie sumat.* )

N. B. Tertia nocte ab iis sumptis ter tantum minxit; at quotidie alvus bis aut pluries soluta est. Ab eo autem tempore ad dies septem tantum bis aut ter in nocte minxit & placide dormivit, & mirificè levatus est; meque opium ei dedisse putavit: imò planè se convaluisse affirmavit; adeò dolor mitigatus est præ eo, quem ante meum adventum sentire consuevit, at potionis, præ siti, contra meum præceptum indulgere voluit. Unde rediit mingendi frequens cupiditas, & remedii abstinuit.

Alios autem multos calculosos omitto, quibus hæc medicamenta in micturitione sive mingendi importuna cupiditate profuerunt: neque aliud malum gravius est, ex iis quæ humano generi contingunt; imò omnium perhibe Plinio, ex decisione veterum Medicorum, longè gravissimum est stillicidium urinæ.

15. *Ægrotus.*

D. Spacy ex multis annis sanguinem mingere consuevit: Interim plurima intervalla optimæ sanitatis habuit, eoque malo vacuus. Tandem verò mucum quendam sive Pituitam vitream, viscidamque reddidit, fundo matula

matulæ pertinaciter adhærentem: jamque urinæ odor foetidus, ejusque stillicidium molestum; at à mictione in extrema penis glande fævissimus dolor.

Huic sic medicinam feci. *Trochiscos Alb. Rhafis ex aq. sperm. ranar. in penem injici feci.*

Item ( *ff. Merc. dulcis 3ij. Elect. lenitiv. mithridatii an. 3js. f. Bolus vesperi detur* ) mane alvus soluta est mannae potionem.

At his medicamentis, calculos plurimos excrevit albidos, leves, angulosos. Symptomata ex bona parte sublata sunt.

#### 16. Aegrotus.

*D. Montego, sexagenarius & amplius, optimus vir, calculosus cum urina mirè viscida; huic viscositati urinæ ter remedia præscripsi, & toties ex ea admensum minimum convaluit: Scil. [ 2. Aq. simplicis limacum, ex lacte destillata 16jj. C.C. usi & in tenuissimum polinem cont. 3j. sacch. cand. alb. 3s. misce. Hujus probè conquassati & turbidi 3j. ter quotidie potavit ] Item 2. Penis viridis testudinis furno siccata 3jj. Hujus pulveris ad 3j. alternis diebus sumpsit ex eadem aqua: At ex recidivis frequentibus, mali vitæque pertæsus, in lithotomorum manibus, tertio à sectione die, obiit.*

Venùm ægrotorum & mihi & tibi fortasse Lector satis superque est: ad medicamentorum verò rationes explicandas, quorum præcipue causâ hæ narratiunculae ex adversariis nostris transcriptæ sunt, proprio. Simplicia autem medicamenta calculo maximè accommodata, sive *specialia adjutoria*, ut *Cœlii Aureliani verbis* utar, hæc

sunt, nempe, quæ in quatuor classes commode redigi possint.

Prima autem & præcipua *Classis* est eorum quæ ex *Insectis animalibus* oriuntur.

*Penis Testudinis viridis tostus. Margarita. Conchyliorum teste, & crude, & crenata. Millepedes sive Aselli. Scorpionum, Cantharidum, Cockineil, lumborum terrestrium apum, formicarum naescientium cinis. Coscos baprice. Spongia Bedegaris sive Rosa Sylvestris mel. aq. spermatis Ranarum, cochlearum terrestrium. Jus conchyliorum marinorum, sericum, ejusque spiritus destillatus.*

Hæc autem omnia mirificè calcules expellunt; idque communi ferè virtute præstant, nempe septica, quâ vehementer corrodunt, stimulantque ductus viscerum excretorios, præcipueque majores Renum & vesicæ.

In horum autem aliquibus ea visitanta est, ut illa cruda sumere; nemo impunè ferre possit, quin Sanguinem quoque cum calculis effundat, contractionsque nervorum patiatur. Ideo torrenda sunt, ut igne mitescat vis illa septica, salinis particulis actioribus ex bona parte evaporatis.

De horum autem aliquibus privatim differere lubet. De millepedis audi *Scribonium Largum* † *Asellos* quinque ex aquæ cyathis tribus suffundere [ i. infundere ] & per urinam extraherere lapides certum est. Tanta erat de his animalculis experientia apud veteres.

Hic autem præterite nolo, quod olim \*ediderim, nempe ex *multipedarum* genere esse speciem quandam apud nos non infrequentem in sepibus, tererem,

LIII 2 Ion.  
† Comp. 151. \* Att. Philos. Lond. N.

longiusculam, ad digitum puta; quam si conteras naribusque protinus admoves, eos tanto odore sulphuruento & corrosivo percillit, ut multo mitior sit odoratus ex integra uncia spiritus urinæ destillati.

Hæud dissimilis verò odor è *Formicis* crudis contritis prodiit, maximè ab ab *Hippomyrmecis* nostris, consule nates.

Pulvis autem *Lumbricorum terrestrium* tostorum falso sed insignis est.

Margaritarum verò & *Conchyliorum* crematorum calx sale supra fidem abundat, teste Leeuvenhoekio.

Vis autem salina è serico evaporata apud nostrates notissima est, sub nomine. (*Goddards drops.*)

*Cantharidum*, apum, formicarum, *Scorpionum* vis septica & exurens, ab illorum animalcalorum effectibus si viva aliquem pupigerint, curive admoveantur, neminem later.

Idem cogita de *Cocco baphicâ spongia-* que dicta *Rosâ Sylvestris*, quæ ex Apicalis conficiuntur foeturæ gratia.

Neque ob aliam rationem Gallæ, (ut id hic obiter dicam) tanti usus sunt, ad lanas tingendas aliave, in arte infectoria, nisi quod *Insectorum* mera opificia sint, eorumque excrementis & veneno septico penitus imbuantur, at pergam ad ea quæ restant.

*Cochineil* veò medius status est alienus scarabæi, Indici, i. e. *Cantharidibus* congenitus; at multò mitioris virtutis.

In hoc autem censu sunt *Cicadae*, ad calculos commoda; vide *Aetium*, nempe *Insectum* quoddam ad *Scara-* bæis accedens.

*Cochleæ* autem maximè eorum cer-

vices, ubi organa generationi dicata, ut vesicam & penem mirificè afficiant, diximus in prima exercitatione ex *Petro-* tronio.

Idem puta de pene *Testudinis* viridis, *Ranarumque* aqua stillatitia, magna equidem volumina non affecto; res tantum attingo, earumque virtutes quasdam communes indicare contentus, ut in singulis admiratione dignam quandam vim septicam & urentem, vehementer adeo stimulantem ductum excretiorum; privatim verò renum & vesicæ, mecum agnoscas.

His autem annumerari debent infectoria quædam animalia, propter vietus rationem, calculis expellendis idonea. Tales sunt Aves quædam ut *Hirundines*, ille *Regulus* sive *Passerulus* quidam *Troglodites*, nostratisbus a *Weren* dictus, de quo consule *Aetium*. \* Hanc autem *Aviculam* ad calculos suminè, efficacem, magna accuratione describit, ejusque condendi exhibendique modum. Naturalem autem, inquit, vim omnino admiratione dignam habet, itaque sale conditus & ciudus in cibo acceptus morbum perfectè sanat: & novi adeo quasdam ab ejus usu nunquam amplius ab affectione vexatos: & infra, de causa tantæ virtutis rectè judicare videtur. Arbitror, inquit, & *Sanguinis* istius aviculæ naturam quidam in se complecti, quod minimè vulgariter prospicit, cui amplius stercoris efficacia accedit; ac revera & in *Sanguine* & in stercore *insectorum*, quibus vescitur, vis septica insignis est, secunda autem classis sit ex animalibus vel frigidis; nempe ossa cremata in capite

\* Tetr. 3. Sermon 3. c. II.

capite Tuberonis, Aselli piscis, similiumque: hæc quidem parem virtutem habent cum conclyliis crematis, & ob eandem rationem, quod in calcem salinam similiter comburantur, vel *calidis*; scilicet Tunicae interiores Ventriculi Gallinæ, & sterlus album ejusdem, item cinis corticum ovorum adustorum: atque illa eandem facultatis suæ expulsivæ rationem habere videntur cum superioribus. Nam Tunica illa tanquam cornea est: albumque sterlus & urinosum, & ipsum cortexque ovorum ad testaceum genus quam proximè accedunt.

*Tertia* verò classis ex herbis diureticis ferè est ut Terebinthina, Balsamum Judaicum, Peruvianum, Copivi &c.

Omnia autem Terebinthinata vehementer urinam movent, quod cuti admota corrodant: neque vim suam emplasticam, nisi ustione quadam erunt. Etenim quatenus vulneris carnem putridam marcescentemque excedendo abstergeant; viva interim, quæ subsit, in cicatricem commodè nutritur.

Ex illa autem corrosione calor ac inflammatio oritur: unde ductus urinæ majores ad vehementem contractiōnem, expulsiōnemque stimulantur.

Porro in hac classe numerare licet Tartarum ex vino, ipsumque vinum album acidulum, vel per se, vel sulphure, more Gallorum, vel ex Gypso, more Hispanorum conditum: item succum limonum: Balaustia ex granatis acidis ac Sylvestribus: atque hæc omnia herbarum sale essentiali dicto, & utrinque mucronato, tenuissimis acutissimisque particulis constante abun-

dant, quo majores ductus renum & vesicæ continuò lacescantur.

In hac quoque classe & *Lignum* habentur, præ reliquis vero *cicera rubra* decantantur ob acium flattum copiam: nam hos mirè excitant; forte materiam iis non paucam adjiciant, ita velut mantissa quadam additâ ferociam quandam flatibus, in corpore præ existentibus; præstant, eosque per Renes tranant. Quam vehementer autem penem, eosque ductus afficiant, scire licet ex testimonio Veterum: quos adi. Igitur verisimile est conferunt & flatus excitantia, quod illas partes distendere & expulsione ob acredinem promovere apta sint.

Postremo ad hanc classem pertinent nubes avellanæ, amygdalæ præcipue amaræ: hæc autem medicamenta lenire potius videntur quam expellere; adeoque inter anodyna censenda sunt. at amaritudo amygdalarum aliud suadet.

Reliqua autem olea dulcia iter expediunt, lubricando. Sanè hujusmodi olea vere pinguis sunt, nec concrescere apta; perinde ut alibi de oleolini, nucum juglandis, & Papaveris à me dictum est.

At pereunt, inquies, istiusmodi virtutes à concoctione: scilicet succus, puta citri, ex prima digestione acomrem suum amittit; minimè verò si restet se habeat aliquis & dolore vacuus sit, ita esse concedo: ubi autem adest Nephritis, ac horrenda illa à vesicæ renum ve calculo symptomata, digestio ex bona parte cessat, corporis habitum medicamenta tantum non integra pertransiunt, inque venas viscerum excretorias promota, parum mutata egrediuntur,

diuntur, ita in maximis calculi dolotibus is stercus v. c. suberudior vim suam extensivam in ipsis renum glandulis vehementer exerit profectō in ægris Renes, ut & omnia alia itinera tam citra quam extra sanguinis curriculum magis aperta sunt, ac laxata; unde virium medicamentorum mitra retentio & celerrima trajectio.

Ad Quartam autem ac ultimam Classem pertinent à metallis medicamenta: scilicet corallium, lapis Judaicus, nitrum Veterum, spiritus solis vitrioli, sulphuris, sal prunellæ, aquæ medicatæ, vel acidulæ, ferratæ, calcariæ, vel mixtae scilicet muriaticæ, calidæ, frigidæque, mercurius dulcis. Atque ex his fere medicamentis vani homines Lapidum renum & vesicæ non expulsionem tantum, sed & fractionem comminutionemque vehementer jastrant.

A salibus certè metallicis, fateor, ob stimulum & summam acrimoniam vehementis contractio majorum ductuum & lapidum expulsio exspectanda est: idque Veteribus probè cognitum est ex multiplici experientia; quos consule unum aut alteram tantum instantiam exhibeo.

Nitri victoriati pondo, ex vino, in arenam Soluit lapidem, Scribonio Largo Autore. †

‘ Aquæ calidæ quæ sunt Tusciæ Ferratae, mirificè remedianc vesicæ viaria; appellantur item vesicaria quondam Milonis Gracchi, Prætorii hominis optimi ad quinquagesimum lapidem redditis eodem perhibente.

Iis qui vesicæ lapidibus afficiuntur erunt aquæ eligendæ falsæ, vel quæ Nitri habeant qualitatem, ut apud Te-

nariam Insulam, quæ potandæ & lacravo adhibendæ sunt ita Cœlius Arelanus.

At in labefactatis calculo rebus & vesica, maxima opera danda est, ne quid metallicorum, aquarium medicarum nimis exhibeatur. Etenim fortiter licet calculum expellant, tamen propter imbecillitatem istarum partium metus est, ne & ipsa quoque remedia ibidem concrecerent in lapidem, cum ipsissimam lapidis novi materialiam in se contineant: scilicet & salem & succum lapideum, id quod vehementer moneo, saepiusque dicendum esse putavi.

Huic autem nostræ sententiae faverit illud Hippocratis præceptum; qui sanus est ac valet, is \* nullo habito dis crimine, semper eam aquam bibat, quæ adest. Qui vero morbi causa (puta alculi) eam, quæ maxime conveniat, bibere volet, is sanitatem consequetur.

Item alibi; calculis maximè tentantur & renum morbis qui aquas, salsa (i.e. medicatas,) bibunt.

Ejus autem rei rationem reddit; scilicet aquæ quartum Fontes in sarcosis locis sunt, duræ sint, necesse est: aut si ubi aquæ calidæ existant, aut ferrum nascitur aut sulphur, aut Nitrum.

‘ Etenim aquæ salsaæ, nitrosæ, ferratae, saxosæ indomita nascuntur & coqui nequeunt sunt tamen naturæ quædam & morbi quibus tales aquæ potius sunt commodæ, i. e. ventribus mollibus & humidis & pituitosis; iis durissimæ aquæ & coctæ difficiles & aliquantulum salsaæ accmodatae sunt.

Profecto

† Comp. 153. \* Comp. 146.

\* Tatal. P. 1.5. † Lib. de Aere locis, & aquis

Profectò illud sèpius vidi, ex iis qui animi tantùm causa aquas nostras medicatas biberunt, quosdam inter ipsa remedia nephritide primùm correptos fuisse, & calculos excrevisse; quos ex aquis istis putrescentibus [ita omnes aquæ medicatæ meritò, ut ex supra narratis satis ostentum est, existimandæ sunt.) ortos fuisse nullus dubito, cùm in renum pelui aut ureteribus nulla arenula majuscula, vel momento confitere possit sine vehementi dolore, non magis quam in aspera arteria vel minima mica panis putà sine gravi Tussi.

At, 'inquieris, nulla fere aqua suco petrescente prorsus vacua est, atque adeo hoc nomine nobis noxia foret. Quid igitur indulxit natura humano generi præ reliquis animalibus libenter accedo plerasque aquas, certe quantum succi petrescentis participes sint, non usque adeo tutas esse.

Atque idem olim nobis exhibuit . 'Hippocrates. \* Qui magnis fluminibus bibunt, in qua alia flumina decurrent, & de stagno in quod multarum & cœujusvis generis aquarum riuli decurrent: quippe aduentitiis [per fistulas plumbeas putà) aquis aluntur, quæ ex longo interuallo deducuntur, & calculo maxime tentantur, & renum morbis ac urinæ stillicidio &c. scilicet quia ex iis mixtis aquis aliæ falsæ sunt, i. e. medicatæ.

Idem quoque nobis abundè manifestatur, ex aquis plerisque nostris coctis, tam fluvialibus, quam mariis: videlicet in fundo lebetis lapidem quandam calcarium, lapidis alicujus fissilis more, adhærere.

Providentia tamen Divina admi-

\* Ibidem

randa est, vel ob hoc commune beneficium omnibus animalibus concessum: atque homo solus culpandus est, si sò non rectè usus fuerit ex intemperantiâ: si quidem noluit natura uspiam deesse materiam animalium testis ossibusque generandis, nutriendis, firmandis.

Igitur, suadeo, memor sis admonitionis illius Hippocraticæ, supra positiæ; nempe de aquis non solitus sit fanus; at qui calculo puta laborer, aquis petrescentibus abstineat; certe de iis admodum parce, cauteque bibat ne justas intemperantiæ pœnas luat, atque hæc hactenus; antequam verò manum Ide hac Tabula auferam, illud quoque Hippocraticum de aquarum vitiis verbo considerandum non alienum erit; nimirum, Pravæ sunt aquæ omnes, quæ ex nive & glacie fiunt: ubi enim semel concreverint, non amplius ad pristinam naturam redeant. Hinc, inquit, Urinæ stillicidium & Herniæ an quòd ex frigore intenso eadem particularum petrescentium concretio metuenda sit, ac ex coctione? sanè constat experientiâ, & ex observatione, olim edita, D. Johannis Raij inter principes hujus seculi philosophos, mihiique veteri amicitia conjunctissimi ab hyeme durissima, & à longa aquarum congelatione ætam maximè morbosam sequautam esse.

Verùm cùm nivatæ aquæ ad se nunquam redeant: tamen cur exdem aquæ Fluminis aliujus, Thamesis nostri puta, toties putrescant & suaves denuò ac potabiles fiant, inquirere luet; certè ad Indiam Orientalem navigantes experiuntur, istam aquam ferè intra Tropicos & sub linea Æquinoctiali su-

Pra

pra modum fœtore turbidamque fieri: mox limpidam reddi & bene olere, item candens aquam iterum fœtore & turbari in reditu ad nos; denuo purgari à fœcibus & à malo odore, imò interdum sub hac mutatione illam ardescere ad candelam admotam, instar spiritus vini, dolio aperto exhalanteque.

Hujus equidem rei rationem sic intelligo, scilicet omnem aquam fluviatilem plus minus Insectis referram esse; quod microscopio exhibito extra ubium ponitur hæc autem animalcula, quod nostrata sint, sub ardoribus pereunt, unde aquæ tantus fœtor: ubi verò ista putredo è bestiolis corruptis in fundum dolii subsederit, coi-  
veritque aqua sicut limpida odore ma-

lo vacua. Rursus in Indiâ eadem aqua novis Insectis Indicis repletur, quæ tamen in reditu similiter moriuntur, unde novus fœtor ac aquæ turbatio; iisdem quoque rationibus aqua ad claritatem suam suavitatemque reddit.

Ad ardorem verò & inflammacionem aquæ istiusmodi quod attinet, ab insectorum quoque putrefactione, id commodè oriri possit, perinde ut flatus intestinorum per anum emissos, & ab alimentorum coctione putredina ortos,flammâ admotâ ardere, notissimum est: atque ita exposui, quæ brevissimè potui, medicamentorum ad calculos maximè accommodatorum cognatas virtutes, earumque rationes & usus ex Veterum ferè diligentia fideque.



THOMAS



THOMÆ SYDENHAM, M. D.  
INTEGRI  
PROCESSUS

In MORBIS ferè omnibus CURANDIS

*Quibus accessit*

GRAPHICA SYMPTOMATUM DELINEATIO.

Vñā cum quamplurimis Observatu dignis; EDITIO novissima plurib.  
ARTICVLIS Aucta.

*Nec non*

D E P H T Y S I

Tractatulus nunquam antehac editus.

A M I C E L E C T O R.

S pecimen habes Praezeos eximia, in dilectissimi filii M. D. usum, cautè & dili-  
genter excogitatum, sua ipsis manu conscriptum, mihi autem pro familia-  
ritate ista qua omnes exceptit, concessum à Cl. Sydenham, Viro sane cui vix etas  
superior parem dederat, vel postera datura est, non modo in arte sua mira sa-  
gacitate, & ingenii acumine singulari, conficuo: sed & probis moribus, & in  
humanum genus, studio & amore insignibus adeo, ut apud omnes summum sui  
reliquerit desiderium: Cujus praecepta licet animo meo & imo pectore infixa sint,  
ne tamen forte fortuna in mei ipsius & agrorum detrimentum excidant memoria  
parum fida, typis haud ita pridem mandabam, exemplaribus circiter viginti  
impressis, ut amicis quoque inservirem. Nescio autem quo pacto in lucem irrepit  
publicam inter Miscellanea Curiosa superioris anni Norimbergh editum, sed ine-  
pta mole inutile. Prodiit tandem eo modo vestitum u. tibi sit in quovis loco para-  
tum; figmentis cerebris vanis & futilibus sciolorum dogmatis nequaquam refer-  
tum, nec hypothesi placida solidis ut videtur rationum momentis undeque con-  
stipata superbens; humile autem & modestum accurate morbos depingit, & accura-

tius adhuc medetur; in id solum sollicitum innescat quod natura faciat auferat. Et si verum loqui liceat, modo partium situs noveris, pateant tibi per Symptomata agritudines, [quod assidua ediscas observatione) scias deinde veram & genuinam medendi methodum per dietam & Pharmaciam adhibere, faleissimus eris practicus, & ubi & infirmis optimè consules. Parum interim tua refert utrum Alcali peccet an Acidum, num in Spiritibus Animalibus, an in ipso sanguine, aut in recondito aliquo Viscere delitescat merbi minera, unde de Periodico Intermittentium reditu doctè satis & prolixè possis differere, dum interea ipsa Febris sine ulla ambagibus, inquietudine, siti, calore, pulsu celeri, nausea, catarrisque Symptomatis, etiam astantibus palam est, & aperte dignoscitur: Hinc sepius mirari subit, quamobrem anxie ita & scrupulose immediatas & proximas morborum causas, dum Medicinam petractandam suscipiunt, indagare satagunt, & è tenebris istis, quibus natura obduxit, irrito licet conatu, eruere, gravi & subatto judicio viri, & in praxi versatissimi; satis interim gnari se latere vel quavis obvia; unde enim dimana graminis viridis, aut albus nivis color. Quid est quod humana anima ratiocineri nequeat dum adhuc Infantes aut Pueri sumunt? Unde forma tua Speciescar? Satis esse Medicum quam Philosophum agero (quis enim unquam Cartesium sibi Medicum voluerit) minutissima Phænomena planè & rite enumerare, & remedia quibus unusquisque morbus facilis cedat, candido & sincero animo proponere: ita tandem limites suos prætergressa, quibus angustis nimis jam includitur nobilissima, omnibus, quaqua versum patet orbis, faleciter satis & prosperè salutem, filii autem suis bonires summos conciliabit.

Meditabatur paulo ante obitum tractatum de Plotisi peritissimum medicus in perquirendo, natura methodum, qua morbos amoliri studeat, ut adjutrices porrigeret manus, & misericordia hominum subveniret, diu noctuque persicabundo, & anxiò animo, exercitissimus; hinc fidissimarum observationum serie & irrefragabilis edocitus experientia, medicina proximornavit, & ad saniores reduxit regulas; sed vacabidis, dum hujusmodi nunquam intermissis studiis detenti & defatigati spiritus, solitis non vacabant excubis, truculentissimus hostis, Podagra, qua per multos annos obfederat, & debilitaverat artus, impetu facto in interiora viscera irruit, per vomitum & secessum enormiores intentans mortem, unicò autem morbo nescit cedere Medicorum Princeps, sed cum malorum cumulo accessit & Renum Calculus, qui corrasis vasorum osculis, sanguinem liberalius, quam senectus tulit, urina permixtum effudit, se jam non amplius opponens, nec vita, nec moris cupidus, placidam & pacatam, expiravit animam. Ne tamen auxilio prorsus desituantur tabidi, fragmenta quadam qua autorem ubivis sapint in primo saltem morbi studio plerumque proficiunt, [neque enim fas est, quod agrotanti proximo opereletur, celare] in publicum prodeunt, ut exinde patet quam accurata, & omnibus numeris absolute, si modo Deus Opt. Maximus concesserit vitam, expectare potest Phisiologia.

Quid in Febribus, Variolis, Morbillis, acutis catarris, ut & Chronicis sanandis valut optimè meritus Auter noster, sequentes indicant pagina. Regimen & Dietæ instituuntur aptissima; prescribuntur remedia pauca, sed necessaria; nec in Pharmacopolarum lacrum exrogitata, nec manu ostentationi composta;


subiunctis agris [ eodem modo quo & ipse suum suam restinguere solitus erat ) cerevisiam tenuem affatim & pro libitum hauriendam, unde mirè reficiuntur & refrigerantur, concedit ; nec immunitate plus quam barbara precibus eorum, surdus, Apozemata & Julapia, pra ingrato sapore fastidita, subfluit ; maximam adhibet canuelam ne exastuans nimis, vel igne inculentiori, vel stragulorum onere, plus adhuc incalcesceret, vel à propinatis forsan remedis eum in finem ut per poros eliminetur materia morbifica cruda adhuc & inconcocta, qua ramen hoc data anfa concitato motu cerebrum petit, unde Phrenesi aut Coma, aut extravasato sanguine deturpant cutim macula purpurea, aut eruptiones quas vocant miliares collum & pectus ubivis obsident. Numquid ad amissim magis depingi poterat quam Variolarum historia ? eruptionis diem in utravis specie designas, pustularum ingenium ad unguem describit, quo tempore incipiat, & quantum continuetur Salivatio, quo iterum faciei manumque tumor se prodat, quid tandem quobies die expectandum disertè explicat. Paregoricorum usum, quo emolumento judicent Practici, primus persuasit, malum ingerendi Cardiaca, ante eruptionem, morem, unde saepe accessitum fuerit confluentum genus, merito primus improbavit. Melius autem hac ex ipso fonte. Valeas itaque amice Lector, & sicubi seanteant Menda ignoscas.

---

### Amico suo Integerrimo M. D. Expertissimo Domino S. M.

**S**olum sequaces prætulimus ditt.  
Cousi Medentes ; Compar habebitur  
Qui clarorem te, minori  
Reddidit hoc, Medicina ! Libro  
Non hic tumori Mole superbians  
Blattis futurus Prada epulentior:  
Sensu sed arcta Dittiori  
Conciliant sibi Verba Pondus.  
Frustra malesto vasta Volumine  
Lustres Galeni scripta; Minutula  
Actamen huic majus Tabella;  
Se stupet hic Medicina totam.  
Hic non remotos ordidit Angulo  
Sensim fatiscit, Sedula strenue  
Manus quotannis, Spe perenni  
Deteret, auctior ut resurgat.  
Applaudite Potis Turba Medentium:  
Non Febris illum, Morbus airocior  
Haud afflet ullus; Commodis qui  
Immoritur satagendo Vestris.

Sic Vovet,  
Christophorus Creile, M. D.  
M m m m 2 MEDI-



# MEDICAMENTORVM

quædam formulæ in praxi magis familiares.

## Potio Communis Purgativa.

**U.** Amarind. 3*lb.* fol. Senne 3*j.* Rhei. 3*lb.* coq. seq. aq. ad 3*jij.* in Colatura dissolue Manna & Syrup. Rosar. solut. an 3*j.* m. f. Potio.

## Emeticum Commune.

**U.** Aq. Cardui Benedict. 3*jij.* Infus. Croc. Metal. 3*j.* Syr. Caryophyll. 3*lb.* m. f. vomitorium. Sumat horâ 4. Pomeridianâ, superhibendo post singulas vomitiones haustum largum liquoris offetici.

## Julapium Perlatum.

**U.** Aq. Cerasor. nigr. laet. Alexeter. 3*lb.* 3*jij.* aq. Cinnamom. 3*j.* Margarit. preparat. 3*lb.* sacchar. Chrystall. q. s. adde aq. Rosar. Damascen. 3*lb.* f. Iulap. de quo cap. cochlear. iv. vel v. in Languoribus.

## Julapium Cardiacum.

**U.** Aq. Laet. Alexeter. Cerasor. nigr. an. 3*jij.* aq. Epidem. Syr. Caryophil. & de succo Catri, an. unc. f. m. f. Iulap. de quo capiat sapius.

## Decoctum Diæticum.

**U.** Rad. Sarsparill. unc. vij. ligne. Safffr. & China ana unc. ij. Glycyrrhiz. unc. j. coq. in aq. font. Congius ij. per hora dimidium, deinde stent clauso super cineres Calidos per horas xij. postea ebulliant ad tertia partis consumptionem; Cum primum ab igne amoveatur, infunde sem. Anisi unc. f. post duas horas coleatur. & postea depuretur per residentiam, & liquor reponatur lagenis vitreis probè clausis ad usum. Sit pro potu ordinario per xxx. dies.

## Apozema Aperiens & Antiscorbuticum.

**U.** Rad. gramin. Cichor. Faenicul. & apparaq. ana unc. j. uvarum Corinthiac. & passul. enucleat. an. unc. ij. fol. hepatic. ling. cerv. & cap. Ven. an. M. j. Fol. Beccabung. sub finem addit. M. ij. coq. f. q. aq. fontan. ad lib. sub finem ad de vini Rhenani lib. Colatnrâ adhuc calente, infunde ad duas horas, vase elanso. Cochli. hortens. M. j. colatur. adde syr. è quinque radic. & è succo Aurant. ana unc. ij. aq. Cinnamom. hordeas. unc. j. M. f. Apozema. Sumat lib. manè & s. pomeridianâ per xv. dies.

## Elegma Incrastans in Tussi.

**U.** Ol. Amygd. dulc. unc. j. Syr. Papav. Rhœad. Portulac. Injub. & Lohofani, ana 3*lb.* Sacchar. crystall. q. s. M. in mortario marmoreo ad integrâ hora fratum, & f. Linctus perfecte mixtus; recendatur in olla figurina, ad usum Cap. sapienti lambend. è baculo Liquiritie.

Elegma

Elegma fortius incrassans.

**U.** Conserv. Ros. rub. Syr. violar. & de Mecon. an. unc. j. sem. papav. alb.  
3ij. contundantur simul & per setaceum traiiciantur, deinde adde ol. nuc. moschat.  
express gr. vij. f. Elegma.

In Defluxione tenui.

**U.** Conserv. ros. rub. unc. ij. Syr. de Mecon. & jujub. an. unc. j. Oliban.  
Mastic. & Succin. an. 3j. ol. nuc. Moschat. per expressionem gr. vij. M. f. Loban.  
de quo lambat sape; bis in die cap. eclegm. descript. cochl. j. instilland.  
Balsam. Sulphur. Anisat. à gut. viij. ad gutt. xij.

Cerevisia Purgativa.

**U.** Polypod. Querc. fib. Rad. Rhabarb. Monac. fol. senna & passifl. enucleat:  
ana fib. Rhabarb. incis. & rad. Raphan. Rustican. an. unc. iii. fol. Cochl.  
kortens. salv. an. M. iv. Aurantior. incis. No iv. infunde in Congis v. vel.  
vj. Cerevisia non lupulata, fermentationis tempore, & quando ad maturitatem  
pervenierit, si pro potu ordinario per dies xiv. vel xxij. præcipue verò sumat  
haustus singulis Auroris.

Emplastrum Hystericum.

**U.** Galbani in trinclura Castor. solnt. & colat. 3ij. Tacamahac. 3ii. f. Emplast;  
pro umbilico.

Catharticum pro Infantibus tenellis.

**U.** Syrup. Cichor. cum Rhabar. Cochl. j. parvulum.

Decoctum Amarum Purgativum.

**U.** Decoct. amar. duplicata senè unc. iv. Syrup. dt Spina Cervina unc. j. Elect. de  
Succ. Rosar. 3ij. M. f. Potio.

Laudanum Liquidum Authoris.

**U.** Vini Hispanici lib. j. Opii unc. ij. Croci unc. j. pulv. Cinnamomi, & Caryo-  
phillorum, an. 3j. infundantur simul in B. M. per duos vel tres dies, donec liquor  
debitam consistentiam acqira, Colatura servetur pro usu.



# PROCESSUS INTEGRI IN MORBIS

Fere Omnibus Curandis.

*De Affectione, in foeminis Hysterica, in maribus Hypochondriaca,  
dicta.*

**C**um à casu aliquo graviori molestum patitur humana anima, ataxiam concipiunt animales spiritus; urina subinde limpida copiosè excernitur; nitatis recuperanda spes omnis protinus abjecitur, & tristissima quævis sibi ominantur ægrotæ; quamcunque corporis partem morbus infederit plurimas autem insidet & symptomata ei parti competentia confessim urgent; in capite apoplexia, hemiplegia soluta; statim à partu adoritur; spasmi epilepsie persimiles (vulgò uteri strangulatus, in quo venter & præcordia guttur versus intumescunt) infestant; clavus hystericus, in quo dolor in capite atrocissimus, quem transverso pollice possis contegere; ægra interim materiam viridem bili porraceæ parem evomente, miserè exruciat; cordis palpitationem, tussim, passiones iliacam & colicam, nephritis, urinæ suppressionem æmulatur pectoroxysmus; vomitiones enormes, diarrhœam subinde excitat; externè in carne musculosa nunc dolorem, nunc tumorem inducit in tibiis hydropis instar; nec (quod mireris) intactos dimittit dentes; dolor dorsi creberrimè sèvit; & sape sèpius adeò refrigerantur externæ partes ut cadaver planè referant; in risum & lachrymas effusissimas sine ulla propriae ridiculè erumpunt; ptyalismus nonnunquam eo gradu laborantes afficit, ut Mercurio delibutas facile crederes. Dolores hysterici, quamcunque partem obsident; ubi discesserint, teneritudinem, quæ tangi recusat, relinquunt, ac si verberatae fuissent carnes.

Mittatur Sanguis ad unc. viiij.

*Emplast. de Galbano umbilico admoveatur. Sequenti manè aggrediatut usum sequentium pilularum.*

*2f Pil. Coch. maj. 3ij. Castor. pulv. gr. ij. Balsam. Peruv. guis. iiiij. f. Pil. xij.  
Cap iv. singulis vel alternis matutinis, pro ratione virium, hora 4. vel 5. matutina, superdormiendo.*

*2f. Ag.*

**¶.** Ag. Ruta 3*iv.* Bryon. comp. 3*i.* Castor. nodulo ligat. & in vitro suspens 3*R.* Sacchar. Crystal. q. s. f. Julap. de quo capiat cochl. i *v.* vel *v.* in omni languore. Post has pilulas sumptas utatur sequentibus.

**¶.** Limatur. Chalyb. gr. viii. cum s. q. Extract. Absinth. f. Pil. N. iii. Sumat summo manè & repetantur hora 5. pomeridiana per xxx. dies, superbibendo haustum Vini Absinthitis.

Sin forma boni magis arrideat.

**¶.** Conserv. Absinth. Roman. & Conserv. flaved. Aurant. an unc. j. Angelic. condit. Nuc. Moschat. condit. & Theriac. Andromach. an. unc. 6. pulv. Ari comp. 3*iiij.* Zinzib. condit. 3*iij.* cum s. q. Syrup de succe. cistr. vel, ejus defectu, Syr. Aurentior. f. Electuarium.

**¶.** Elect. prescript. 3*iiij.* limatur. Chalyb. gr. viii. cum s. q. Syrup. Aurantior. f. Bolus sumendus manè & serò, superbibendo haustum vini absinthitis, vel Cochl. ej. seq. Infusionis.

**¶.** Rad. Angelic. Enul. campan. & Imperator. an. unc. j. fol. Absinth. vulg. Centuar. min. Marrub, alb. & Chamadr. an. M. j. Cort. Aurant. duor. incis. affun- de vini Hispanic. q. s. ad supereminentiam duorum digitorum. Coletur tempore usus. Vel

In Delicatulis Chalybs exhiberi poterit in forma pulv. sequentis.

**¶.** Limatur Chalyb. probè trit. unc. j. pulv. Ari comp. 3*vij.* sem. Coriand. preparat. Anisi, Fanicul. dulc. an. unc. f. Cinnamom. acutiss. Corall. rubr. preparat. ani 3*iiij.* Nuc. Moschat. 3*iij.* f. omnium pulvis subtilissimus, cui adde sacchar. albiss. ad pondus omnium, hujus cap. è Cochleari 3*bis*. bis in die per 4. dies, tum 3*iij.* bis in die per 40. dies superbibend.

**¶.** Ag. Lat. Alexeter. unc. xij. Gentian. comp. unc. iij. Absinth. mais. comp. unc. ij. sacchar. albiss. q. s. f. Julap. Vel

**¶.** Vini Rhenan. Absinth. 4*bis*. ag. Gentian. comp. unc. ij. Syr. Caryophyll. unc. j. f. Julap.

**¶.** Myrrh. elect. Galban. & Aza fætida, an. 3*j.* Cistor. 3*bis*. cum s. q. Balsam. Pe- rrub. f. Pil. è singulis drachmis xij. Sumat iij. singulis noctibus, superbibend. ag. Bryon. comp. Cochl. iij. vel iv. per totum decumum hujus processus.

Si Pilulae Præscriptæ ventrem moverint, utatur sequentibus.

**¶.** Castor. 3*j.* sal. succin. volatil. 3*bis*. cum s. q. extract. Ruta. f. pilula N. xxiv. Cap. iij. singulis noctibus, superbibendo Julapii hysterick. Cochl. iij. vel iv.

Sp. CC. ad gutt. xvij. vel xvij. in aqua aliqua appropriata sèpius exhibitus valde confert.

Si verò his non cedat remediis, tum capiat sequentes pilulas;

**¶.** Trochis. de Myrrh. pu. v. 3*j.* Balsam. sulphur. Terebinth. gut. iv. cum s. gum. Ammoniac. solut. f. Pil. N. iv. Cap. manè & serò superbibi. Julap. hysterick. Cochl. iv. vel v. instillando Sp. C.C. gutt. xij.

Electuarium Antisco. butic. cum aqua ibidem descripta prodest in his affectio- nibus, ut & Electuar. corroborans cum additione Conserv. Cochl. hortensi. unc. j. pu. Ari Compos. 3*vij.* superbibendo præscriptam aquam.

\* At si affectus his non cedat remediis, eundum est ad aquas ferreas: & si neque his, tum ad Sulphureas, quales sunt Bathonienenses.

Inter bibendum aquas ferreas hæc observanda; si aliquod Symptoma gravius acciderit, quod portationi aquarum referri potest, tunc ab iis æger abstineat, donec Symptoma istud penitus evanuerit. Æger in earum usu per sex septimanas ad minimum, vel potius ad duos menses perseveret. Zinziber conditum, vel Semina Cerui Saccharata, ad calefaciendum ventriculum subinde sumat. Pilula etiam hysterica iij, devorati possunt per primas x. noctes, superbibendo Julap. hysterica. Cochl. iv. vel v.

Quoad usum aquarum Bathonienium, duobus diebus bibat eas, ac tertio die per modum Balnei eas ingrediatur, atque ita alternatim per sex septimanas vel duos menses.

Si Chalybs justo plus corpus calefaciat, tum per ejus usum, quarta quaque Aurora sumat aq. mineralium purgantium libv. Quæ tametsi alvum moveant, haud tamen tumultum cident, ut solent Cathartica ex officinis deprompta.

Si Chalybs magnas perturbationes inducat, Laudanum aq. aliqua hysterica mistum, singulis noctibus ad tempus aliquod propinandum.

Cùm à morbi diuturnitate fractæ & attritæ fuerint vites, venæsecchio, & Cathartica non sunt præmittenda, sed à Chalybe statim incipiendum.

Ubi Symptomata sunt mitiora satis est sanguinem mittere, & alvum solvere ad dies iiiij. vel iv. dein pilulas hystericas ad dies x. manè & serò exhibere.

In dolore intolerabili, vomitione, & Diarrhoea enormioribus, exhibendum Laudanum, & postea corroborandi spiritus, at modò per vires liceat, ante usum Laudani, educatur è venis sanguis & Catharticum propinetur: in viraginibus præsertim, & sanguineo temperamento præditis; in debilioribus autem, & haud ita pridem paroxysmum passis, sufficit ventriculum Congio uno lactis cerevisiati hausto, & mox per vomitum rejecto detergere, dein largam dosin Theriac. Androm. vel Elest. Orvietan. imperare, & Cochl. aliquot, liquoris alicujus Spirituosi, cum paucula Laudani liquid. guttulis, superbibenda, dare. Quod si ægra jampridem vomuerit, & ulterius emeticis sollicitare periculo non vacabit, Laudanum sine mora propinandum est, ea dosi, quæ Symptoma vincat, & post singulas vomitiones toties repetendum, in forma potissimum solida, vel in liquida, in parco vehiculo, viz. gutt. aliquot in Cochl. j.aq. Cinnamon. fortior. ægra interim conquiescente, & caput immotum tenente.

Perdomito Symptomate, manè & serò, ad dies pauculos continuetur usus Laudani.

Hæc duo diligenter notanda, quod cum semel post evacuatione Laudano ui cœperimus, ea dosi, atque illa toties repetita, sumendum est, donec Symptoma omnino fuerit debellatum, interjecto tantum spatiolo inter singulas doles, ut quid prior præstiterit ante noscamus quam alteram ingeramus, deinceps cum Laudano morbum aggredimur, nihil movendum est, nihil evacuandum vel permitissimum enema.

*Theriaca Andromachi* crebro, diuque usurpata, magnum est in hoc, & aliis morbis quamplurimis à caloris, & concoctionis defectu ortis, remedium.

*Vina Hispanica* gentiana, angelica, absinth, centaurio, corticum arantior flavedine, aliisque corroborantibus infusis medicata, si ad aliquor Cochlearia ter in die potenter admodum conferunt, modò ægra tenui non fuerit biliosoque corporis habitu.

*Cortex Peruv.* ad 3j. manè, & serò, per septimanas aliquot deglutitus, præsertim in spasmis hystericis miras habet vires.

In tenui biliosoque corporis habitu possit usurpari *Diceta lactea*, præcipue in *Colica Hysterica*, si modo ea incommoda possint superari, quæ primis feré diebus apportat, quod nempè tum in ventriculo coagulatur, tum etiam viribus corporis, in statu conservandis, sustendandisque minus sufficiat.

Nihil tamen æque sanguinem spiritusque fovet, & confirmat, ac diu multumque, singulis ferè diebus equo vehi, nec itinera in curru facta suo carent successu.

*De Febre Depuratoria annorum 1661, 62, 63, 64.*

Si æger juvenis sit, extrahatut sanguis è brachio & eodem die post aliquot horas, vel sequenti die, duabus horis post leve prandium, *Emeticum ex infus. Croc. Metal. paratis Zythogal.* *¶ vij. vel viij.* ut quoties vomuerit, aut alvum exoneraverit, è vestigio sumatur haustus; exhibeat &c, post finitam operationem Emetici, hoc vel simile paregoricum.

*¶. Aq. Cerasor. nigr. 3j. aq. Epidem. 3j. Lauda. liquid. gutt. xvj. Syr. Caryophyl. 3ij. M.F. Haustus.*

Vomitoria ex infus. *Croc. Metal. parata*, puerulis, ullisve infra adolescentiam constitutis, vel minima quantitate, non est tutum exhibere.

Post hunc diem usque ad undecimum, vel duodecimum, singulis Auroris, injiciatur enema sequens.

*¶. Decoc. commun. pro Clystere lib. [ vel lactis vaccini eandem quantitatem ] Sacchari Culinar. & Syrup. violac. an. 3ij. f. Enema.*

Post dictum diem alvus constipari permittatur, quo materia febrilis citius concoquatur, ad quem etiam finem Cardiaca moderata his ultimis diebus exhibita apprimè conducunt.

*¶. Pulv. è Chel. Cancror. comp. gr. xiv. Elect. de Ovo 3/5. can f. q. Syr. Caryophyl. f. Bolus sumendus octava quaque hora, superbibendo sequentis Julapii Cochl. v. vel vj.*

*¶. Aq. Lact. Alexiter. Cerasor. nigr. an. 3ij. Aq. Epidem. & Syr. Caryophyll. an. 3j. M. F. Julap. vel alia his similia.*

Hac methodo sollicitè observata, usitato circa. xv. diem [ tum ex laudabili in urina separatione, tum ex manifesta Symptomatum omnium remissione ] temperativum esse Potionem Purgantem communem exhibere percipies.

Accidit interdum maximè in Senibus, curata Febre, & purgato corpore, ægrum nihilominus valdè debilem esse, & quandoque tussi, interdum etiam screatu, magnam glutinosi viscosique phlegmatis copiam expectorare. Hoc in casu vinum Malaganum annosum, cum pane rōsto ei immisso, bibat æger.

Si superveniat iliaca passio; præscribatur Sal. Absinth. 3j. ex Coch. j. Suc. Li-  
monum, manè & serò; inter mediis temporibus cap. Aqu. memb. stillatit. sine  
Saccharo, Coch. aliquot, bis quaque hora; dum hæc fiunt, catulus vivens nu-  
do ventri indefinenter accumbat, postquam dolor cum vomitu, per biduum  
triduumve cessaverit, exhibeat Pil. Coch. maj. 3j. in Aq. Menth. soluta, nec re-  
movendus catulus ante pilularum usum.

Ad recidivam præcavendam, persistat in usu prædictæ aquæ per longum tem-  
pus, & duplicatis pannis laneis ventrem à frigore defendat.

*De Febre Pestilentiali 1665. 66.*

Post venæ sectionem in lecto celebrandam, æger stragulis obruatur, & Lacinia  
Lanea sincipiti alligetur; tum, si vomitus non adsit, hoc vel simile Hydroticum  
exhibe.

*24. Therias. Andromach. 3js. Elecl. de ov. 3js. Pulv. è chel. cancr. comp. gr. xij.  
Coccinel. gr. viii. Croc. gr. iv. cum f. q. succ. kermes, f. Bolus, quem sumat sexta qua-  
que hora, superbibendo Coch. vj. seq. Julapium.*

*24. Aq. Card. Benedict. & Scord. compos. an. 3iv. Aq. Theriacal. stillat. 3ij. Syr. ca-  
ryophyl. 3j. M. F. Julapium.*

Si adsit Vomitio, hydroticum differatur, donec solo tegumentorum pondere  
sudor promanare incipiat, linteaminis parte vultui superinducta.

Incepta Diaphoresis haustulis Zythogalæ salvia alterata, vel Cerevisiaæ cui  
macis aliquantulum incoheris subinde repetitis ad naturalis diei spatium (i. e.  
horas 24.) est continuanda; in sudore licet jusculis confortativis ægrum refi-  
cere.

Ubi tumor enatus fuerit, venam aperire non sustinui; per horas adhuc à fini-  
to sudore xxiv. ægro se in lecto continente frigus cautè devitetur. Indusum  
sponte sua in corpore arescere permittatur, potulenta omnia calidiusculè ha-  
riantur, & Zythogalæ salvia alterata usus etiamnum continuetur, in seq. luce potio  
purgat. communis exhibeatur.

Anni 1667. 1668. Febrim Variolosam & Variolas produxerunt.

Anni 1669. 70, 71, 72. Febrim Dysentericam.

Anni 1673. 74, 75. Febrim Comatosam.

Curationem febrium horum annorum non attingo; quoniam methodo in fe-  
bre anni 1685; &c. descripta curari eas potuisse aurumo,

*De Febribus Intermittentibus.*

Cum rigore & horrore adoritur paroxysmus; quibus mox succedit calor, &  
huic tandem sudor, & subsequens ἀπορεία: licet in primis morbi diebus, Au-  
tumno maximè, aliquoties remissio potius quam intermissio persistentur, in  
calore æque ac in rigore vomitunt ut plurimum ac vehementer ægrotat miser  
cum siti & lingua arida. Intenera ætate abdominis inflatio, in adultis crurum  
tumor febris solutionem; tonsilarum dolor, raucedo, oculi cavi, facies Hippo-  
cratica, mortem denunciant.

*24. Cort. Peruv. subtiliss. pulv. unc. j. cum f. q. Syr. Caryoph. vel de Rosis sic-  
cis, f. Electnarium dividendum in xij. doses; quarum unam capiat quarta quaque  
hora,*

hora, superbibendo Vini cujuslibet haustum, incipiendo immediate post paroxysmum.

Si autem præscripti boli ventrem moverint, in haustu Vini dentur *gutt. x.* *Laudan.* *liquid.* singulis vel alternis vicibus post assumptionem boli, ut opus fuerit.

Ad recidivam præcavendam (præcipue in quartana) repetatur processus prædictus singulis septimanis per tres alias vices.

Sin forma Pilularum magis artideat.

4. *Cort. Peruv. pulv. unc. j. cum s. q. Syrup. caryophyll. f. Pilula medicocris magnitudinis,* quarum capiat *vj.* quarta quaque hora.

4. *Cort. Peruv. pulv. unc. ij. Vin. Rhenan.* *Vij.* scilicet simul in Infusione frigida, & coletur per manicam Hippocratis. *U*lus tempore cap. *unc. iiij.* tercia vel quarta quaque hora.

Sin ob vomiturbationem, ferè continuum, Corticem deglutire nequeat æger, tum sexies, vel octies, Spatio duarum horarum, *Succi Limonum* recens expressi *Cochl. j. cum Salis absinth.* *Dj.* assumat, dein *Laudan.* *Liquid. gutt. xvij.* cum *Aq. cinnam.* fortior. *Cochl. j.* ac brevi post, cessante vomitu, Corticis usum aggrediatur.

In intermittentibus vernalibus, nonnunquam emeticum, tempestivè propinatum, ut nempe ante paroxysmum negotio suo defungi possit, felicissimè successit. Nonnunquam Enema in diebus intermittentibus, per triduum, vel quadratum injectum, Curationem absolvit. Quæ sequenti quoque modo tentati potest.

4. *Serpentar. Virgin. subtiliss. pulveris at. gr. xv. Vin. alb. unc. iij.* Sumat duas horas ante Paroxysmum, & stragulis cooperitus æger sudet per *iiij.* vel *iv.* horas, idem faciendo per duas alias vices ante Paroxysmum.

Si ab ingeminatis paroxysmis summe debilis fuerit æger.

4. *Conser. Flor. Borag. Bugloss. an. unc. j. conser. Anthos. unc. 8. cort. citr. condit. Nuc. Moschat. condit. Theriac. Andromach. an. 3ij. confection. Alchermes. 3ij. M.F. Opiata, cap. ad quantitatem avellanæ, manæ & vesperi, superbibendo Cochlearia paucula, alicujus *Aq. Epidemicæ simplicioris, Saccharo edulcoratæ,* interdicto interim enematum usu.*

Si sub morbi exitum occurrat hydrops, nondum tamen depulsa Febre, curatio non est instituenda remediis purgantibus, sed infusionibus rad. *Raphan.* *Ruticæ.* *Summitat.* *Absinth.* *centaur.* *Min.* *Baccar.* *Juniper.* *cinerum genist.* &c. in vino factis, exulante autem Febre, *Catharticis,* & aperientibus.

Pro Infantibus Febre intermitente laborantibus.

4. *Aq. cerasor. nigr.* & *Vini Rhenan.* *an. unc. ij. cort. Peruv. f. subtiliss. pulv. 3ij.* *Syr. caryophyll. unc. j. M.F. Julap.* Cap. *Cochl. j.* alterumve, proportione ætatis quarta quaque hora, donec Paroxysmi non amplius discrucient, instillande alternis vicibus, si Diarræa adfuerit, *Laud.* *liquid. gutt. j. vel ij.*

*De Febre Stationaria ab an. 1685. ad 90.*

Calor & frigus se invicem excipiunt, artus pariter & Caput dolent, pulsus

interim fere sanus, nonnunquam tussis, dolor circa collum & fauces, exacerbatio Febris prope noctem, inquietudo, sitis, lingua vel humida & ex omni parte pellicula alba & scabra vestita, vel sicca, fusci coloris in medio, quam partem undique cingit sordida inalbescens. A jugi in lecto decubitu coma & phrenesis, à calido regimine petechiae, maculae purpureæ, eruptiones [quas vocant] miliares morbillis magis rubentes, pulsus inordinatus, tendinum subsultus, atque ita tandem mors. Sudores in initio symptomatici divexant, qui si ab arte provocentur, viscosi à Capite erumpunt, & materiam morbificam in Caput aut in actus transferunt.

Mittat. Sanguis ad unc. x. è brachio. Reiteretur Venæ sectio; si modo respirationis difficultas, dolor Capitis inter tussiendum lancinans, & alia signa Peripneumoniae nothæ adsint. In hoc casu tamen venæ sectio, quām Catharsis repetenda, donec æger convaluerit.

Vesperi applicetur Epispasticum & sequenti Aurora Potio Lenitiva præscribatur, quæ ad tertiam vicem alternis diebus repeatatur, & hora somni post Catharsin haustus pacificus propinetur.

*Z. Aq. Paraly. 3ij. Syr. de Mecon. 3j. Succ. Limon. recent. extract. cochl. ij. M. F. Haustus.*

Aphthæ & singultus sponte sua post curationem febris supervenientes sponte evanescunt; Si in longum tempus decurrant, facile fugantur Cortic. Peru. 3j. cum Syr. Papav. Rhæad. q. s. in formam Electuar. vel pilular. redacta, superbibend. haustum lactis deflorati. Remedium hoc certissimè scopum attinget, si non frustentur ejus vires ex jugi ægri in lecto decubitu.

Diebus à purgatione liberis sequentia præscribentur.

*Z. Conserv. Lujul. & cynosbat. an. unc. j. conserv. Berber. unc. 5. crem. Tart. 3j. cum s. q. Syr. de Limonib. f. Electuarium, de quo Cap. ad magnitud. Nuc. Moschat. ter in die, superbibendo sequent. Julap. Cochl. vj.*

*4. Aq. Portulac. Lactuc. Paral. an. 3ij. Syr. de Limonib. 3/8. Sir. Violar. 3j. M. f. Julapium. Vel.*

*5. Aq. font. 4/6. ag. Rosar. Succ. Limonum, Sacch. albiss. an. unc. iv. coq. lento igne dum despumaverint, cap. unc. iij. ad libitum præscribatur quoque seq. gargarisma.*

*6. Succ. Pomor. agrest. lbbj. Syr. de rubo Ideo unc. j. m. f. gargarisma.*

Si febris ita ventriculum infestet, ut æger potionem retinere nequeat, Pil. Coch. maj. ad 3ij. exhibeantur, tum etiam hypnoticum est concedendum, v. gr. Landan. Londin. gr. i/3. cum simili quantitate Mastic. vel Landan. Liquid. gut. xvij. in ag. Cinnamo. hordeat. unc. j.

*Decoctionem album paratum, an. 3j. C. C. usq; in aq. communis 4/4. coeli & postea Saccharo albissimo edulcoratum. Sit pro pocu, ut & Cerevisia tenuis pro libitu.*

Post Catharsin bis celebratam, concedatur ægro, Pullorum carnibus velci, & post ultimam Purgationem, modò febris aliquantulum defl. graverit, vini Cananini Cochl. iiij. vel iv. manè, & serò. ut & post Prandium, per dies aliquot præminentur.

In

In Phrenitide, ut & Comate, nihil perinde confert, atque ægri caput radi, nullo admoto Emplastro, sed Pileolo tantum.

Si ( quod fæminis hysteris quandoque accidit ) post venæ sectionem, & purgationes, hujusmodi iteratas, etiamnum duret, procurratque febris, modo signa Peripneumoniae, & inflammationis circa partes vitales absint, Singulis noctibus Paregoricum, & medicamenta hysteria, bis vel ter in die injungantur,

*De Infantibus febre Stationaria laborantibus.*

Hirudines dñæ utrinque ponè aures applicentur, dein Emplastr. Epispasticum cervici admoveatur.

Cerevisia, qua Rhabarbarum fuerit infusum, purgetur.

Si post Cathartis febris intermittere videatur, tum Julapium cum Cortice Peruviano ( in Capite de febre intermitenti pro infantibus descriptum ) exhibetur.

*De febre Scarlatina.*

Æstate exeunte, infantes præcipue infestat. Rigent & horrent sub initium, nec tamen admodum ægrotant; cutis universa maculis parvis rubris, crebrioribus, latoioribus, & magis rubentibus quam in morbillis interstinguitur: Ad duos tresve dies persistunt, quo quidem tempore evanescunt, & decadente subiecta cuticula squammulis furfuraceis, ad instar farinæ, cutis conspergitur.

R. C. C. usq; pulv. è Chel. cancer. comp. an. 3. Coccinell. gr. ij. Sacchar. Crystal. 3j. M.f. pulvis subtiliss. in xij. Chartulas dividend. quarum unam Cap. 6. quaque hora, superbibendo Cochli. ij. vel iiij. sequentis Julapii.

R. Aq. Cerasor. nigr. aq. Lactis Alexiter. an. 3ij. Syr. è succ. citri 3j. M.f. Julap.

Applicetur etiam Epispasticum cervici, & qualibet nocte paregoricum ex Syr. de Mecon. propinetur, & postquam symptomata cessaverint, purgetur æger.

*De Pleuritide.*

Inter Ver & Æstatem dominatur. A tigore & horrore orditur, quos statim comitantur calor, sitis, inquietudo & cætera febrium symptomata; elaphis pauculis horis, æger vehementi dolore punctorio in laterum alterutro circa costas corrigitur; qui nunc versus omoplatas, nunc spinam, nunc anteriora pectoris se propagat, tussi crebra excruciat; Materia sputo rejecta in initio morbi parca est & tenuis, & saepè sanguinis particulis intermixta, progressu vero copiosior & magis concocta, sanguine etiam permixto. Febris pari passu incedit cum tussi, sputo sanguinis, dolore, & pro ratione liberoris expectorationis sensim imminuit; nunc alvus est astricta, nunc soluta nimis, Eductus è vena sanguis sevi liqui t'i speciem præ se fert ubi refrixerit.

Mittatur sanguis è brachio lateris affecti ad 3x.

R. Aq. P. pav. Rhœad unc. iv. Sal. prunel. 3j. Syr. Violar. unc. j. M.f. Haustus fumen dus statim à prima venæ sectione.

R. Amygd. dulc. excorticat. N.v. sem. Melon. Pepon. an. unc. 3 sem. papav. alb. 3ij. aq. hor i. H. iss. aq. Rosar. 3ij. cum s. q. sacchar. cand. f. s. a. Emulsio, Cap. unc. iv. 4. quaque hora.

R. Decoct. Pectoral.  $\frac{1}{2}$ ij. Syr. Violar. & Cap. Ven. an. unc. ss. M. f. Apozema. Cap.  $\frac{1}{2}$ ss. ter in die.

R. Ol. Amygd. dulc. unc. ij. Syr. Violar. & Cap. Ven. an. unc. j. Sacchar. Cand. q.s. M. f. Eclegma. de quo s̄epe lambat.

Oleum Amygd. dulc. per se, vel Oleum sem. Lini recenter extract. exhiberi potest.

R. Ol. Amygd. dulc. Lilior. & unguent. Dialthea; an. unc. j. M. f. Linimentum, quo inungatur latus affectum manē & serō superimponendo fol. Brassicæ.

Repetatur Venæ sectio ad tres alias vices, ad eandem quantitatem, quatuor diebus continuis, ubi dolor & respirandi difficultas suadent.

#### De peripneumonia nota.

Ingruente hyeme & s̄epe sub ejus exitum emergit, insultu primo nunc inclescit, nunc friget æger, ex motu quolibet vertigino'us est, rubent & inflammat genæ, oculique; tussit, & inter tussiendum dolor capitis lancinans premit, potulenta vomitu rejicit, urina turbida est, & intensè rubet, sanguis pleuriticorum æmulitus, anhælus crebro & celeriter spiritum ducit, dolente thorace. Ab asthmate sicco planè distinguitur, quod in isto nasquam comparent febris indica, in hac manifestò & produnt, licet minora longè & magis obscura quam in peripneumonia vera.

Mittatur sanguis è brachio dextro ad unc. x. Die sequenti æger hanc potionem sumat.

R. Cassia extract. unc. j. Glycyrr. 3ij. siccus pinguis N. iv. fol. senn. 3ijs. Agaric. trochiscat. 3j. coq. f. q. aqua ad unc. iv. in Colatur. dissolu. Manna unc. j. Syr. Rosar. solu. unc. ss.

Si verò potionem assumere nequeat, Cap. Pil. Coch. maj. 3ij. horā quartā matutinā.

Sequenti die celebretur iterum Vena sectio, ad eandem quantitatem; ac postero die reperatur Cathartis, quæ porrò repetenda est alternis diebus, vel post majora intervalla, pro ratione virium; Atque insuper si Symptomata non celeraverint, extrahatur iterum sanguis, semel adhuc, bis, vel tæpius, diebus aliquot interjectis, prout res postulaverit; sed ut plutimum venæ sectio bis celebrata sufficiet; Interim, dum hæc fiunt, præsertim in diebus à purgatione vacuis, utatur decocto Pectorali, Eclegmate & oleo Amygd. dulcium, in Pleuritide descriptis.

#### De Rheumatismo.

Rigorem & horrorem & cætera febrium symptomata patiuntur, elapsò die uno altero (est & ubi citius) dolor adestr atrox, nunc in hoc, nunc illo articulo, in carpis, humeris & genibus præsertim, vicissim hos relinquens & illos occupans, tubore & tumore in parte, quam postremum affecit, adhuc residuis. Febris sensim evanescit, manente dolore, quin & nonnunquam immanius fæiente. In lumbagine rheumatica immanis dolor est, circa lumborum regionem fixus, nephritis mentiens, nisi quod æger non vomituriat, qui procumbere nequit, sed vel è lecto exilit, vel super eodem erectus sedet, corpore perpetuâ agitatione, nunc versus anteriora, nunc posteriora inclinato. Sanguis pleuriticorum similia.

Mittatur

Mittatur Sanguis è Brachio lateris affecti, ad unc. x.

*U. Ag. Nymph. Portulac. Lactuc. an. unc. iv. Syr. de Limonib. unc. iiij.  
Syr. Violac. unc. j. M. f. Inlap. de quo bibat ad libitum*

Præscribend. Emulsio 4. Sem. frigid. maj. Cataplasma è mica panis albiss. &  
laite Croco tincto applicetur parti dolenti.

Die sequenti eadem sanguinis quantitas detrahatur; atque iterum, die uno  
vel altero interjecto, reiteretur, atque poirò quater vel pluries, si opus fuerit,  
hoc observando, ut post secundam Venæ sectionem majora sint intervalla inter  
singulas sanguinis missiones.

Diebus à Phlebotomia vacuis; Enema è lacte saccharato subinde injiciatur  
vel sequens.

*U. Decocc. commun. pro Clystere lib. Syr. Violar. & Sacchar. culinar. an. unc.  
ij. M. f. Enema.*

Si Imbecillitas ægri repetitionem Phlebotomiæ non ferat, tum post secun-  
dam vel tertiam venæ sectionem, Curatio hac methodo tentanda.

Capiat alternis diebus potionem purgativam communem, donec convaluerit,  
& iudicem noctibus Paregoric. ex Syr. de Mecon.

Sin his remediis non cedat, & æger ob imbecillitatem evacuationes quale-  
scunque ferre nequeat, aggrediatur usum Elect. & ag. Antiscorbutic. in scor-  
bito descript. quæ etiam remedia locum habent in Rheumatismo Scorbuti-  
co.

In Juvenibus, atque iis qui temperatè vixerunt, vino non plus æquo dedi-  
ti, Rheumatismus Diætâ simplici admodùm refrigerante, & mediocriter nu-  
triente, & que feliciter, ac repetitis Venæ sectionibus (quas minus ferre que-  
ant) profigari potest. Ex. grat.

Solo Læcis sero ad dies quatuor vescatur æger, postea præter serum pane  
similegineo semel in die loco prandii, donec penitus convalescat. nisi quod  
postremis diebus iterum panem in cœnam indulgere liceat, Symptomatis ces-  
tanibus, carnes pullorum elixorum, cæteraque eupepta concedantur, tertio  
autem quoque die solo lactis sero vicitur, donec tandem pancratice valeat.

#### De febre erysipelatosa.

Nulla non corporis pars, præsertim facies; tumet, dolet & summè rubet;  
pustulæ densæ, parvæ, in vesiculos subinde facebunt, quæ per frontem caput  
que serpunt, oculi tumore obruti, rigor & horror atque reliqua febris indicia  
adsum. In alia hujus morbi specie, liquorum attenuantium portationi super-  
veniente, febricula adeat, pustulæ urticarum puncturas referentes, nonnun-  
quam in vesiculos subtiles, mox recedentes, tuberculorum more, sub cute se  
condentes, maximè pruriunt, & scalpendo rursum apparent. Est & alia erup-  
tionis species, pectus ut plurimum obsidens, macula nimis lata, cuti vix  
supereminens, porriginosa, cum squammulis flavis, qua vigente æger bene se  
habet; eadem evanescente, leviter ægrotat, urina turbida & flava, iudicem reme-  
diis, quibus pruritus ferinus, cedit, vino utatur æger & carnis eupeptis.

Mittatur sanguis è brachio ad 3ix. vel x. Die sequenti sumat potionem com-  
munem purgativam.

*U. Rad.*

**¶.** Rad. Alibæ & Lilior. an. 3j. fol. Malv. Sambuc. Verbasc. flor. Chame-  
me. Melilot. summi. Hyperic. & centaur. minor, an. M. j. sem. Lin. fœnugrac.  
an. 3j. cog. f. aq. ad libr. iij. Coletur liquor & tempore usus adde singulis libris  
decocti, Sp. Vini unc. ij. Stupræ è panno laneo huic decocto immersæ, ac ex-  
pressæ, calidè admoveantur bis in die, & pars affecta post fotum sequenti mixturæ  
allinatur.

**¶.** Sp. Vini libr. 3. Theriac. Androm. unc. ij. pulv. piperis longi. & Caryophill.  
an. 3ij. f. mixturæ. quâ Charta Emporetica madefacta parti  
volvatur.

Si primæ venæ sectioni non cedat morbus, tum repetatur; & nondum ce-  
sante, ad duas alias vices celebretur, interposito semper die uno.

Diebus à Venæ sectione liberis Enema è lacte cum Syr. Violarum. Emulſio Re-  
frigerans & Iulap. refrigerans, sunt præscribenda.

De pruritu ferino, & inveteratis cutis eruptionibus, quæ Venæ sectioni & Ca-  
tharsi non cedunt.

**¶.** Theriac. Andromach. 3j. Elect. de ovo 3j. rad. Serpentar. Virgin. su-  
bitiss. pulver. gr. xv. Lapid. Bezoar. oriental. gr. v. cum f. q. Syr. è con-  
ditur. citri. f. Bolus, horâ somni sumendus per dies xxj. supebibendo coh. vi.  
sequent. Julapii.

**¶.** Aq. Card. Benedict. unc. vij. aq. Epidem. & Theriacal. Stillat. an. unc.  
ij. Syrup. Caryophill. unc. j. M. f. Iulap.

Singulis matutinis cap. liquoris possetici libr. 3. calide, & sudet horæ unius  
spatio.

His finitis, si pustulæ adhuc non evanuerint, sequenti Linimento partes affeda  
inungantur.

**¶.** Vnguent. ex Oxylapatho unc. ij. Vnguent. Pomati unc. j. flor. Sulphur. 3ij.  
ol. Rhodi 3j. f. Linimentum.

Veruntamen Medicamenta præscripta haud usurpentur, nisi Venæ sectione  
& Catharsi ritè præmissis.

#### De Angina.

Angina inter Ver & Æstatem ut plurimum aggreditur. Sequuntur febris  
insultum dolor & fauciæ inflammatio, unde à tumore uvulae, tonsillarum &  
laryngis, nec deglutire queat Æger, nec spiritum ducere.

Mittatur Sanguis è Brachio copioso. Tangantur partes inflammatæ melt  
Rosaceo Sp. Vitrioli, vel Sp. Sulphuris ad summum acorens permixto, vel Sp. Vi-  
trioli solo. Mox Gargarisma sequens usurpetur, non vulgari modo; sed ita ut sine  
ulla agitatione in ore continueatur, donec incalescat; dein expuatur, & repetatur  
subinde.

**¶.** Aq. Plantag. Ros. Rubr. & Sperm. Ranar. an. unc. iv. album. ovor. in  
aquam agitando redact. N. iij. Sacchar. Crystal. 3ij. M. f. Gargarisma.  
Emulſio Refrigerans in Pleuritide descripta indies sumatur.

Sequenti manè, nisi febris & dolor inter degluviendum remiserint, Venæ se-  
ctio repetatur, Catharsi in diem posterum rejecta, alias Catharticum lenitivum  
exhibetur.

Manente

Mānente adhuc affectu (quod oppidò rarum) repetatur adhuc Venæ sectio, & Catharsis, Epispasticum amplum ac forte applicetur cervici post primam Venæ sectionem. Omni manè, nisi diebus purgationi datis Enema refrigerans & Emolliens injiciatur, Diætā tenui utatur æger, & lecto per horas aliquot quotidie absistat.

In his omnibus Febribus, quas intercurrentes appello, ut etiam in illa, quæ actionaria est; cautè observandum, quòd æger à lecto abstineat magnam diei partem, ut jusculis hordeaceis, avenaceis, ac id genus aliis vicitet, & cerevisiam Lupulatam & hydrogalam pro potu ordinario bibat.

*De Morbillis.*

Infantes plerumque impetunt. Primo die rigent horrentque, calent & frigent alternatim. Secundo consummatam febrim accersunt, ægritudo vehemens, sitis inappetentia, lingua alba [non verò siccata] tussicula, capitis & oculorum, gravedo, & somnolentia perpetua, acriter premunt, humor è naribus & oculis jugiter stillat [quæ lachrymæ certissimum morbillorum signum.] Huc accedunt sternutatio, tumor palpebratum paulò ante eruptionem, vomitus, diarhœa, cum dejectionibus colore viridi in dentientibus præsertim; Symptoma-ta ingrauescant ad quartum usque diem, quo quidem die (nonnunquam quinto) in fronte & facie maculæ parvæ, rubræ, pulicum morsibus persimiles prodeunt; quæ numero & magnitudine auctæ, raceinatim coalescent, & faciem maculis rubris majusculis interstinguant: Hæ maculæ è parvulis papulis, supra cutim paulum elevatis conflantur, quarum proruberantia digito levi, vix oculorum acie deprehendi possit.

A facie, quam primò solum occupant, ad pectus ventremque, crura deinde tibiasque propagantur maculæ; in his autem partibus latæ & rubræ, superficiem cutis non superantes conspiciuntur. Eruptione morbillorum non perinde deliniuntur Symptomata ac in variolis. Vomitus post eruptionem nullus: sed tussicula & febris cum spirandi difficultate, intenduntur, in oculos defluxio, somnolentia & inappetentia perseverant. Die sexto aut circiter frons & facies asperescunt, emorientibus pustulis, ruptaque cuticulâ, in reliquo corpore maculæ latissimæ sunt, & maximè rubescunt. Octavo circiter die in facie evanescunt, & vix in reliquo corpore permanent. Nonnullæ proterius sunt, per faciem verò & artus quandoque & totum corpus in farinam quandam & squamulas facebunt, & tunc temporis febris, spirandi difficultas & tussicula au-gentur. In adultis à calido regimine livebunt primò, mox nigrescent exanthe-mata.

*24. Decoct. Pectoral. Ibis. Syrup. Violar. & Cap. Ven. an. 3ij. M. f. Apozema, Cap. 3ij. vel iv. ter vel quater in die.*

*24. Ol. Amygd. dulc. 3ij. Syr. Violar. & Cap. ven. an. 3i. Sacchar. Cand. albiss. q. s. M. f. Elegma, de quo sepius lambat, præcipue quando tussis urget.*

*24. Aq. Cerasor. nigr. 3ij. Syr. de Mecon. 3i. M. f. haustus singulis nocti-bus sumendus, à prime morbi insultu, usque dum convaluerit æger, dosis augendo vel imminuendo pro ratione ætatis.*

Æger se contineat in lecto per biduum post primam eruptionem.

Si post Morbillorum discessum, Febris, respirandi difficultas, & alia Symptomata Peripneumoniam mentientia supervenerint, sanguis liberaliter extra-hendus è brachio, semel, bis, vel ter, prout opus fuerit, convenienti spatio inter singulas Venæ sectiones; Atque etiam continuenter decoctum Pectorale supra descriptum, ut & Lohoch, vel Ol. Amygd. dulc. per sc. Circa diem xij. ab invasione Cathartico lenienti purgetur.

Diarrhoea, quæ morbillos excipit, Venæ sectione sanatur.

*De Variolis.*

Distinctæ sunt, vel confluentes, & in distinctis invadunt rigor & horror, calor intensus, capitis & dorsi dolor vehementis, vomitatio, in adultis ingens in sudores propensio (& hinc minimè confluxuras esse licet conjicere) dolor sub scrobiculo cordis si manu prematur, stupor & somnolentia, nonnunquam & insultus epileptici [in infantibus præsertim] quibus si, dentitione peracta corripiantur, in procinctu esse variolas possis prædicere; ita ut si fortè insultum epilepticum sub vesperam patientur, sequenti Aurora in conspectum se daturæ sunt variolæ, mites ut plurimum & rarissimè confluentes. Quarto inclusivè ab invasione die, nonnunquam seriùs, raro tamen ante illum erumpunt, quo tempore, vel minuantur Symptoma, vel prorsus evanescunt. In eruptione autem subruberæ primò pustulae tenuissimarum aciculatum puncta æquantes, sparsim se produnt per faciem, collum, pectus, & corpus universum; tunc in fauibus dolor, qui cum pustulis surgentibus augetur. Circiter octavum à primo insultu diem intervalla pustularum priùs alba rubore jam incipiunt, in tumorem attolli, & dolore tensivo affici; extenduntur palpebrae, & ut vesica inflata, oculos claudunt. Proximæ à facie intumescent manus, digitique distenduntur, pustulæ faciei antea leves & rubræ, jam asperæ (primum maturationis indicium) & subalbidæ apparent; succum insuper luteum, colore à flavo non abludentem evomunt, faciei & manuum inflammatio jam summa in pustularum interstitiis colorem exhibit floridum, & rosatum Damascenarum æmulum, quem quidem colorem, quo mitiores sunt variolæ, eo magis tum pustulæ tum cutis interjecta ad amissim exprimunt: Quæ faciem occupant pustulæ, asperiores quotidie ac magis flavæ pro maturationis ratione; quæ manus & reliquum corpus minus asperæ albæque magis conspicuntur indies. Die undecimo faciei tumor & inflammatio recedunt, pustulæ & justam magnitudinem (viz. pisii grandiusculi) adeptæ exarescent deciduntque. Decimo quarto vel quinto pereunt funditus; manuum autem pustulæ pertinaciores, albæ adhuc & recentes die uno aut altero moras trahunt, & tandem dirumpuntur, cæteræ autem, faciei nimirum & corporis desquamantur, & in facie squammulis hisce furfuraceis succedunt foveæ. Per totum morbi decursum albus vel prorsus constipatur, vel rarissimè dejicit. Maxima eorum pars, qui ex hoc morbo pereunt, octavo die in discretis, undecimo autem in confluentibus intereunt: Quippe cùm in discreto hoc genere promoventur sudores tuta cardiacis tum regimine calidiore, prædicto die facies, quæ turgida &

per interstitia pustulis interjecta inflammari debuerat, è contra flaccida reperi-  
tur & albescens, pustulis nihilominus rubentibus & elevatis, etiam post ægri  
mortem, sudor, qui huc usque manaverat, drepente evanescit, æger interim  
phrenitide corripitur, anxietate, jactatione, ægritudine, vehementibus, urinam  
parcè reddit ac frequenter, & tandem paucissimum horarum spatio ad plures  
migrat.

In Confluentibus eadem Symptoma (sed atrociora) febris scilicet, an-  
xetas, ægritudo, vomitatio, &c. immanius sœviunt, licet non ita promptè,  
ac in discretis, in sudores dissolvitur æger. Diarrhœa nonnunquam eruptionem  
præcedit, & ad diem unum aut alterum post illam protrahitur, quod in discre-  
tis vix contingit. Terrò in die aut citius, raro tardiùs, erumpunt; & quo  
citiùs, eo magis confluunt. Quandoque ad quartum vel quintum diem differ-  
tur eruptio ob atrox aliquid symptomata, v. g. acutissimum dolorem in lumbis,  
nephritici æmulum, in latere pleuritici, in artubus rheumatici, in ventriculo  
cum ingenti ægritudine & vomitu. Non perinde, ac in discretis, mox ab eru-  
ptione remittunt symptomata, sed & febris & alia ad multos etiam dies post  
eruptionem pustularum ægrum discruciant: Nunc erysipelatis ritu, nunc  
morbillorum erumpunt, eruptionis licet tempore planè distinguantur. Crescen-  
te morbo, non in mole aliquam spectabilem attolluntur; sed in facie sibi  
invicem implicitæ, tanquam vesicula rubra vultum omnem contegunt, quem  
matuius elevant quam discretæ: postmodum ad instar pellicula vultui ag-  
glutinatæ cutis superficiem non admodum saperant. Præterlapsò die octavo,  
pellicula alba quotidie paulatim magis exasperatur, colore fusco: Intensus  
magis est dolor cutis, donec tandem in truculentiori morbo non nisi post  
diem vicesimum latioribus laminis desquammatur. Hoc interim observatu  
dignum, quod quanto pustulæ maturescentes propius ad colorem  
subfuscum vergunt, eò deteriores lentiùs abscedunt; quo magis autem flave-  
scunt, eò minus confluxerint, & oxyùs se proripiunt. Ubi primùm deciderit  
pellicula, nullâ scabritie vultus afficitur, at verò mox illam excipiunt squam-  
mulæ furfuraceæ, indolis perquam corrosivæ, quæ foveas relinquunt paten-  
tiores, & sepe cicatrices. Quandoque humeri & dorsum cuticulâ denudantur.  
Morbi periculum à pustularum frequentia & numero in facie solâ, æstimandum.  
Pustulæ manuum & pedum majores, & quod alciùs ab extremitate artuum as-  
cenderis, eo sensim minores & contractiores extant. In adultis salivatio infan-  
tibus diarrhœa (licet non ita certò) confluentium comes. Ptyalismus nunc cum  
eruptione se prodit, nunc biduo triduove præterito, materiam primò tenuem,  
die undecimo viscidorem ægerimè, excreat. Siticulosus est æger, voce rauçâ,  
somnolentiâ & stupore ingentibus corripitur, inter bibendum subinde tussit,  
& potus per nares revertitur. Tunc cessat ut plurimum salivatio, cui nisi fa-  
ciei intumescentia (qua licet hoc ipso die pro morbi genio aliquantis per re-  
mitti debeat, non tamen nisi post diem unum alterumve omnino recederet) &  
manum jam insigniter incipiens & diutiùs perdurans suppetias tulerint, æ-  
go protinus moriendum est. Diarrhœa non ita matutè infantes occupat ac

ptyalismus adultos. In utraque variolarum specie febris ab insultu ad eruptiō-  
nem dominatur, inde dat inducias ad pustularum maturationem, quā pera-  
tā, desinit. Superveniunt à malo regimine symptomata anomala; qualia sunt,  
pustularum flacciditas & subsidentia, phrenitis, coma, maculae purpureæ pu-  
stulis interspersæ, & in earum summitate maculae nigrae exiguæ in medio sub-  
sidentes, sanguinis miętus & sputum sub initio morbi, urinæ suppressio.

Separationis tempus cum febrili ebullitione tribus vel quatuor primis die-  
bus transfigitur: Expulsio per reliquum morbi tempus; mediantibus parvis ab-  
cessibus, in carne perficitur.

Dies in quo maximè periclitatur æger, in confluentibus, in minimè crudi-  
do, maximè vulgari genere, à primo morbi insultu, est undecimus, in crudi-  
oore athuc, decimus quartus, & in crudissimo, decimus septimus; nonun-  
quam tamen, sed rarius, non ante diem vicesimum moritur æger. Quinimo  
per spatium illud omne, quod inter dies undecimum, & decimum septimum  
interjacet, appetente vesperā, molestissimo inquietudinis paroxysmo, quotidie,  
vexatur æger.

Mittatur sanguis quovis ex tribus primis diebus ab invasione ad unc. ix.  
vel. x. & postea *Vomitorium* exhibeat ad ȝj. vel ȝib. *Infusionis Croci Me-  
tallorum*.

His primis diebus diluatur sanguis frequenti potatione Cerevisiæ tenuis  
Lupulatæ, cui Vitrioli Spiritus immisceatur usque ad plenam pustularum  
eruptionem.

Cùm variolæ omnes eruperint [quod ut plurimum est sexto die post inva-  
sionem] vesperi propinetur *Syr. de Mecon.* ȝj. quæ repetatur dehinc sin-  
gulis noctibus ad diem decimum post invasionem. Ea nocte, si Variolæ  
è Confluentium genere fuerint, augeatur dosis ad ȝib. quæ dein repetatur ad  
ȝj. manè, & ad ȝib. serò, singulis noctibus, donec æger convaluerit.

Si *Syr. de Mecon.* minus congruat, substitui possit *Laudan. liquid.* viz. gutt.  
xviii. pro ȝj. *Syrupi, & gut.* xxv. pro unc. iib. Hoc interim observandum,  
quod si paregoricum bis in die exhibitum orgasmum compescere non valeat  
[quod in Variolis insigniter confluentibus, sub finem earum sàpe accidit] tam  
8. quaque horâ exhibendum, vel sàpius, si opus fuerit.

At si variolæ Interstinctæ fuerint, satis erit, ut solummodo singulis nocti-  
bus post plenam eruptionem exhibeat Paregoricum; atque etiam in minori  
dosi.

Qualisunque autem generis variolæ fuerint, atque etiam qualicumque mor-  
bi tempore, si Phrenitis acciderit, omnino oportet ut inordinato spirituum  
motui frænum injiciatur, ac proinde si prior Paregorici dosis metas non at-  
tingat, alia atque alia assumatur, donec tumultus penitus compescatur, inter-  
polito inter singulas doses spatio aliquo; ut per noscere valeamus, utrum do-  
sis ultima id, quod querimus, præstiterit, antequam nova ingeratur.

Si omnimoda urinæ suppressio acciderit, æger è lecto eximatur, & ali-  
quantulum obambulet.

Si saliva ob calorem sit adeò viscida, ut expectorari non possit, tum Gargarisma cum Syringa sèpe in fauces iniciatur. Componatur è Cerevisia tenui vel aq. bord. cum Melle Rosarum; vel sequens usupari poterit.

*Cort. Ulmi* 3vj. rad. Glycyrrhiz unc. s. Pustul. enucleat. N. xx. ros. rub. p. ij. coq. s. q. aq. ad libet. in Colatur. dissolv. oxymel. simp. & mell. Rosar. an. 3ij. M. f. Gargarisma.

Si epispastico opus fuerit, amplum satis & acre nucha applicetur nocte ista, quæ magnam morbi crisi præcedit, mox ab assumpto paregorico, plantis quoque pedum applicari potest allium, à die octavo, usque ad morbi finem, singulis diebus renovandum.

Si infans de Syptomatis, dentitionem comitantibus jam securus, drepente spasmo corripitur hic cogitandum est, convulsionem istam, fortassis à naturæ conatu, quæ variolas, scailatinam Febrem, aut morbillos, in corporis habitum protrudere satagit, pendere, applicetur itaque Emplast. Epispasticum nucha, lecto quam primum committatur æger, exhibeat infuper cardiacum, cui paregorici pauxillum est admiscendum, puero nempe trienni Land. Liquid. gnt. v. in aq. Epidem. cochl. j.

Si die undecimo, vel alio quovis post eum, febris secundaria cum inquietudine, jastratione & cæteris id genus symptomatis, usque adeò efferratur, ut Paregoricis utcumque repetitis sufflaminari nequeat, & mors quasi immineat, tum sanguis in satis magnam quantitatem illico detrahatur; nempe ad unc. xij. vel circiter, atque perid repeti possit vel bis in sequentibus diebus si, symptomatum dictorum ratio idem postularit; at non alijs. Catharsis etiam blanda die decimo tertio (non antea) vel quovis alio die eum insequente (modo Venæ sectio præcesserit) institui possit, nempe ex Electuarii Lentivis unc. j. dissolut. in aq. Cithor. vel lactis Alexiter. unc. iv. Veruntamen nec Venæ sectio nec Catharsis impediunt, quo minus Paregorica in usum veniant, quæ, (haud obstantibus iis) tam quoad largam dosin quam repetitam exhiberi debent, si opus adhuc fuerit: nam ad hæc in hoc morbo semper confundendum.

Quando Pustulæ perfectè exaruerint, inungatur facies Linimento ex æqua libus partibus ol. Amygd. dulc. & Pomar. per biduum; at non ultra.

Die xxij. post invasionem mittatur sanguis è brachio; & sequenti die Catharsis celebranda, quæ porrò alternis diebus ad tres alias vices reperatur.

Quoad Regimen; è lecto abstineat ad sextum diem post invasionem, in quo postea se contineat usque ad xvij. non aliis stragulis rectus, quam quibus sanus uti solebat.

Jusculis Avenac. hordeac. Pomis coct. & Cerevisiâ tenui viætitet, & post undecimum diem vini Hispanic. Coch. iv. vel v. bis in die exhibeantur, si æger voluerit.

Si crurum tumor non evacuationibus præscript. cedat, tum fotu fol. Malv. verbasc. Sambuc. Lauri, cum floribus Camæmel. & Melilot. in lacte coct. facile fugatur.

Si primis morbi diebus æger Hæmoptoë laboret; vel urinam reddat sanguineam, & tinctura, quæ in capite de Hæmoptoë præscribuntur, sextâ quâque horâ (donec Symptoma ista prorsus cessaverint) diligenter exhibeantur. Quo etiam casu Paregorica liberali manu propinanda.

*De chorea Sancti Viti.*

Convulsionis species quædam est, pueros puellasve à decimo ætatis anno ad pubertatem invadit, prodit se claudicatione, vel instabilitate alterutrius cruris, quod æger post se trahit fatuorum more, manum ejusdem lateris, vel pectori vel alii alicui parti applicitam, nequit continere in eodem situ horæ momento, sed in aliud situm & locum convulsione distorquebitur, quicquid æger contra nitetur. Antequam poculum ad os possit adducere, mille gesticulationes, circulatorum instar, exhibebit: Non enim rectâ lineâ ori admovet, sed deductâ à spasmo manu, huc illuc aliquandiu versat, donec tandem forte fortunâ labris proprius apponens liquorem drepente in os injicit, & avidè haurit, deditâ tanquam opera, ut spectantibus risum moveret.

Sanguis ad  $\frac{3}{4}$  viij. plus minus, pro ætate, ex brachio educatur.

Die sequenti, dimidia pars, vel quiddam amplius, proratione ætatis, portionis commun. hauriatur; & vesperi haustulus sequens propinetur.

℞ Aq. Ceraser. nigr.  $\frac{3}{4}$  j. aq. Epilept. Langii  $\frac{3}{4}$  ij. Theriac. Andromach.  $\frac{3}{4}$  j. Laudan. Liquid. gut. viij. f. haustus.

Potio Cathartic. ad tres vices, alternis diebus, repetatur; & haustus Paregoricus iisdem noctibus.

Postea Sanguis iterum extrahatur; & ad Catharsin, ut priùs, æger revertatur, & sic sanguis mittatur, & alvus subducatur ad tertiam quartamve vicem; Spatio tamè inter alternas evacuationes observato, ut nihil periculi ægo immineat.

Diebus à purgatione vacuis sequentia præscribantur.

℞ Conserv. Absinth Roman. & slaved. Auramior. an.  $\frac{3}{4}$  j. Conserv. Anthos  $\frac{3}{4}$  j. Theriac. Andromac. vet. & nuc. moschat. condit. an.  $\frac{3}{4}$  ij. Zinzib. condit.  $\frac{3}{4}$  j. Syr. è succ. citr. q. j. f. Electuar. de quo capiat ad magnitud. nuc. moschat. manè & horâ quintâ pomeridianâ, superbibend. vini sequentis Cochlear. v.

℞ Rad. Paonia. Enul. Campan. Imperator. & Angelic. an.  $\frac{3}{4}$  j. fol. Rut. Salv. Betonic. Chamedr. Marrub. alb. & summat. Cent. min. an Mj. Baccar. Juniper.  $\frac{3}{4}$  ij. Cortic. dner. Auramior. Incidantur & infundantur frigide in vini Canarini  $\frac{3}{4}$  vj. Coletur tantummodo usùs tempore.

℞ Aq. Rut.  $\frac{3}{4}$  iv. aq. Epilept. Lang. & Bryon. comp. an.  $\frac{3}{4}$  j. Syr. Paon.  $\frac{3}{4}$  vj. M. f. Julap. cap. Cochl. iv. singulis noctibus cubitum iturus, instillando Sp. C. C. gut. viij.

Appliceretur plantis pedum Emplast. è Caranna.

Ob Recidiva metum pertundatur ei vena, & ad dies aliquot purgetur, eâ ipsâ anni sequentis tempestate (vel paulo ante) quâ morbus invaserit.

Verisimile

Verisimile mihi videtur, quod hæc methodus curationi Epilepsia Adulorum convenire possit, quod verum non adhuc expertus sum. Cum vero Chorea Vui ætates teneras adoriti soleat, in Epilepsia Adulorum tam sanguinis derahendi quantitas, quam Catharticorum dosis adaugeantur.

## De Apoplexia.

Somnus est profundissimus, & omnimoda sensus & motus privatio, excepta respiratione, quam ægri habent difficilern cum stertore.

Mittatur sanguis e brachio ad 3xij. quamprimum, ac postea ex venis jugularibus ad 3viii. deinde Vomitorium ex 3i. vel unc. ij. Infus. Croc. Metal. propinetur statim.

*Emplast. Epiphastic.* satis amplum ac forte cervici applicetur.

Dum hæc aguntur, erectus sedeat æger in lecto, nec stragulis nimis obtutus.

*Sp. Sal. Armoniac.* optimè rectificatus admoveatur naribus.

Finita Vomitorii Operatione, subinde exhibeantur Cochl. iij. vel iv. sequentis Julapii.

*R. Aq. Ruta 3iv. aq. Bryon. compos. & Antiepilept. Lang. an. 3j. Sp. C. C. gut. xx. Sacchar. Crystal. q. s. f. Julap.*

Vel Cochleari j. Sp. Lavendulae compos. per se propinari possit bis vel ter, durante paroxysmo, horâ dimidiâ vel integra interposita.

Cavendum est, ne Cardiaca plus justo calida, ac nimis frequenter [ut mos est] exhibeantur; nam quacunque demum specificâ virtute pollere videantur, plus danni quam emolumenti ægro aportant, ut pote quæ humores fundere (ac proinde malum augere) apta nata sunt: quod etiam incommodum non minus infertur ex nimia stragulorum congestione.

Paroxysmo jam finito, ad præcavendam recidivam sequentia exhibentur.

*R. Pil. Coch. maj. 3ij, cap. tertia quaue die per 6. vices horâ 4. matutinâ superdormiendo.*

*R. Conserv. flor. salv. Rosmarin an. unc. j. Conserv. flaved. Aurant. 3vj. nuc. Moschat condit: & Zinzib. condit. an. unc. 3i. Theriac. Androm. vet. 3ij. pulv. elest. diamb. diamosch. dulc. an. 3j. cum s. q. Syr. conditur. citr. f. opia. ad magnitudinem Castaneæ manè & serò, superbibend. aq. Epilept. Lang. Coch. ij.*

*R. Ambr. gris. 3i. ol. destil. sem. Anisi, cinnamom. nuc. moschat. an. gutt. ij. ol. Caryophil. gutt. j. Sacchar. in aq. flor. aurantior. solnt. unc. iv. f. s. a. Tabelle, quarum capiat unam ad libitum.*

Ab usù potus generosioris cuiusvis sibi temperet, vescatur jusculis avenaceis, hordeaceis, ut & ex pullis gallinaceis confectis, & quandoque etiam (principè inter purgandum) carne pullorum agnorum ac id genus ciborum eupternis.

## De Ophthalmia.

Ex oculorum inflammatione patet.

Mitterius

Mittatur Sanguis è brachio ad unc. x. Sequenti die sumat potionem purgativam communem, quæ repetenda est per duas alias vices, duobus diebus interpositis; iisdem noctibus sumat haustum paregoricum ex Syr. de Mecon. unc. j.

Diebus à purgatione vacuis sumat ter aut quater in die unc. iv. Emulsionis ex sem. frigid. maj. & Papav. alb.

**L.** Aq. Plantag. Ros. rubr. & Spermat. Ranar. an. unc. j. pulv. Turia preparas. Zi. f. Collyrium, cuius guttae aliquot instillentur oculis bis in die, at non incipendum, nisi post primam purgationem.

Si his remediis affectus haud cedat, reperatur Venæ sectio semel vel bis, (præcipue si sanguis Pleuriticus apparuerit) ut etiam Cathartis.

Abstineat ab usu vini & cuiusvis liquoris generosi, ab usu etiam ciborum coctu difficultium, & sale conditorum; & diebus inter purgationes bibat hydrogalam coctam.

Nota, quod sèpè accidit, quod Venæ sectioni & Cathartu utcunque repititis Ophthalmia non cedit; hoc in calu Paregorio. ex Syr. de Mecon. unc. j. singulis noctibus exhibitum, curationem sine aliorum suppetiis obsolvit.

#### De Uteri Procedentia.

**B.** Cerr. Querc. Ziij. Cog. in Aq. font. tibij. sub finem addendo Coric. Granator. contus. Zi. ros. rubr. flor. Granator. an. Mij. dein ad usum vini rubr. **B.** Colatura sit pro fotu, qui cum pannis laniis parti affectæ admoveatur manè horis duabus, antequam è lecto assurgat, & nocte post decubitum, donec symptoma penitus evanuerit.

#### De Paroxysmo Nephritico.

Adsumt dolor fixus in lumborum regione, urina cruenta, arenulatum aut calculi excretio, stupor cruris è directo renis laborantis, testis retractio ejus lateris, in quo est dolor, nausea & vomitus. Dolor colicus nephriticus haud assimilis; licet in quibusdam symptomatis planè discreper, quæ recensita in Capite de Colica biliosa videoas.

Si æger temperamento sanguineo fuerit, mittatur sanguis è brachio affecto reni respondenti ad  $\frac{3}{4}$ x. dein liquoris possetici cui Rad. Althaea Ziij. incocta furent Cong. j. quam citissimè deglutiatur, & Enema sequens injiciatur.

**S.** Rad. Althaea & Lilio. an. Ziij. fol. Malo. Parietar. Brano. Vrisin. & flor. Chama mel. an. M. j. Sens. Lini & Fenugr. an.  $\frac{3}{4}$ B. cog. s. q. aq. ad tibi. M. F. Enema Rejectis Vomitorio & Enemate, Laudan. Liquid. satis magna dosis propincur, viz. ad grs. xxv. vel Pil. Matth. gr. xv. vel xvij. In senibus vero, & morbo diuturno fractis, ut & vetulis Vaporibus obnoxius (præcipue si sub initium Paroxysmi urinaria ex reddunt nigram & fabulosam) Venæ sectio omittatur; at quoad reliqua, eadēm quæ dicta est via omnino procedendum.

#### In milieū Sanguineo calculo renibus impasto.

Capiat æger, statu quodam die, singulis hebdomadis, Manna Ziib. in feri lactis tibi. solut.

Conducit aliquando, haustus cerevisie tenuis liberalior,

In calculo renum grandiori, dolor hebes, & obtusus, nullatenus auctus, sed fatis tolerabilis persentitur, nec paroxysmus nephriticus comitatur.

Aquis chalybeatis æger se non tutò committet, nisi prius certò sciat, calculum majorem non esse, quam ut per ureteres viam possit invenire, quod hoc, tantum modo certò potest dignosci, si nempe, jam antea, paroxysmum aliquem nephriticum fuerit percessus, [cum dolore sevissimo in renum alterutro, per ureterum ductus propagato, & vomitu enormi] pro comperto habeat, non tam grandiorem aliquem calculum pelvi concludi, quam lapilorum exiguum congeriem, quorum unus subinde in ureterem illabitur atque ita paroxysmum invitat, qui fere non desinit, nisi calculo in vesicam detruso, cum sic se res habeat, nullum est magis efficax remedium, quam aquarum chalybeatarum potatio; quod si calculosus, nullo unquam paroxysmo nephritico, fuerit tentatus, cum jam major sit calculus, quam qui ex pelvi possit elabi, devitandæ sunt aquæ ferreæ.

*De Dysenteria, Diarrhoea & Tenesmo.*

Rigent horrentque, sequitur deinde totius corporis calor, quem brevi excipiunt ventris tormenta, & hæc, dejectiones crebrae, & muscosæ omnes [nisi quod stercorosæ nonnunquam interponantur] cum ingenti cruciatu & molestissimo viscerum omnium quasi descensu, quoties exoneratur alvus, sanguinis interim lineamentis intertextæ, licet aliquando ne minimum sanguinis per totum morbi decursum admisceatur. Progressu morbi sanguis sincerus quandoque excernitur, & gangrena insanabili afficiuntur intestina. Si æger floreat, vel cardiacis incalescat. Febricitat admodum; lingua est subalbida, quadam mucilagine dense obsita, interdum nigra & sicca. Prosternuntur vires, dissipantur spiritus, aphthæ insuper oris interna faucesque oblident, præsertim ubi materiæ peccantis evacuatio adstringentibus præpostè impeditur, non exacto per cathartica morbi fomite. Aliquando exulante febre, agmen ducunt tormenta & cætera morbi symptomata sequuntur.

In diarrhoea humores excrementitii sine sanguine aut intestinorum exultatione excernuntur.

In tenesmo assidua est desideri cupiditas, nihil tamen præter mucosum quoddam & subctuentum aut purulentum rejicitur.

Mittatur sanguis è brachio quamprimum, eademque nocte Paregoricum propinetur; & mane sequenti Potio purgans communis, repetenda alternis diebus ad duas alias vices, & Paregorie. post Purgationes, quamprimum suo defunctæ sunt munere; ac diebus à purgatione vacuis idem manè & sero est exhibendum.

Post Venæ sectionem & Catharsin semel celebratam, per totum morbi decursum, sequens Cardiacum exhibeat.

*U. Aq. Ceras. nigr. & fragor. an. 3ij. Aq. Epidem. Scord. comp. & Cinam. hordeat. an. 3i. Margarit. preparat. 3ib. Sacchar. crystal. q.s. adde Aq. Rosar. Damascen. 3b. ad gratum saporem, m. f. Julap. de quo cap. cochl. iv. vel v, in languoribus, vel ad libitum.*

Potus sit Lac coctum cum Aq. Triplo, vel Decet. Alb. ur.

Et C.C.C. & Mic. panis alb. an. 3ij. coqu. in Aq. font. libij. ad libij. postea s. q. Sacchar. Albill. edulcoretur. Vel si dejectio virium postulaverit, Aq. font. libij. cum Vin. anarm. libj. simul cocte, pro potu frigidè assumentur.

Cum per tres vices purgatus fuerit æger, tota curatio usui Laudani bis vel ter in die repetiti postea incumbit, nisi quod Enema ex Lact. vaccin. lib. & Theriac. Antron. 3ib. subinde injiciatur, quod in alvi egestionibus mitte confert.

Cum alvi fluxus in Diarrhoeam tantum assurgat, Phlebotom. & Catharsi præ cript. omissis, sequi. Bolus singulis matutinis exhibeatur.

Rhabarb. pulv. 3lb. (plus minus pro ratione virium) cum s. q. Diaforet. f. Bolus, addendo Ol. Chym. cynam. gutt. ij.

Noctibus insequentibus Paregoric. ex Aq. cinnam. hordeat. unc. i. & Lan- dan. Liquid gutt. xiv. exhibeatnr.

Ubi tormina sicca sine dejectionibus excruciant, curantur diluendo sero la- tis frigidè propinato, & tepidè injecto; ut in Cholera morbo pullorum ju- sculo aut lacte cerevisiato.

Si hic morbus diutius excurrat, adeò ut omnis ejus vis in rectum intesti- num decumbat, cum assidua desideri cupiditate. Diæta Analeptica insti- tuatur, & liquor aliquis Cardiacus pro libitu ingeratur, ut restaurari possint vites, quibus redeuntibus Tenesmus sponte se proripit.

In dysenteria male curata dolores aliquandoque ægrum ad annos aliquot discruciant, in hoc casu Phlebotomia repetita pristinam sanitatem restituer.

Notandum est quod in constitutionibus huic morbo minus faventib. omis- sis evacuationibus dysenteria Laudano solo sanatur, i quod manè & sero re- petendum, donec symptomata penitus evanuerint, vel etiam ter Nycthemer- ti spatio, si opus fuerit.

### De colica bilioſa.

Intestinorum dolor atrocissimus est, per horas aliquot afflit febris in hunc morbum designens, qui aut quasi injecta fascia constringit, aut in punctum con- tractus quasi terebello perforat; subinde remittitur, mox recrudescit. Sub initio non ita certo ad unum aliquod punctum determinatur, neque tam cere- bra vomitiritio, neque alvus ita pertinaciter catharticorum vim eludit; quo autem magis augetur dolor, eo obstinatus in punto figitur, vomitiritio fre- quentior, & major alvi adstrietio, colica tandem in iliacam transeunte. A ne- phride sic, distinguitur. 1. Dolor nephriticus fixus in tene est, & ab eo ad tem- tem exporrigitur secundum longitudinem ureteris. Colicus vero vagus est, & cinguli instar medium ventrem affligit. 2. A pastu colicus dolor augetur: Ne- phriticus potius imminuitur. 3. In colico dolore, ab excretione per alvum & per vomitum majus levamen emergit, quam in nephritico. 4. In dolore ne- phritico urina primum clara & tenuis, postea aliquid subsider, & tandem are- nulae aut lapilli excernuntur. In colica urinæ ab initio crassiores existunt.

Sanguis

Sanguis è brachio paulo liberalius educatur, & post horas *iiij.* vel *iv.* *Anodyn.* exhibeatur, Postero die *Catharticum Lenitiv.* & interposito die uno, ad tertiam vicem propinetur.

At si malum hoc fructibus horariis, vel aliis cibis avidè ingestis, originem debeat, tum ventriculus ante omnia lacte cerevisiato affarim hausto eluendus est; quo exantato Anodynum propinandum est; sequenti autem die vena secunda est, & in ordine præscripto procedendum.

Ubi hic morbus minus perit tractatus diutissimè fatigaverit, & ægrum penè confecerit, liberalior five aquæ Epidem. five Mirab. five aliùs cuiuscunque, qua sanus maximè delectabatur, usus, ægrum hoc tempore ultra spem omnem juvit.

#### *De cholera Morbo.*

Intra Augusti limites se continens, vix in priores Septembres hebdomadas evagatur. A crapula & ingluvie excitatus similis affectus, nullo temporis discrimine insurgit, qui licet eodem curetur modo, alterius tamen est subsellii. Adsunt vomitus enormes, ac pravorum humorum cum maxima difficultate & angustia per alvum dejectio; ventris ac intestinorum dolor vehemens, inflatio & distentio; cardialgia, sitis, pulsus celer ac frequens, parvus & inæqualis, æstus & anxietas, nausea molestissima, sudor, crurum & brachiorum contractuta, animi deliquium, partium extremarum frigiditas, & similia, quæ ægrum in 24. horarum spatio interimunt.

Pullus tenerior in tribus circiter Aquæ, font. Congiiis elixeretur, ut carnis saporem vix perceptibilem liquor referat, hujus decocti vel (defectu ejus) liquoris possetici capaciores aliquot cyathos æger tepidè exhaustari; & eodem tempore ex eodem liquore *Enemata* successivè repetenda. Haustibus & Clysteribus *Syr.* *Lactuc.* *Violar.* *Portulac.* *Nymph.* *corumve* alicujus uncia subindè admisceri poterit.

Exantato hoc Eluvionis penso (quod *iiij.* vel *iv.* horas sibi vendicat) *Paragoricum* curationi Coronidem imponit.

Si non accederit medicus, nisi postquam æger vomitu & dejectionibus per multas horas continuatis fuerit exhaustus, & jam frigescant membrorum extrema, tum ad *Laudanum Liquidum* configiendum est in paulò majori dosi [viz. *Laudan.* liquid. gutt. *xxv.* in *Aq.* *cinnam* fort. unc. *i.*] & cum cesserint symptomata, nihilominus manè & serò quotidie est repetendum; at in minori dosi, donec pristinas vires reperitur.

Est species quædam cholerae morbi infantibus valdè familiaris, ac sæpenerò funesta, ex Dentitione vel Crapula originem ducens.

Horum ætas tenella minimè fert, ut diluatur ventriculus largâ liquorum potatione, multo minus ut Catharticus tumultus major in humoribus excitetur, sed Curationem *Laudano* solo aggredi oportet; quamobrem gutt. *ij.* *iiij.* vel *iv.* vel plures, pro ratione ætatis, Cochlear. *j.* cerevisiae tenuis vel Aquæ cuiusvis appropriatae instillatae exhibeantur, repeatanturque, ut opus fuerit.

## De colica Pietatum.

Est species quædam Colicæ, quæ degenerare solet in Paralyсин, & motus omnimodam manuum ac pedum depravationem; quam hoc nomine *Riverius* in capite de Paralyシ indigitat, & apud insulas Caribum notissima est, utpote, quæ magnam vim hominum infestat.

Hunc dolorem atrocissimum sanat *Balsam. Pern.* frequenter ac in magna dosi exhibitum, nempe si ejus gutt. xx. xxx, vel xl. *Sacchar. Albiſſ. cochl. j.* instillentur, & bis vel ter in die dentur: at Paralysis. huic remedio haud cedit.

## Dilatrica Passione.

Peristalticus intestinorum motus invertitur, propinata cathartica & injecta enemata in emetica statim transeunt, alvi fæces per vomitum rejiciuntur. Mittatur sanguis è brachio dextro ad unc. ix. vel x. post aliquot horas exhibeat sequens Pulvis.

*q. Resin. Scammon. vel (defectu ejus) Resin. Ialap. gr. xij. Calomelan. Turquet. ♂j. m. f. Pulvis; cap. è Cochl. i. lactis vaccini, superbibendo ejusdem lactis Cochl. j. vel alterum, vel si forma Pilularum magis arrideat.*

*Pil. ex duob. ȝȝ. Colomel. Turquet. ♂j. cum f. q. Balsam. Peruv. f. Pil. iv. sumend. è Cochl. j. Syr. Violarum.*

Sin autem æger hoc remedium per os rejectecit, *Laudan. Liquid. gutt. xxv. Aq Cinnam. fort. ȝȝ. instillatæ statim propinentur, cum verò horum usu vomituritio, ac ventris dolores, remiserint, catharticum dictum iterum exhibeat, verùm si anodynorum virtute ac vi jam penitus infraictis vomituritio ac dolor iterum redierint, cathartico interim in corpore restitante, ad usum paregorici supra descripti revertendum, idemque eò usque repetendum quartâ vel sextâ quoque hora donec intestinis quies omnino inducatur, quo quidem tempore catharticum operationem suam per sedes exeret.*

Nec sane abs re fuerit elapsa una, aut altera, post Venæ sectionem horā, clysterem aliquem, ex iis qui potentius operantur, injicere, fumum scilicet nicotianæ, ex tubulo inverso, per vesicam majusculum, in intestina validissime insufflatum, quæ quidem operatio post aliquot horas reiterari debet, nisi citius meatus deorsum pateat.

Finita operatione Cathartici, sumat sequentem haustum.

*q. Aq. Cinnam. fort. uno. i. Laudan. Liquid. gutt. xxv. m.f. Haustus,* qui porrò repetendus est bis, ter, vel sèpius in die donec vomituritio & dolor penitus cessaverint, atque etiam, istis symptomatis cessantibus nihilominus ad curationem confirmandam per aliquot adhuc noctes capiat idem paregoricum in minori dosi cubitum iturus.

## De Fluxu Menstruum immodico.

Menstruorum fluxus, naturaliter constitutus, capacitatem testæ ovi anteriore implet. Patet autem immodicus ex difficulti tolerantia, virium lapsu, inappetentia, cachexia, colore cadaveroſo, & pedum intumescētia.

Mittamus

Mittatur sanguis è brachio ad unc. viij. sequenti mane sumatur *potio purgativa communis*, repetaturque alterius diebus ad duas alias vices; & noctibus post purgationem *Paregoric.* è *Syr. de Mecon.* exhibeatur.

Diebus à purgatione vacuis sumat sequentia.

*¶. Conserv. Rosar. sicc. 3ij. Trochisc. de terra Lemnia 3:ii. Cort. Granat. Corall. rub preparat. & boli Armen. an. 3ij. lipid. hematit. Sanguin. Dracon. an. 3i. cum s. q. Syr. Cydonior. f. Elect. de quo sumat ad magnitudinem nucis moschat. maj. manè & horâ quinta pomeridianâ, superbibendo sequentis Julapii Cochl. vi.*

*¶. Aq. Germin. Querc. & Plantag. an. 3ij. Aq. Cinnamom. hordeat; & Syr. de Rosis siccis an. 3i. Sp. Vtriol. q. f. ad gratam aciditatem.*

*¶. Fol. Plantag. & Vrtic. an. q. f. Contundantur simul, & succus exprimatur, & postea clarificetur, de quo cap. Cochl. iv. vel v. saepiusculè ad libatum.*

Post primam purgationem applicetur emplast. seq. regioni Lumborum.

*¶. Emplast. de Minio & ad Herniam an. part. aq. extendantur super alutam, f. Emplastrum regioni Lumborum admovendum.*

#### De Colica hysterica.

Est species quædam, seu potius insigne ac valde usitatum affectionis symptoma, cui comitem se adjungit dolor circa scrobiculum Cordis atrocissimus, ut etiam humorum viridi colore per vomitionem ejestio.

Primo, quò saburra virtosorum humorum in ventriculo contentorum minus impedit Paregorici efficaciam, satis magna quantitas liquoris possetici affatim ingurgitetur, atque iterum per vomitionem rejiciatur, nempe ejusdem liquoris Cong. iiii. quo peracto *Laudan.* Liquid. gutt. xxv. in Aq. cinam. fort. Aq. Epidem. vel alias vehiculi unc. i. propinentur.

In usu Paregoric. hoc notandum, quid eò usque repetendum est, donec symptomata omnia penitus cessaverint, debitum interea tempus interjiciendo, ut dijudicare valeamus, quid prior dosis effecit, antequam novam ingeramus.

Si sanguineo temperamento præditus sit æger, vel si antea hoc symptomate haud multum infestatus fuerit ac viribus fractus, hoc in casu sanguis primùm è brachio detrahendus antequam vomitorium præscriptum propinetur.

Hâc ipsâ Methodo Clavus hystericus curatur. Sin verò Colica Hysterica diuturnior fuerit per Paroxysmos affligens: tum in eorum intervallis, sive extra paroxysmum, seq. usurpentur.

*¶. Zedoar. subtiliss. pulv. 3i. cum s. q. Syr. è conditum. ciri, f. Bolus, sumendus manè & serò per xxx. dies, superbibendo sequentem infusionem.*

*¶. Zedoar. incis. minutum. unc. 3. vini Canar. unc. iv. infundantur frigide per xij. horas; deinde colentur pro usu; vel Balsam. Peruv. ut in Colica Piætonum, usurpetur.*

Quæ de Colica Hysterica hîc dicuntur, de Colica etiam hypochondriaca dicta sunt; ut & hoc diligenter advertendum.

Utriusque affectus natura sibi vindicare videtur, ut alia atque alia tententur, donec tandem ad illud remedium perventum fuerit, cui quasi genuinè morbus cedit; tametsi ut plurimum Chalybs imprimis confert.

Colica Hysterica tam in hypochondriacis, quam hystericis saepissime in icterum desinit, qui sensim sponte sua facessit, sin autem longas moras necat, exhibeat Apozema sequens.

*24. Rad. Rub. Tinctor. curcum. an. unc. i. chelidon. maj. cum toto & summis, centaur. an. M. j. coq. in equalib. partibus Vini Rhenani & Aq. fontan. ad tib. colatur. dissolv. Syr. de s. radicibus unc. ij. m. f. Apozema, de quo capiat tib. calidè manè & serò, usque dum convaluerit.*

*De libro, colicā neutrām prægressā.*

Color flavus in toto corpore, praesertim in oculorum albis est conspicuus, quo quidem colore objecta omnia apparent affl. & tis, tincta, corporis pruritus, segnities, & lassitudo, linguae amator, vomitus biliosus interdum, singultus, egestio alba, urina crocea & pannum immersum eodem colore inficiens, morbum indigitant.

Exhibeat potio purgativa communis, dein aggreditur usum sequentium; & durante eorundem usū, Catharticum præscriptum quarto quoque die exhibeat.

*24. Conserv. Absinth. Rom. conserv. flaved. Aurant. an. unc. i. Angelic. condit. nuc. moschat. condit. pulv. Ari compos. & chalyb. cum aceto preparat. an. unc. s. Extract. Gentian. & tremor. Tartar. an. 3ij. croc. Anglic. pulv. 3s. cum s. q. Syr. de s. radicibus f. Electuarium, de quo cap. ad magnitud. nuc. moschat. manè & horā quinta pomeridianā [vel vice Electuarii sumat pilulas chalybeatas] superbibendo post matutinam dosin aquarum mineralium purgantium tib. & post pomeridianam dosin Apozemat. in colica hysterica descrip. lib. 6.*

At si signa hydropis adfuerint, tam mane quam serò apozena superibibat.

Si vel his diu continuatis morbus adhuc persistet, ad aquas ferreas eundum est, quæ ex ipso fonte sunt bibenda.

*Ad præcavendum abortum.*

Eadem præscribenda, ac in Fluxu mensium immodico, omissis solummodo charsi & succis.

*De immodico lochiorum fluxu.*

Fluxum lochiorum naturalem tria constituunt, sanguis scilicet purus, copiosus, per triduum primum fluens; dehinc sanguis aquosus, loturæ carnium crassiori similis per quatriduum præter propter durans; hinc postmodum materia viscosa & mucilaginosa, paucò aut nullo sanguine permista, per quinque aut septem dies prodiens, & sic porro ad mensis finem.

Fluxus autem eorum immodicus dijudicandus est ex virium dejectione, animi deliquio, sanguine grumoso effluente, cibi fastidio, dolore in hypochondriis, ventris tensione, pulsu debili & frequenti, visus obtenebratione, aurum tinnitus, & convulsionibus.

*Victus incrasans instituatur, & potus sequens addatur,*

*24. 41.*

**¶.** Aq. Plantag. vin. rubr. an. lib. j. cqq. fum. ad tertias, & deinde edulcoratur s. q. sacchar. albiss. cuius, cum frigescat, cap. lib. b. bis vel ter in die.

Interim Julap. aliquod Hystericum [at satis mite] subinde propinetur, & nodulus sequens naribus applicetur.

**¶.** Galban. Ase fætid. an. 3ij. castor. sal. succin. volatil. an. 3b. m. f. nodulus, vel.

**¶.** Sp. salis Ammonias. 3ij. quem sæpe olfaciat.

*De suppressione Lochiorum.*

Intumescit venter, dolor gravatus imum ventrem, lumbos & inguina occupat, facies rubescit, difficilis est respiratio, perturbantur oculi, rigores, febres acutæ adsumunt, animi deliquia, sudores frigidi, pulsationis & ardoris sensus in utero; paralysis in partibus inferioribus, ut & interdum epilepsia.

E vestigio lecto addicatur, & Emplast. hystericum umbilico admoveatur quamprimum; Elect. seq. adhibeatur.

**¶.** Conserv. Absinth. Rom. Rut. an. unc. i. Trochisc. è Myrrh. 3ij. Castor. croc. Anglic. sal. volatil. sal. Armoniac. & Ase fætid. an. 3b. cum s. q. Syr. è s. radicib. f. Elect. cap. ad magnitud. nuc. moschat. quarta quaque hora, superbibendo seq. Julap. Cocl. 4. vel 5.

**¶.** Aq. Rutae unc. iv. Bryon. compos. unc. ii. Sacchar. cand. q. f. f. Julap. vel sumat Trochis. de Myrrh. 3j. quarta quaque hora.

Si tota prædictorum quantitas consumatur, & Lochia adhuc supprimantur, Landanum unica saltem vice exhibendum ut Landan. Liquid. gutt. xiv. in Aq. Bryon. compos. vel Landan. solid. gr. ii. cum Ase fætid. 3b. in pilulas duas redactum.

Si hæc nihil proficiant, tum Enema ex lacte Saccharato, unica saltem vice injiciatur.

*De Hydropoe.*

Foveæ à digitorum impressione in surarum parte inferiori sub noctem conspicue manè evanescentes, hoc malum primum indicant, maximè si spiritus interim ægrius ducatur (haud raro tamen fæminæ prægnantes, & quibus catamenia fistuntur: ut & viri ab asthmate itinerante derepentè liberati eodem tu more tentantur) pedibus crurisque ad extremum extensis, in abdomen ruunt aquæ, & ad ultimum capacitatis suæ limen paulatim distendunt, donec tandem in viscera nobiliora impetu ab iis facto æger submergitur. Pro rata qua partes à morbo obfessæ mole augentur, aliæ magisque gracilescunt, urgentibus dyspnœâ, urinæ paucitat , & siti intensâ. Viros ingravescente æstate, fœminas, ubi jam parere desierint, ut plurimum adoritur.

Indicationes curativæ dirigendæ sunt primo ad aquarum evacuationem, deinde ad instaurandum sanguinis robur; quo novus aquarum proventus præcaveri possit.

**¶.** Vini albi 3iv. Julap. subtiliss. pulv. 3j. zinzib. pulv. 3b. Syr. de spin. Cervin unc. j. M. f. Potio, sumendaque singulis vel alternis diebus, pro ratione viuum donec partes affectæ detumuerint; vel,

**¶.** Tamara

**¶.** Tamarind. uno. R. fol. Senn. Zij. Rhei. ZiB. Coq. in f. q. aq. ad unc. iij. in Colatur. dissolv. Manne & Syr. Resolut. an. uno. j. Syr. de Spin. cervin. unc. ss. Elect. è succ. Rosar. Zij. M. f. Potio, sumenda ut supra; vel,

**¶.** Pil. ex duob. Æj. Elater. gr. iij. Ol. Chym. Caryophyl. gutt. ij. f. Pil. N. iij. cap. summo manè, repeatanturque, ut opus fuerit; vel,

**¶.** Gambugii gr. xv. vin. alb. & aq. Cichor. an. unc. ss. m. f. Potio sumenda ut supra; vel,

**¶.** Cortic. interior. Sambuc. & latt. pertibus aq. è ligno derasf M. iij. soq. in aq. mistorum libj. ad libj. Colaturæ capiat dimidiæ partem manè, & alteram serò quotidie, donec convalescat. At hoc remedium, nisi in corporibus, quæ facillimè purgativis cedunt, nihil confert.

Circa usum Catharticorum in hoc morbo hæc tria advertenda sunt.

Primo, utrum ægri corpus facile, an verò difficulter Catharticis cedere soleat, cum in iis qui facilè purgantur Syrup. de Spin. Cervin. solus ad unc. i. exhibitus, aquas sat copiosè eliciat, in illis verò, qui difficulter purgantur, Cathartica supra descripta, utut valida, vix scopus attingant.

Secundò, Cathartica omnia, quæ segniùs operantur, magis officiunt quam proslt; quamobrem purgatio paulò fortior & nimia, justo debiliori est preferenda.

Tertio, Aquæ eâ maximâ celeritate exhaustiri debent quam ægri vires ferre bucant: ne nimis longa inter purgationes intervalla adhibendo, aq. denuò affatim colligantur.

Est autem ubi medicamenta omnia, qualisunque demum generis, quæ alvum movent, protus omitti possint ac debeant; quoties enim æger constitutio est infirmiori, vel foemina vaporibus obnoxia, aquarum evacuatio Diureticis solùm committenda, inter quæ ea sunt efficacissima, quæ ex salibus Lixivialibus fiunt; ut,

**¶.** Cinerunc Genista libj. infundantur frigidè in vini Rhenani, libiv. liquoris per filtrationem colati unc. iij. manè quintâ pomeridianâ & serò singulis diebus exhibeantur, usque dum humor evanuerit.

Aquis jam penitus evacuatis Calefacientia & corroborantia medicamenta usurpanda; ut,

**¶.** Rad. Raphan. Rustican. fol. Cochli. hortens. absinth. vulgar. Salv. summata. centaur. min. & Genista, infundantur in cervisia forti pro potu ordinario, qui potus incipienti hydropi aliquando sine Catharticis subvenit, vel sequent utatur.

**¶.** Conserv. Cochli. hortens. absinth. Roman. an. unc. j. Extracl. Gentian. Absinth. vulgar. & Centaur. min. an. zuij. cum f. q. Syr. è cortic. cirr. f. Electuarium, de quo sumat ad quantitatem nuc. moschat. maj. manè, quintâ pomeridianâ, & vesperi, superbibend. unc. iv. sequentis infusionis.

**¶.** Rad. Gentian. unc. j. summitat. Genist. Centaur. min. & Absinth. vulgar. an. Mi. Sem. foenicul. & Petroselini an. Zij. incisis minuteim affunde vini Rhenani libiv. stent simul in infusione frigida, & coletur solummodo tempore usus.

Notandum

Notandum, cum ad corroborantium usum deuentum fuerit, nequam nullo modò esse purgandum, tantisper dum sanguinis corroborationi naverur opera,

Quod & per salium Lixivialium usum omnino observandum; quo quidem tempore pariter corroborare convenit.

**L.** Rad. Raphan. Rustican. unc. iii. fol. Cochl. Hortens. Absinth, vulg. salvia, summitat. Centaur. & Genista, an. M. iiij. Aurant. incis. N. iiij. Infundantur in Congio vij. Cerevisia fortis non lupulata, inter fermentandum; sit pro potu ordinario.

### *De Gonorrhœa virulenta.*

Corripiunt dolor genitalium insolitus, & rotatio testiculorum in non recutitis macula morbilli & mula glandem occupat, statim à cuius exortu liquor, seminis instar, exstilat, qui quotidie à seminis colore & consistentia recedens flavescit tandem dilutius ovi vitello; in lue virulentiore virescit, & aquo humori permisceatur sanguine tincto. Pustula dicta ulcus fit, aphthis infantura simile, indies latius & profundiùs depascens, superveniente orificii callo. Verpi non glandis ulcere, sola Gonorrhœa tentantur. Mox magnus dolor in pene, quoties erigitur, quasi manu transversus fortiter constringeretur, noctu præcipue urget, dum æger lecto incalescit. Curvatur penis à fræno contracto. Accedit ardor urinæ, inter mingendum vix perceptibilis, sed mixtu finis, per urethram ductum acriter urens, maximè quā in glandem desinit. Carunculæ lotii exitum quandoque impediunt, & scrota dolor ac inflamatio nonnua- quam superveniunt.

**L.** Mass. Pil. Cochl. maj. 3iiij. Extract. Rud. 3i. Resin. Jalap. & Diagryd. an. 3b. cum f. q. Opopobalsam. f. Pilul. è singulis drachmis vij. Cap. iv. singulis Aurora, donec utinæ ardor & color flavus materiæ seminiformis, admodum immittuantur. Postea alternis diebus ad septimanas adhuc duas; ac sub finem bis in septimana, donec humor stillare protulsi cessaverit.

In iis, qui difficulter purgantur, subinde intercalari possit potio communis purgativa, cui addantur, Syr. è Spin. Cervin. & Elett. è Succ. Rosar. an. 3i.vel, curatione minus feliciter succedente Turbith. Minerale ad gr. viij. exhiberi potest bis vel ter, diebus quatuor interpositis, vel vice Turbith. Mineral.

**L.** Pil. ex duob. 3ss. Merc. dulc. Æd. cum f. Opopobalsam. f. Pil. iv. summo manè sumendæ.

Si æger à dicta Catharsi abhorreat, pilulas primò descriptas, tribus Auroris, continuis sumptas, tum manè & hora quinta pomeridiana quotidie injiciatur Clyster sequens, nisi quod semel aut his in hebdomade, omisso Clystere, Cathartic. imperandum.

**L.** Elett. è succ. Rosar. 3vj. Terebinth. Venet. Vitello ovi solut. 3ss. disolvantur in Aq. bord. Hj. Colatur. adde Syr. Violar. unc. ij. M. f. Clyster.

Singulis noctibus Cap. Opopobalsam. vel Balsam. è Mech. gutt. xxv. Sacch. frustulo exceptas. Hujus defectu Terebinth. Cypr. ad quantitatem Avellanae substitui possit.

Sit pro potu hydrogalæ; at Cerevisia tenuis in pastibus.

Vel sequentem methodum aggrediatur.

R. Pil. ex duob. 3 ss. Opobalsam. gutt. iij. f. Pil. N<sup>o</sup>. iiij. Cap. horâ quartâ matutinâ, superdormiendo, repeatanturque alternis diebus, vel tertiatâ quâque die. Diebus à purgatione vacuis injiciatur manè & horâ quintâ pomeridianâ Clyster supra descriptus.

Procedente curatione (quâcunque è demum methodo tentetur) sanguis sub medium curationis semel vel bis mittatur, & diæta refrigerans & incraßans præscribatur, & medicamenta iisdem virtutibus pollutia, qualia sunt hydrogalæ, Emulsiōnes ex seminib. frig. &c.

Si Penis Tu. more afficiatur.

R. Rad. Altheæ, Lilior. an. unc. ijs. fol. Milv. Verbæc. Sambuc. Hyoscyam. fl̄r. Chamamel. Melilot. an. M. j. sem. Lini, Fœnugræc. an. unc. ss. coq. f. q. Aq. fons. & f. fotus parti affectæ admovendus per horæ unius spatiū bis vel ter in die.

Peractâ fomentatione, perungatur pars affecta ol. sem. Lin. rec. extract. dein Emplast. è mucilaginibus aiute agnina inductum labiis præputii tumidis circumponatur.

Si ulcus in præputii labiis, vel in subiecta Glande, hæreat, tum sequens Linimentum præscribatur.

R. Unguent. Basilio. 3 vj. Unguent. Nicotian. 3 ij. præcipitat. Aq. Rosar. loti & optimè levigat. 3 ss. M. f. linimentum, quo lintei rasura in buatur, & ulcusculo admoveatur semper post fotus præscripti usum.

Si scrotum tumore afficiatur, itatim sanguis è brachio extrahatur, atque bis in die fotus præscriptus parti affectæ admoveatur, singul. fotibus addendo Sp. vin. Gallic. Cochli. vel alterum, vel Cataplasma ex Oxyerato & farina fabarum ejus loco applicandum.

Catharticis interim & refrigerantibus modò descriptis introsumptis utendum est.

#### De Lue Venerea.

Ubi aut à Gonorrhœæ mora, aut indebito astringentium usu labes sanguini imprimitur, exoritur Lues. Compacent in inguine bubones, in capite doles & artibus, articulorum intersticiis, noctu præcipue invadentes in lecto calidos; crustulæ & porrigines in variis corporis partibus, que ad instar favi flavescunt. Quo magis scabies diffunditur, tantò minùs æger discriuatur. In cranio, tibiis brachis; que exostoses, ossium inflammatio & caries; ulceræ phagedenica in variis partibus, sed fauces ut plurimum primò aggredientia, quæ sensim per palatum in nasi cartilaginem propagata, mox eam absument, ita ut fulcro destitutus nasus planè concidat. Ulceribus, carie & dolore indies exacerbatis, pereunt per vices membra; lacerum donec cadaver, & jam Superis grave humo condatur.

R. Axung. Porc. unc. ij. Mercur. crud. unc. j. M. f. Linimentum, in tres æquales partes dividendum, quarum unâ brachia, crura & tibias ad tres noctes continuas manibus suis æger perungat.

Si

Si intra tres dies post ultimam inunctionem salivatio haud procedat, tum gr. viij. Turbith. Mineral. in conserv. Rosar. rubr. exhibeantur, aut corporibus minus robustis, Merc. dulc. Ðj. Sed si salivatio jam incepta prius elanguecat, quām symptomata penitus disparuerint, extimulanda subinde est eādem dosi Mercur. dulc.

Ptyalismus ita moderari debet, ut lib. iv. Nycthemeri spatio expuat, aut circuit r.

Si justo altius exurgat Ptyalismus, cum inflammatione nimia, atque id genus symptomatis ingruentibus aliquantulum reprimendus est medicamentis Catharticis, donec debitum gradum attingat.

Quamprimum symptomata cessaverint, statim immutentur indusum & tori linteas; at sint ea, quae prius usurpata fuerint.

Si Diarrhoea supervenerit [ quod plerumque accidit antequam salivatio bene assurgat ] tunc fistenda est usū Laudan. Liquid. ita dosin augendo, ut debitum opus absolvat.

Si os exulceretur, Aq. Ros. Damascen. vel lacte Aq. permisto, vel seq. decoct. idem colluatur.

R. Rad. Alth. Herd. mundat. an. unc. j. sem. Cydonior. unc. ss. cog. f. q. ad lib. ij.  
M. f. Gargarisma, quo sèpius utatur.

Diæta & reliquum ægi regimēn, eadem at in Catharsi imperanda, nisi quod pr̄mis aliquot diebus liquore possetico, jusculis avenac. hordeac. ac cerevisia tenui tepefacta nutriatur.

His omnibus ritè peractis [ etiamsi symptomata omnia evanuerint, ac subinde morbus penitus profligari videatur ] quo minus recidivam postliminio patitur, ægro semel in septimana per 4. vel 6. vices, Merc. dulc. Ðj. exhibendus, ut cunque bene se habeat, & etiamsi jam domo egrediatur.

*De Fluore albo.*

Quod effluit, modò album, modò pallidum, flavum, viride aut subnigrum modò acre & erodens, tettum quandoque & graveolens, decoloratur facies, dolet spina dorsi, prosternitur appetentia, oculi pedésque intumescunt.

Mittatur sanguis è brachio ad unc. viij.

R. Pil. Coch. maj. Ðij. Castor. gr. ij. Balsam. Peruv. gutt. iiij. f. Pil. No. iiiij. cap. horâ quartâ matutinâ, superdormiendo; repenanturque per duas alias vices interponendo diem unum vel alterum pro ratione virium.

R. Aq. Rut. unc. iv. Aq. Bryon. comp. unc. ij. Sacchar. Crystall. q. f. f. Jula-  
pium; Cap. Cochl. iiij. vel iv. in omni languore; deinde aggrediatur ulsum sequentium.

R. Theriac. Andromac. 3 ss. Conserv. flaved. Aurant. unc. j. Diascord. unc. 8. Zinzib. condit. & nuc. moscat. condit. an. 3 iiij. Pulv. è Chel. cancer. comp. 3 ss. cort. exterior. granat. Rad. Angeli. Hispan. corall. rubr. preparat. & Trochisc. de terra Lemnia an. 3j. Boli Armen. Ðij. Gumm. Arabic. 3 ss. cum f. q. Syr. de Rossis siccis f. Electuar. de quo sumat ad magnitud. nuc. moschat. maj. manè, horâ quinta pomeridianâ, & nocte per mensem integrum, superbibendo sequent. infus. Cechl. vj.

**2.** Rad. Ennl. campan. Imperator. Angelic. Calami Aromat. an. 3. fol. Ab-  
fisth. Roman. Marrub. alb. Centaur. min. Calamenth. vulgar. salv. sic. an. M. j.  
Junip. unc. j. incidentur minutim & infundantur in Vini Canarini H̄iv. stent simili  
in infusione frigida, coletur tantummodo tempore usū.

Vescatur cibis eupeptis, & abstineat ab usu olerum & fructuum qualiumcun-  
que, & singul. pastibus bibat vinum Hispalenicum.

#### De Diabete.

Succi sanguini illati per vias urinarias crudi & incocti exitum sibi querunt,  
unde sensim labefactantur vires, colliquescit corpus, & quasi substantia ejus per  
hanc cloacam exinanitur, cum siti, ardore viscerum, lumborum coxarumque in-  
tumescientiā, & salivā spumosa expuitione crebrā.

Eadem præscribendi sunt, quæ in fluore albo, omissis solummodo Venæ sectio-  
ne & Catharsi.

#### De Dolore Hemorrhoidum.

Intensissimus inter excernendum dolor excruciat, & excrementi superficies  
cruore conspergitur: Nonnunquam tumores verrucis similes in sphinctere de-  
litescant, vel in margine ani apparent.

Mittatur sanguis è brachio dextro ad unc. x.

**2.** Sem. Melon. Pepon. an. unc. ss. Sem. papav. alb. 3ij. Amygd. dulc. excorci-  
cat. No. v. contundantur in mortario marmoreo, sensim affundend. Aq. Hord. H̄is.  
Aq. Rosar. 3ij. Sacchar. albi. q. s. f. s. a. emulsio; Cap. s̄epiuncule.

**3.** Flor. Sulphuris, Pulv. Glycyrrhiz. Salvia an. 3j. cum s. q. Balsam. Lucat. f. Pil.  
è sing. drachm. vij. Cap. iiij. ter in die, superbibend. Emuls. præscript. Cochl. vij.

**4.** Aq. Spermat. Ranar. unc. iiiij. in qua dissolv. Lithargyr. 3ij. Opii ðj. f. mix-  
tur. cuius tantillo Linteum madefactum parti affectae applicetur, vel si tumor  
intus lateat, Cochl. iij. ejusdem mixturæ modo Clysteris injiciantur.

Pro Potu ordinario bibat aquam cum lacte coctam, vel aquam hordei, & à  
carnis usa abstineat. Singulis noctibus sumat Diacodium.

#### De fluxu Hemorrhoidum immodico.

Innotescit ex viribus prostratis, copia & diurnitate sanguinis excreti, fæ-  
do corporis colore, ad citrinum [ ut in ictero ] vergente, Succedit cachexia, &  
deinde hydrops.

Eadem conferunt, quæ in fluxu mensium immodico, omisâ solummodo Ca-  
tharsi.

#### De Epilepsia Puerorum.

Vel primo mense aggreditur à frequentibus nimis alvi dejectionibus; [ quo in  
casu Diacordium ad quantitatem grani piperis in Aq. Saxifrag. aut latte materno  
solutum, & exhibitum, præstantissimum est remedium. ] Vel circa dentitionis  
tempus, à septimo ad decimum mensem, tussi comitata est, aut ( quod multo  
deterius ) vomitu & diarrhœa, viridiâ ( ut solent hystericae ) egerente infante.  
Quandoque improviso occupat paroxysmus, os oculosque distorquens, ni-  
gredine vultum perfundens, & artus varios convellens; quandoque præsentior  
ex digitorum in pugnum contractione, & ex stabili & insolita oculorum orbi-  
tarum

tatum immobilitate. Nunc seriūs, nunc ociūs se proripiunt paroxysmi, certā subinde periodō, vagō aliās insultu revertentes: sed, appetente morte, à tergo se invicem premunt: Si quando inducias dent, in soporem proclives sunt infantes, donec à novo resuscitentur insultu.

Applicetur *Emplastr. Epistastic. cervici quamprimum.*

**¶.** *Aq. Epilept. Lang. 3ij. Landan. Liquid. gutt. j. vel iiij. vel plures, pro ratione etatis. Syr. paeon. 3j. M.f. Haustus, sumendus quamprimum.*

**¶.** *Aq. Ruta 3ij. Aq. Epilep. Lang. & Aq. Bryon. comp. an. 3j. Syr. Caryophill. 3β. M. f. Julap. Cap. Coch. j. singulis horis, si haustus præscript. paroxysmum non fugaverit.*

### *De Rachitide.*

In Rachitide adsum partium laxitas & mollities, debilitas & languor, ignavia & corpor, & inæqualis earundem nutritio, viz. caput justo majus, facies plenior & floridior, partes carnosè infra caput emaciantur, nodis protuberant articuli, maximè carpi, paulo minùs tali, tument & extremitates costarum, ossa incurvantur, præcipue tibiæ & fibulæ, hinc ulnae & radii; aliquando femoris & humeri, dentes tardè & molestè erumpunt, vacillant, nigrescunt, & frustulatim excidunt, pectus à lateribus angustum, anterius acuminatum, abdominis repletio, & hypochondriorum tensio, tussis & pulmonum vitia laceſſunt, lateralis decubitus modò dextri, modò sinistri averſatio.

**¶.** *Fol. Absynth. Vulgar. centaur. minor. Marrub. Alb. chamadryos, Scordii, calament. vulg. Parthen. Saxifrag. pratens. hyper. Virg. aurea, serpill. menth. salv. Rutæ card. Benedict. Puleg. Abrotan. chamael. Tanacet. Lilio. convall. omnium rec. collect. & incis. an. M.j. axung. Porcin. 1½. sev. ovin. & Vin. claret. an. 1½. macerentur in olla fictili super cineres calidos per horas xij. deinde ebulliant ad humiditatis consumptionem, & postea colentur, ut f. Linimentum, quo venter & hypochondria illinantur manè & ferò, ut etiam artus hoc malo affecti, per 30. vel 40. dies, vel donec convaluerit.*

**¶.** *Singulor. ingredient. prescript. an. Mij. infundantur frigidè in Cerevisiæ non Lupulat. Cong. iv. pro potu.*

In Tumoribus Infantum ventres occupantibus eb Evacuationibus nimiis procedentibus.

Sanguis & Viscera herbis corroborantibus confortentur, ut in Rachitide vera; nisi quod axillæ etiam utræque inungantur, at non artus.

### *De Febribus à Dentitione Ortis.*

*Sp. C.C. gutt. ij. vel iiiij. vel viij. pro ratione etatis in Cochli. j. vel altero Aq: Cerasor. nigr. vel Jalap. alterius appropriati; exhibeantur quarta quaque horâ ad vices quatuor, vel sex.*

### *De Febre heētica Infantum.*

Sine insigni calore languent cum appetitus dejectione, artus & truncus corporis emaciantur.

*Rhabarb. incisi 3ij. in lagenam vitream cereris tenuis 1½. capacem immittantur pro potu ordinario.*

Epota hoc liquore, alia *Wij.* eidem Rhabar. super affundantur ad tertiam vi-

cem.  
Si verò potus vi Cathartica saturatiū impregnetur, tum *Wij.* epota alteri cere-

visia mox adjiciatur.

### *De Tussi Puerorum Convulsiva.*

Phlebotomia, & repetita Catharsi, eaque sola, expugnatur hæc tussis, malum alias pertinacissimum, & fere insuperabile; sed leniora tantum cathartica hic convenient, eaque Cochleatim ingerenda sunt, pro ratione ætatis.

### *De Hemorrhagia Narium.*

Dolor & calor sinciput lancinant.

Sanguis è brachio frequenter extrahatur; victus ratio refrigerans & incras-  
sans injungatur, Julap. refriger. & incrasans, cum Emulsionibus refrigeranti-  
bus præscribantur.

Singulis diebus injiciatur *Enema refrigerans*, atque omni nocte *Paregoric.*  
*ex Syrup. de Mecon.* exhibeat, & semel vel bis *potio purgativa commun.*  
præscribatur.

*Lintea quadruplicata immersa Aq. frigide*, in qua sal *Prunell.* dissolvatur,  
& postea leviter expressa admoveantur nucha, & utrinque cervici laepius in  
die.

Post Evacuationes liquor seq. applicetur.

*¶ Vitriol. Hungar. & Alum. an. unc. j. Phlegm. Vitriol. lbs. Cog. tam-*  
*din, donec omnia fuerint dissoluta, liquorem frigefactum filtra, & à Crystal-*  
*lis subinde natis separa, liquori residuo adde Ol. Vitrioli duodecimam partem,*  
*vel potius.*

*¶ Aq. Plantag. unc. iij. Bol. Armen. subtiliss. pulver. unc. 8.* probè mis-  
ceantur; Turunda ex linteo raso liquore hoc humectata nari, ex quo sanguis stillat  
indatur per dies duos istuc relinquenda.

Hoç minus succedente, *Vitriol. Rom. Aq. commun.* dissolvatur, qua Turunda  
imbuta nari indatur, liquore etiam hoc linteamina imbuta, & applicata sanguinem  
sistunt si ex parte externa dissfluat.

### *De Chlorosi.*

Adsum vultus & totius corporis decoloratio, intumescentia in facie, pal-  
pebris & malleolis, gravitas totius corporis, crurum ac pedum tensiva lassitu-  
do, respiratio difficilis, cordis palpitatio, capitis dolor, pulsus febrilis, som-  
nolentia, pica, & mensium suppressio.

Sumat *Pilulas Chalybeatas*, vel *Pulv. Chalybeatum* in affectione hysterica  
præscript. plus minus pro ratione ætatis, superbibend. haustum vini cuiuslibet  
ad libitum, vel infusion. corroborant. cum Rad. Angelic. ibidem de-  
scriptam. Si *Ægra* non valde debilis fuerit, purgetur semel vel bis ante præ-  
scriptorum usum.

### *De Suppressione Mensium.*

Cibum fastidiunt mulierculæ, fœdus faciei color est, gravitas totius cor-  
poris, dolores sincipitis, lumborum, crurum & imi ventris: pedum tumores  
infestant.

Eadem

Eadem præscribenda ac in Hysterica affectione; at si iisdem remediis affectus non cesserit, tum seq. sunt præscribenda.

Singulis Auroris, & quarta pomeridiana, sumat *Julap. Hysteric. sine Calcor. Cocht. v. instilland. Sp. C. C. gutt. xij.* Singulis noctibus sumat cubitum itura *Tiechis. de Myrrb. Æj. cum syr. de Artemis. in formam boli, vel Pil. Redact.*

*De Vomitu sanguinis, vel etiam de Hamoptœ.*

In Hæmoptœ dolor & calor pectus obsident, cum debilitate quadam.

Mittatur sanguis ex brachio dextro ad unc. x. Sequenti mane sumat portionem purgativ. commun. & eadem nocte Paregoric. ex unc. iij. Aq. Cerazor. nigr. & Syr. de Mecon unc. i.

Postea aggreditur usum sequent.

*R. Bol. Armen. unc. j. Pulv. Radic. Symphit. 3ij. Terr. Sigillat. Lapid. hematit. & Sang. Dracon. an. 3j. Sacchar. Albiss. ad pondus omnium; M. f. Pulvis subtilissimus, cuius cap. 3j. manè, quinta promeridina, & nocte, superbibend. sequent. Apozemat. unc. iv.*

*R. Fol. Plantag. Rubi Sylvestris, & millefol. an. M. j. coq. f. q. Aq. ad tb. R. in Colatura dissolv. Syrup. de Symphyt. unc. ij. M. f. Apozema; vel cap. Cochl. vj. sequent. Tincturæ.*

*R. Flor. Ros. rubr. 3vi. Cort. intern. querc. unc. 8. sem. Plantag. parum confus. 3ij. Aq. font. Ibj. Sp. Vitriol. q. f. ad levem aciditatem, infundatur in vase diuso, calore leni. per 4 horas; Colatur. adde Aq. cinnam. Hordeat. unc. iij. Sacchar. Albiss. q. f. ut f. Tinctura gustui grata.*

Si ab usu Pulveris abhorreat, utatur Electuario in fluxu mensium immodico præscripto.

Enema quotidie iniciatur, & Diacodium hora somni propinetur.

Phlebotomia insuper semel, bis, vel ter (ut opus fuerit) reiteretur, diebus aliquot interpositis, & semel iterum, si res postuleret, repetatur potio purgativa.

Diæta incrassans & refrigerans observanda.

#### *De Punctura Tendinis.*

Humor aqueus, vel ichor quidam, ex orificio veræ incisæ jugiter distillat.

*R. Rad. Lilio. alb. in. lacte vaccin. ad teneritud. coct. & contus. unc. iv. farin. sem. Lin. & Avenac. an. unc. iij. coq. ad cataplasmatis consistentiam in eodem lacte, quo radices cocta fuere, applicetur parti effœdæ matæ & seid.*

#### *De Ambustis.*

Foveatur pars affecta linteis *Sp. Vini imbuvis*, usque dum evanescat dolor, ac deinceps de novo imbuatur linteum quod ter vel quater in die patti affectæ applicetur.

#### *De Mania communi.*

A nimis exaltata & vivida sanguinis crassi oritur. Est & alia mania species febres intermittentes diurniores excipiens, in stultitiam tandem degenerans, producta quidem à debilitate & vappiditate sanguinis, à diutina fermentatione. Præscribantur itaque cardiaca generosiora, viz. Theriac. Andromach. Electuar. de ovo. Pulv. Comitiss. Pulv. Gualt. Rawleigh, in Aq. epidem. theriacal. vel. alia, & diæta instituatur analeptica.

In junioribus mittatur sanguis è brachio ad unc. viij. vel ix. bis vel ter, diebus tribus inter singulas Venæ sectiones interpositis. Tum semel extraheatur sanguis è venis jugularibus. Postea tota curatio innitatur sequenti Cathartico, quod sumat terra vel quarta quaque die, donec convaluerit, hoc interim observando, quod cum octies vel decies purgatus fuerit æger, exhibito Cathartici ad septimanam unam vel alteram omittatur.

*Et Pharmac. domestic. [i. e. Rad. Bryon. alb.] pulv. 3j. lactis vaccin. unc. ii. vel,*

*Eiusdem unc. 8. vel 3vj. Vin. alb. unc. iv. infundantur per noctem, in calatura dissolve Syr. Violar. unc. j. M.f. Potio; vel,*

*Gambugi gr. xxv. Aq. Cerasor. nigr. unc. iij. Syr. Caryophyll. unc. 8. f. Potio.*

#### *De Contusionibus.*

Mittatur sanguis è brachio lateris affecti ad unc. x. seq. exhibeat potio communis purgativ. ac deinceps eodem modo Venæ sectio & purgatio alternatim reperantur, donec æger convaluerit. Interim toto decursu, si intermixtae partes lædantur, sequentia præscribantur.

*Decoct. Pectoral. Ibiß. Syr. Violar. cap. Ven. an. unc. ij. f. Apozema; cap. Ibiß. ter in die. Item Ol. Amygd. dulc. rec. Cochl. j. sèpius propinetur.*

*Ol. Amygd. dulc. unguent. Dialth. & Pomat. an. unc. j. M. f. Linimentum, quo inungatur pars læsa manè & serò, superimponend. fol. Brassicæ.*

#### *De furfure, sive porrigine capitis.*

*Potio purgans communis bis propinetur, dein.*

*Ol. Amygd. Amarar. & Laurini, Cinerum fol. Abrotani an. unc. j. misceantur probè, & f. Linimentum, quo inungatur totum caput singulis matutinis, diligenter infricando, & postea superimponendo vesicam suillam.*

At primùm abradatur totum capillitum, & postea defricentur squammulae sensim singulis auroris, prout decidere pronæ fuerint.

#### *De Morsu canis Rabidi.*

Post 40 dies aut plures melancholica adsunt symptomata, febris, sis, hydrophobia, & tandem partium extremarum convulsio.

*Sp. vin. optimè rectificat. 3iv. Theriac. Andromach. 3j. f. mixtura. quæ illinatur pars læsa ter in die, superimponendo linteum eadēmixturā imbutum.*

#### *De Ulcere Vesicae.*

Pus graveolens, aut sanguis, nonnunquam squammulae seu pellicule membranæ ac veluti furfuraceæ crustulæ (sic in renibus hæreat ulcus catunculae minutæ, aliquando crassiores) una cum urina excernuntur, perpetua dysuria & continuus earum partium dolor infestant; renibus autem affectis ulcere, dilatida dysuria & doloris dantur intervalla, pus etiam excretum copiosius est, album, leve & minimè foetidum, lacti similis profunditur urina: & longè post mictionem pus ab eo separatum in fundo residet.

*Emplastr.*

**L** Emplastr. Flos unguent. dict. 3iij. f. Pil. N. ix. cap. iii. horis medicinalibus, superbibendo sequentis Aq. Cochl. vij.

**¶** Rad. Foenicul. Consol. Aristoloch. & Caryophyll. an. 3iij. fol. Agrimon. Hyper. Sanicul. Plantag. an. M. vj. incidentur minutim, & destillentur in vini alb. & last. an. Thiv. & eliciantur solummodo Thiv. pro usu.

**¶** Pulv. rad. Consolid. maj. & gumm. Arab. an. 3j. Sacchar. Penid. 3j. f. Pulv. cap. Cochl. j. bis in die.

*De Astmate inveterato in iis, qui sanguineo temperamento prædicti sunt.*

Dividitur in tres species; Dyspnœam, quæ difficilis est respiratio, in qua crebrior densiorque est spiritus tractio ex infarctu pulmonum sine stertore oriunda: Asthma, ubi frequens & magna respiratio, in qua diaphragma, musculi intercostales, tum etiam abdominis, violenter moventur, cum stertore & sibili. In priore specie substantia pulmonum, in posteriore bronchia opilantur. Et Orthopnœam, quæ est maxima spirandi difficultas, sub qua ægrotantes non nisi sedentes, erectâ cervice respirare possunt, Musculi etiam pectoris & scapularum vehementer exagitantur.

Mittatur sanguis è brachio. dextro ad unc. x. Die sequenti sumat potionem purgativam communem, quæ repetatur tertiatâ quâque die per duas alias vices.

Diebus à purgatione vacuis sumat sequentia.

Sem. Anis. subtiliss. pulv. 3ij. cum f. q. Balsam. Lucatell. f. pil. ex singulis drachmis vj. cap. iij. manè & quintâ pomeridianâ, superbibend. decocti Amari sine purgantibus unc. iv. calidè.

Si Symptomata adhuc maneant, repetatur de novo integer Processus.

*De Paralyſi.*

Sensus & motus in partibus quæ afficiuntur, vel simul, vel alterutra tantum facultas aut proorsus extinguitur, aut vitiatur.

Sumat pil. Cochl. min. 3ij. alternis maturinis per vj. vices; deinde capiat ter in die pet xxx. dies Eleæuar. Antiscorbutic. 3ij. superbibend. Aq. Antiscorbutic. Cochl. vj. Vide ut Scorbuto.

**R** Vnguent. Nervin. unc. iij. Sp. Lavendul. comp. & Sp. Cochl. hortens. an. unc. iij. M. & inungantur partes affectæ, ut spina dorsi, &c. manè & serò.

Pleraque præscriptorum, utut curationi scorbuti solum destinari videantur, attamen cum humores crudos ad fixos volatilisare præ aliis apta nata sunt, in Patalyſi etiam convenienti.

*De tuffi & Phthisi*

Tussis per se patet. Phthisis autem invadit ab ætatis anno 18. ad 35. Extenuatur totum corpus. Febris molestat hectica, à cibo invaleſcens (quæ ex celeritate pulsus, rubedinéque genarum dignoscitur) materia per tuffim excreta est aut purulenta, in ignem conjecta terrum spirat odorem, & immissa in vas aqua repletum, fundum petit. Sudores nocturni superveniunt, livescunt tandem genæ, facies paler, excuantur nares; temporum quoque collapsus, unguium incurvatio, capillorum defluxio, & alvi profluviū colliquatiuum, mortem statim subsecutoram denunciant.

Rrrr

Si

Si Tussis recens fuerit, & nondum febrim, aut alia signa Peripneumoniam notham comitantia, accersiverit, vel si à Pleuritide, aut Peripneumoniâ, ob neglectam sufficientem Phlebotomiam, malè curatis, eadem nequaquam orta fuerit, satis erit, ut æger per dies aliquot ab usu vini & carnis abstineat, & his similibus remediis ab libitum utatur.

*Balsamum sulphuris Anisatum ad gutt. x. Cochl. i. Sacchar. crystall. instillatum bis vel ter in die devoretur; ut etiam Tabellar. sequent. quas secum æger continuò portet unam frequenter assumat.*

*¶ Sacchar. cand. ½lb. coq. f. q. Ag. font. usque dum adhærescat extremis digitor. tum adde pulv. Glycyrrhiza. Enul. Campan. sem. Anis. & Angelic. an. ½lb. pulv. Irid. Florentin. Sulphur. an. 3ij. Ol. Chym. Anisi ðij. f. f. a. Tabella domestica vocand. atque hoc interim Eclegmate utatur.*

*¶ Ol. Amygd. dulc. 3ij. Syr. cap. Ven. Violac. an. unc. j. Sacear. cand. q. f. f. Lohoch. de quo sæpius lambat bacillo Glycyrrhiyæ, quando tussis urget.*

In defluxione tenui Eclegmata incrassantia exhiberi poterint.

Sin verò Tussis his remediis haud cessaret [principù autem si febrem comitem habeat, vel si à Peripneumonia aut Pleuritidi originem ducat] tum ineptum fuerit pectoralibus fidere, sed Venæ sectione & Cathartis debellanda est, ut in methodo, quæ in curatione Peripneumoniae nothæ describitur.

Verùm enimverò cum, his omnibus non obstantibus, Tussis non modò non curationi esserit, sed & diuturnâ Pulmonum concussione eos adeò debilitaverit, ut Phthisis tandem subingressa fuerit, tum hâc methodo procedendum.

*¶ Balsam. peruv. gutt. x. instillentur Cochl. j. Syr. Hedera terrestris, vel si id minus gratum fuerit ægro, Cochl. j. Sacchar. crystall. cap. ter in die superbibendo Dococti Amari sine purgantib. unc. iv. vel (si idem ventrem moverit) unc. iiij.*

Sed omnibus aliis (quotquot adhuc inventa sunt) Equitatio ad satis longa & diutina itinera facilè palmam præripit, hoc observando, ut si æger juvenilem ætatem prætergressus fuerit, plus temporis huic exercitio impendere debet, quam si puer æst juvens esset, & sanè haud multò certius Cortex Peruv. febri intermitenti, quam in hac ætate Equitatio Phthisi medetur.

#### De Scorbuto.

Ad sunt spontaneæ lassitudines, corporis gravitas, dyspnœa, præcipù ex motu corporis, gingivatum putrefactio, oris graveolentia, sanguinis è naribus crebra eruptio, ambulandi difficultas, crurum nunc intumescentia nunc extenuatio, in iisdem perpetuo maculæ lividæ, plumbeæ, flavæ, aut violaceæ, faciei color plerumque ex pallido fuscus.

Extrahitur sanguis è brachio ad unc. viij. nisi signa Hydropsis adfuerint: Seq. mane exhibetur Potio Purgat. communis, quæ repetatur tertiâ quaque die per duas alias vices.

Diebus à purgatione vacuis, uti etiam postea, per mensem unum vel alterum suuat sequentia.

*¶ Con-*

*R. Conserv. Cochl. hortens. unc. ij. Conserv. Lujul. unc. j. pulv. Ari compos. 3vj. cum s. q. Syr. Aurantior. f. Electuar. de quo cap. ad magnitud. nuc. moschat. maj. manè, quintà pomeridianâ, & nocte, superbibendo Aq. Raphan. compos. Cochl. vj. vel sequentis.*

*24 Rad. Raphan. Rustican. rafpat. libij. rad. Ari libj. fol. Cochl. hort. M. xij. fol. Month. Salv. Nasturt. Aquat. & Beccabung. an. M. j. Sem. Cochl. hort. parum contus. lib. B. nuc. Moschat. unc. B. Vin. Alb. lib. xij. destillentur organis communib. & eliciantur solummodo lib. vj. pro usu.*

*Vel Folia Rec. Cochl. hortens. per se destillentur. pro usu dicto.*

*Potro sequens cerevisia sit pro potu ordinario.*

*R. Rad. Raphan. Rustican. recentis incisi 3ij. fol. Cochl. hort. No xij. passular. enucleat. No. vj. Aurant. Cum toto incisi dimidium, in Lagenam vitream lib. ij. Cerevisia tenuis capacem subere mox probè obturandam immittantur.*

In hunc modum parentur eodem tempore sex Lagenæ pro usu, & post aliquot dies sex aliæ, antequam priores exhaustantur, & sic deinceps; vel;

Vice hujus Cerevisia seq. mixturæ Cochl. iij. vel iv. immisceri poterint singulis haustibus potus communis.

*R. Rad. Raphan. rustic. & sem. Cochl. hortens. an. unc. B. fol. Cochl. hortens. M. ij. pulv am unius Aurant. Contundantur simul in mortar. marm. sensim affunden- do vin. alb. lib. B. Coletur cum levi expressione, & reponatur pro usu.*

Eadem remedia, Phlebotomiâ & Catharsis omissis, in Rheumatismo scorbutico, sive hysterico, valde prosunt.

#### *Phthisis seu Tabis Descriptio & Cura.*

Plures sunt Tabis species: Prima ferè oritur e frigore hyeme contracto, Paulò enim ante solsticium Brumale quamplurimi ab ingruente tempestate frigida, russi tentantur: Quæ cum illos invaserit quibus pulmones ab ortu sunt infirmiores, omnino necesse est ut à repetitis Tussiendi conatibus magis adhuc debilitentur; atque ita tandem alimento sibi proprio assimilando, præ mala diabiles, propterus impares reddantur. Hinc jam ingens Pituitæ crudæ copia aggeritur, quæ continua pulmonum agitatione & vehementi nisu assatis per os rejicitur. Pulmones exinde pure referti purulenta *pusilla* quaqua-versum in carnes dispergunt. Hinc enascitur Febris putrida, cuius Paroxysmus sub vesperam fatigat, sub aurora nero sudore copioso ac vires imminuente solvit. Denique ad malorum cumulum Diarrhoea succedit, partim ab humoribus putridis ex arteriis Mesentericis in intestina depositis excretisque, partim à labefactato pessundatoque viscerum Tono. Atque ita datum æger proxima estate fato suo fungitur, à morbo cui prægressa Hyems viam straverat, extinctus. Atque hæc est præcipua Tabis species.

Potro cùm sanguis hac tempestate particulis humidis admodum scateat, respiratioque à sublta pororum contractione plus satis inhibetur, particulae hæ in pulmones depluunt per interspersos Venæ Arteriosæ ramos; vel per Ductus Salivales in glandulis fauces occupantibus reponuntur; unde jam humor per Asperam Arteriam delapsus in pulmones, Catarri ritu, eos ita

jugiter irritat, ut creber & vehemens tussiendi conatus, tum illam debilitatem, tum alia quæ diximus symptomata, brevi accersat. Cumque non jam amplius naturalem sibi pulmones œconomiam statumque tueri valeant; Glandulae & Tubercula adnasci solent; quæ in ægris ex hoc morbo descendantibus; si aspiciantur pulmones, purulenta sanie plurimum distenta reperiuntur.

Ubi semel invaluerit hic morbus & radices egerit, remedia plerumque aspernatur. Tentari uteunque potest Medicatio, minuendo causam defluxionis in pulmones, pertusa in Cubito Vena, Catharticis mitioribus, tum medicamentis pectoralibus dictis, ad varios morbi status accommodatis. In crassantibus sc. ubi humor subtilior & tenuior vim Expultricis facultatis videtur eludere: Attenuantibus vero ubi pituita crassior ægræ & cum molestia per os rejicitur. Dein & hectica Febris remedii refrigerantibus temperantibusque coercenda. Talia sunt *Lac. Afininum, Aqua Lattis Siliatitia, Emulsiones ex Amygd. dulc. Sem. Melon. Pepon. Papav. alb. Aq. Fl. Paralyse* &c. Venique & curando Ulceri opera danda est; cui rei Terebinthina illa Liquida, Opobalsamum vulgo dicta, apprimè conferre censetur.

Hujusce Morbi Curatio, me Judice, hac methodo optimè ac felicissimè instituetur. Primum educatur è brachio sanguis, dein subducatur Alvis ad tres dies continuos, vel *Pil. Coch. majoribus*, vel *Decoc. Leniente à nobis prescripto*. Tertia nocte exhibeatur *Syr. de Mec. unc. 3.* Intermissio biduo, triduove, pro re nata, repetatur Purgatio, idque toties fiat quoties opus esse videatur, donec symptomata vel prorsus evanuerint vel saltem mitescant. Post singulas Cathartes jam finitas Opobalsami gutt. *xx.* Sacchari particulae majori instillatas permixtasque nihil superbibendo. Vel Pil. è Terebinth. ex Insula Chio cum Saccharo cando confectam. Opobalsamum non assumendum est nisi prægressis evacuationibus debitis. Hujus loco *Electuarium è Balsamo Lucatelli, Glycyrrh. pulvere, semine Anisi & Terebinthina concinnatum* poterit substitui. Post evacuationes, sedulo conandum est ut Tussis sedetur, ne Pulmones jugi agitatione infirmiores evadant. Huc facit præ ceteris Syrupus jam laudatus, qui hac formula possit usupari, *24. Decoc. Pectoral. libr. i. Syr. de Mecon, Syrup. Capill. Ven. an. unc. ij. Cap. Coch. v. ter. in die.* Medicamentum hoc ita frequenter haustum catarrhum in Pulmones depluentem paulatim susteret, eosque in pristinam æquum reducet nisi jampridem à naturali statu nimium recesserint. Promovebit insuper purulentiae materiae in iisdem aggestæ concoctionem.

At vero Palmarium hujusce Morbi præsidium est, ut Äger quotidie Equo vehatur. Et qui se huic corporis exercitio sanandum tradit, nullis jam Diætae legibus adstrictus, nullo Cibi potusve genere privandus est: cum in hoc uno omnis rei cardo vertatur. Quibusdam eorum qui ex hac methodo convalescerent, tumor in collo exortus est non multum à Scrophulis abludens.

Est & alia Tabis species à Tussi prognata, longè diverso anni tempore, initio scilicet æstatis. Hæc Juvenes persæpe illos invadit qui debiliori sunt corporis

corporis habitu, & quorum sanguis particulis calidis acribusque refertus est, Sanguinem isti è pulmonibus per tussim exantlant, nimio meri potu priùs excalefacti. Ægri dolorem sive ægritudinem quandam in pulmonibus persentificantur: Quæ Symptomata nisi mature remediis appropriatis eliminentur primò scabrities, mox & ulcus accedit, unde pus confectum demum expuitur.

Dicta jam Tabis species Venæ sectione & Catharsi alternatim repetitis, saltem in principio, facilè vincetur: Si Diatâ insuper Refrigerante & Incrasante utatur æger & à carnis in solidum abstineat.

Tertia hujus Morbi Species ortum debet materiæ Febrili in pulmones Febre jam fatigente, amandataæ, qui sensim infirmiores redditæ à symptomatis jam memoratis vexantur.

Qandoque oritur à sanie istâ purulentâ quæ à Pleuriticis non satis copiosæ per expectorationem egeritur. Quo in casu eandem quam Empyema, Curationem postulat.

Sunt etiam qui à nimis copiosis, & debito frequentioribus evacuationibus debilitati in quartam Tabis speciem præcipitantur. Hos calor Hætieus à cibo potuque sumpto, sub noctem lacefit: Atque hoc præ cæteris Aphthæ infestant.

*Phthisis, seu Tabis descriptionem ac curam integrarum, Praclarissimus Author morte præoccupatus, absolvere nequivit, & pauca tantum, sed pro more suò quam maximè accurata, in hoc arguento nobis reliquit: quibus in aliquale supplementum, adjicere non inconsultum credidimus Praclarissimi Caroli Leigh. M. D. Phthisiologiam Lancastriensem, jam anno 1694. Londini editam. Opusculum sane eximum, & Methodo Sydenhamianæ omnino affini conscriptum. Sit itaque.*

D E  
P H T H I S E O S  
Speciebus & Causis.

C A P. I.

*Quo agitur de variis Phthiseos  
Speciebus & earum Causis.*

**P**hthises in hac patriâ praxi vulga-  
titer occurrentes ad sequentes re-  
duci possunt, videlicet, sunt vel Scor-

buticæ, Strumosæ, Chylosæ, vel Fe-  
bres Epidemicas Intermittentes, Hy-  
dropem, Rachitidem, crapulas, Chlo-  
rosin, Fluorem album, Icterum, Rheu-  
matismum Scorbuticum, Sarcocelen &  
vermes sæpiùs consequuntur: nec non  
hæmophysin & vomitum Sanguinis;  
cùm Phthises autem Scorbuticæ præ-  
cæteris furiunt eas choream ducere  
statimino.

Phthises Scorbuticæ fiunt vel ab æte,  
vel à parentibus, vel ab erroribus sex  
non naturalibus. De iis autem quæ  
ab æte fiunt, quia locis plerisque

Morbi stationarii appellari debent imprimis agam. Iстis terrarum areis quæ paludosis arenis salsis luxuriant, vel in aëre fumō carbonaceō crassescente tantum non epidemicè grassantur, quæ Phænomena innuere videntur ex particulis vitriolaceis & sulphureo salinis hunc Morbum somitem suum trahere, quòd autem hæc res clarius eluceat haud inconsultum duco tentamina quedam præmittere quæ auspiciis hisce faciem ulteriore accenderent.

*Imprimis.* In salivam instillentur guttæ aliquot Spiritus Vitrioli, & statim in coagulum album viscosum transit, quale per tuſsim in Phthisi saepius eructatur.

*Secundo.* Guttis aliquot fontis Vitriolacei juxta Haigh agro Lancastreni cum salivâ commixtis in coagulum viscosum transit cinerei coloris, quale in Phthisi scorbuticâ haud semel rotavi.

*Tertio.* Distillentur carbones fossiles & ascendet liquor Vitriolaceus, quod cum serò sanguinis commixto, in coagulum viscosum transit, quale in Phthisi scorbuticâ observare in proclivie est.

His positis, videlicet quòd per particulas vitriolaceas saliva, vel serum sanguinis fit coagulum viscosum, ei tabidorum gustū, consistentiā & colore simile.

*Secundo.* Quòd in resolutione carbonum particulæ vitriolaceæ ceteratim sublimant, quod encheiresi pyrotechnicâ patet, adeoque illis atmosphæra propemodum saturatur, cum in aëre hujusmodi Phthisis sit morbus stationarius, haud abs re fore judicate existimo, ibi terrarum per inspirationem particulæ vitriolaceæ massa sanguinea

communicantur, adeoque saepè saepius Phthisin inducunt.

Summa jam difficultas diluenda hæc est, nempe unde sit quod circa littora salsa paludosa hoc morbo tantopere infestantur indigenæ, etiamsi solò cespite utuntur, cibisque sale & fumō conditis per totum vitæ decursum abhorrent? & quomodo istis terrarum areis particulis salinis atmosphæra constipatur? cum salia marina ( sicut ab eorum evaporatione constat ) sunt fixioris naturæ quam ut radiis solaribus vel ventorum ascenderent?

Anxiè diu circa hæc cogitanti hæc tandem conjectura in mentem mihi venit.

Observatu satis est obvium plaga istas maritimas, tam Sulphure quam sale luxuriare, hæc hypothesis sequentibus argumentis nitorit.

*Imprimis,* Noctilucæ infinitæ horis vespertinis hisce quasi tot Phœnophori erumpentes, Sulphuris præsentiam attingunt.

*Secundo,* Saepius odores foetidos emitunt, quales ex Sulphure & sale unitis percipiuntur in his itaque terris salsis paludosis, particulæ Sulphureæ fugam continuò moluntur, particulis autem salinis divortium haud ferentibus, particulæ Sulphureæ salia muratica secum gerunt, adeoque illis atmosphæra constipatur, cum in aëre itaque hujusmodi Phthisis sit Morbus stationarius, ibi ex particulis Sulphureo salinis trahit Phthisis illius pabulum sic ut opinari fas est.

In ulteriore hujusce sententiae confirmationem argumentum è contrariò produci potest. Ubi hi limai salini defunt hic Morbus raro aut nunquam infestat. Hinc ergò sit quod in Ruffia &

Nova

*Nova Anglia* quibusdam partibus per totum anni decursum tussis sonitus haud auditur, etiamsi mare sit in præcindatu & hinc quoque forsitan quod celeberrimus iste *Montpellierium* aër antiphthisicus evadit, etiamsi parum è Mari *Mediterraneo*, distat.

Dum è contra haud in sece volvitur annus, quin, Phthisis, Hydrops, Scorbucus, Febes intermitentes, & penè dixissim Morbotum myriades in hisce terrarum ateis truculenter grassantur; adeoque quod de terris hisce falsis paludosis tale propemodum dici potest, quale *Pythagoras*, de herbâ *Aproxi* de quâ sic talia dicit. Datur herba radix cuius *Naphtha* adinstar ignem concipit qui que Morbo quounque correpti sunt hac germinante, recidivam patiuntur quoties illius effluvia per aërem diffundit.

De reliquis Phthiseos Scorbuticæ speciebus differere jam restat, de iis scilicet quæ ab erroribus sex non naturalibus & illis quæ à parentibus derivantur. Jam verò cum Phthises ab erroribus diatâ & vietû per causas allatas facilè explicari possunt, earum ætiologiis enodandis diutiùs immorari impresentiarum inutile esset, quapropter de Phthisi Scorbuticâ hæreditariâ breviter jam attingam.

Inter omnes sanè Philosophantes factum humanum in ovô formari ultra aleam dubitandi ponit, de modò autem ova fœcundandi haud tam bene inter se convenit Autoribus.

Ova duplice investiuntur membranâ propriisque tunicis involuta sunt, adē quod ne gutta quidem liquoris iis extermi potest, hinc pro Gas quodam virili, sive aurâ seminali ovis fœcundandis quidam viriliter contendunt;

in praxi tamen nihil vulgariùs occurrit quam hunc Morbum intueri patris genium consequentem, etiamsi per totum vitæ decursum matre sat athleticè degente, quidam circa eandem ætatem cum patribus hoc Morbo correpti sunt, alii citius, alii serius, alii velerudinariâ tantum vixerunt, alii sat pancratice priusquam Phthisi confecti sunt, pro diversâ scilicet crassi seminis virilis, scilicet, sicut spiritus cōnidulantes, magis vel minus sunt depresso & particulae salinæ evectæ, primis vitæ incunabulis varia format stamina vitæ, adeoque citius vel serius infans vergit versus temperiem salinam huic Morbo inducendo aptam. Ex præmissis mihi videtur inferre licet, ab uterò semen virile per vasorum extremitates absorbetur, hinc mala sanguineæ communicatur & circuitu sanguinis, sicut opinari fas est ova fœcundat, arduum etenim mihi conceperet videtur quomodo hic Morbus, podagra, & calculus patris genium consequerentur, si ab aurâ seminali tantum ova fœcundantur: ex præmissis patet ex quali prosapia huic Morbo sit origo, capite itaque sequenti venit symptomatum explicatio.

## C A P. II.

*Hoc agitur de Symptomatum Serie  
& eorum Causis in statu  
incipiente.*

**Q**uandoquidem Morborum scientia haud melius quam ab eorum productis expromitur, mihi hunc Morbum descripturo haud aliâ videtur insistere methodo quam symptomatum syndrome delineanda. Missò itaque olympico.

olympico pulvere cerebri circa futilia dimicantis, ea solummodo quæ ratio experientiâ suffulta dicitat brevibus aperiam.

Invadit frequenter cum appetitus & virium dejectione, angustiâ pectoris tussi titillante, sputo copiosô, crassô, albô, quandoque flavescente, pellucidô, cæruleô, cinereô, fœtidô, falsô, acidô, subdulci, pro sanguinis dyscrasiâ scilicet, & obstructionum mole & genio.

Sudoribus quandoque nocturnis, catnis intabescentiâ, calore & frigore levi & incertô alternatim succedentibus.

Urinâ lixiviali, sedimentô copiosô albô, sèpius autem flavô vel rufô saturatâ.

Aliquando diarrhæâ, torminibus ventris & partium extremarum tumore?

Hicce prælibatis Symptomatum explicationem aggredi jam incumbit.

Si de appetitu prostrato interrogeremur, ideo evenite dicimus; glandulae in ventriculi parte inferiore sitæ quæ humores subacidos, fluxiles ex arteriis separare debent, humores viscosos elutriant adeoq; fibris nerveis titillandis (quò motu consistit appetitus) inepti sunt, hinc cibi fit fastidium, & hinc est, ni fallor, quod in quibusdam ad emeticô assumptô, tam immensam saburram viscosi phlegmatis per vomitum frequenter ejectam inspexi.

Per succum viscosum in pulmonibus extravasatum aëris inspiratio interrupitur, adeoque angustiâ pectoris frequenter corripitur æger; quò pariter circa glandulas Tracheales deposito & intra pulmones sputum

istud, ni fallor, efformat quod tantâ copiâ per tussim eructatur, ab hoc quoque trachæam oblinente raucedo procedit.

Hicce coagulis, folliculis in glandulis Conglobatis gravidis, adeoque foraminulis lymphæ ductuum obturatis, latex serofus qui per lymphatica peregrinate debuit, propriis emunctoriis orbatus, massæ sanguineæ tegurgitat, & sic vasa per insolita eliminatur, hinc ergo ex glandulis trachealibus, imbris penè dixissem continuis depluit; qui tussim titillantem & continuam inducit.

A pari ratione sudores tantoper profusi, diarrhææ, tormina ventris, & partium extremarum tumores huc collimant.

Quandoque viscosis humoribus mesenterii glandulis infartis, Chylo transitus denegatur in sanguinem, quò pabulô diurno orbatus, nutrimentum debitum privatur corpus, hinc vites dejiciuntur, emaciatur corpus, & quandoque fæces albescunt, quapropter à viscosis hicce saburris venæ lactæ mesenterio disparent, sicut in cœlis *Gatavia* propter densas nubes interponentes.

Aliæ Chyli portiones per particulas salinas præcipitantur, & indè quandoque sputo albô, crassô, subdulci, per tussim eructantur. Aliquando per renes ablegantur, & indè in hoc Morbo frequenter Urinæ sedimento candido copiosô saturantur.

Propter Musculos subsidentes humeros alatos observatû in proclivi est, quod (sicut plebeis placet) malum portendit, quasi anima relictura corpus illius fugam appropinquantem indica-

ret. Hi Hippocrati aliisque Græcis πηγωδεῖς appellantur.

Propter glandulas in hepate obstrutas bili transcolanti imponitur Remora, quæ sanguini itaque regurgitat, ex eâ cum acidis in Sanguine effervescente lenta febris sequenter in tabidis gliscit, & ni fallor ratio urinæ lixivialis tantâ flavescente hypostasi, & quandoque rufâ saturatae, hinc quoque petenda est.

Quandoque calore & frigore alternatim succendentibus cruciatur æger, propter chyli acescentis fermentationem & inæqualem cum Sanguine mixtriam.

Sputum frequenter in hōc Morbō fit crassum, album & dulce, quod ( sicut prius innuimus ) Chylum præcipitatum ponimus, aliquando sit tenue & pellucidum cum crassō commixtum, quod ponimus esse lympham quæ per lymphæ ductus transfire debuit, propter glandulas autem congregatas obstrutas, per alia secretoria eliminatur, & in hōc quidem casū, quicunque humori huic sistendo medicamentis opiatis pertinaciter insistit, à verò deviat, & præstat ei motos componere fluentis.

Sputum aliquando fit cœruleum, salsum, acidum, & amarum, sicut bilis, & sialia diversæ prosapiæ variè cum eo miscentur.

Restat aliud Symptoma nec minus reliquis infrequens explicandum, viz. unde est quod in hōc Morbō urinam intensè lixivialis excernitur, sedimentum copiosum rufum deponens, suavem emittens odorem parum ei dissimilem in urinis obvium post medicamenta terebinthinata & quedam præparata Sulphuris assumpta, superficiem

gerens pelliculâ tenui oleosâ obductam? In hōc casū ponimus urinam particulis Vitriolaceis vel muriaticis esse summopere Saturatam; particulæ salinæ post ortam cum bile, effervescentiam eam præcipitant, adeoque urinæ tantam hypostasim deponunt particule biliosæ ab effervescentiâ cum particulis salinis ( sicut Sulphur ab incendiō adjuncto ) rufescunt, & inde urinę sedimentum lateritium deponunt. Particulæ saline oleosas qualcam particulas in fermento incarcerant, quæ tumultu unâ cum illis per renes alegantur, hinc urinâ aëri expositâ, particulisque fermententibus saturatis, particulæ Sulphureæ oleosæ divisorium conantur adeoque superficie pelliculam efformant, odorem suavem & emittunt; hypothesi huic suffragatur Phænomenon in Spiritu Nitri dulci sati obvium, ibi etenim ab acidō cum Sulphure unito odor ejusmodi prosapiæ observari potest,

Utrum in hōc statu tuberculis semper infaciuntur pulmones à clarissimo Mortono notatis; Hāc patriâ à cultrō anatomico tanquam à peste abhorrente, nec nego nec affirmarem, hoc tamen ( praxi suffragante ) assererem; in hōc Morbō plures satis subcumbere vidi, ne uno quidem symptomate Febris inflammatoriae apparente, cui sententiaz adstipulatur Historia è Doctore Bennet desumpta Theatro tabidor. pagin. 96.

Cum apud Bristolienes Medicinam fecerim, quâ urbe Pensili tabes frequenter grassetur, nonnullos sputum subdulce levi conatu expectorantes spatio trimestri fatiscentes & totaliter enervatos vidi, horum verò quosdam, non omnes tussis vehementior aliquoties

corripuerit, & arescentes strigosí peridere, in quorum unicae detectionis causā, licet Sanguinem (peracto salino ptyalismo) extussierat, & pulmo ubique inteneratus tonum amiserat, universa spirabilia nec non viscera omnia naturalia quod sensum sana comperta sunt. Hūd hic intelligi velim quod in Phthisi pulmones hisce tuberculis nunquam iufaciuntur, eos etenim sēpius ulceratos vidi: at hoc solummodo assero eā Phthisi quæ tam vulgariter agro Lancastriensi grassatur quā indies deforescant ægri sputum crassum album expuentes, in his dico, hujuscē Morbi principio & incrementō, rād aut nunquam pulmones confodiuntur, imò aliquandō ægri ē mediō tolluntur & [ sicut opinari fas est ] iis haud ulceratis, quib[us]d[m] etenim per totum Morbi decursum Febris hecticea symptomata haud apparuit unum.

### C A P . III.

*In hoc Capite Symptoma in statu confirmato recensentur, & eorum Causæ assignantur.*

F Atiscente indies naturā in prosa-  
piam propemodum vitriolaceam degenerat malta Sanguinis, hinc sputum frequenter aluminis vel vitrioli mattis sit saporis, jam particulis salini-  
nis sui juris factis, effusis velut habenis hic Morbus afflit; hinc Febris sit continua & auctior, ex particulis scili-  
cat vitriolaceis cum Sulphure Sanguinis effervescentibus, sicut ex oleis vitrioli & terebinthinæ permistis observare fas est.

Ex hac effervescentiâ vasis capilla-

ribus circa genas distentis, inde est quod rubor fixus genas utrasque occupat mortis adstantis frequenter indicium; quasi vitalis flamma ellychnii ad instar (eius pabulum propemodum exhaustum est) receptaculō glisceret vel solis ad instar rubro colore hemispheriū spargentis priusquam Cimmerias descendit in umbras.

Conglobatis glandulis indies magis infarctis, & majori copiā nutritiō succō quotidie præcipitātō, hinc est quod sputum sit copiosus & crassus, & ex fermentō vitriolaceō cum Sulphure Sanguinis permistō, aliquando saporis putridorum piscium.

Ex sputō copiosius indies intra pulmones extravasatō, Asthmate frequenter corripitur æger. Et continuā prope-  
modum gravitate pectoris opprimitur. Sputum aliquando egregiè fætidum hōc statū quoque notavi, quod tamen haud semper ab ulcere pulmonum sicut quibusdum placet ortum sibi dicit, sēpius etenim hoc notavi, & patientes tam diarrhæā quām sudoribus immunes, quod proculdubio haud evenire posset ulcere fætidō pulmonibus confossis, potius itaq[ue] fætoris istius causa in hōc consistere videtur, particulis Sulphureis volatilibus, particulis salinis aculeatis, hisque latice serosō luxuriante, cum salivā miscentur, jam particulis sulphuris ad evolandum satis aptis secum salinas vehunt, quas unitas effluviis saliva emittit, hinc sensorium olfactus tenellum vellicant, iisque itaq[ue] ingratiss fætorem conciliant, sicut & contrario particulae sulphureæ globosæ sine salinarum mixturā, fibras olfacto-  
rias percutientes gratum odorem cau-  
sant, sicut in aromatibus & balsamicis florū effluviis observare in proclivi

est. Grandiori mole indies nutritiō succō expectoratō, hinc vultus evadit *Hippocraticus*, & corporis universi marasmus.

Indies conglobatis glandulis infarctioribus, & versus temperiem salinam vergente Sanguine hinc sudoribus profusis & diarrhæis immanibus cruciantur ægri, nec non doloribus acutis, iis Rheumatismo versatilibus quibusdam atrocioribus, ossibus etenim in ipsis de dolore lancinante quidam conquesti sunt, iique quibus Morbum venereum suspicari nefas.

His Symptoma aliud haud minus commune, & summā quidem inagine dignum addi potest, strigosi plures etiam si ad orci fauces propemodum sunt redacti, appetitū laudabili ditantur, post cibum assumptum hec tō nullō calore succedente, neque sudores, nec diarrhææ, nec ventriculi inflammations tamē indies intabescit æger prægrandi copiā sputum crassum album expuens. Auguriis nostris ex præmissis sat supérque propalatis, particulis vitriolaceis frequenter luxuriare Sanguinem, circa hoc symptoma hæc conjectate liceat. Vitriolaceis particulis aculeatum naturale fermentum, istū altiori fibras nerveas titillat, quæ quasi ab æstuō percitæ, spiritus fibris ventriculi indigeni in motus concitatores adiunguntur, & inde est, ni fallor, quod appetitus sit voracior, esculenta quævis assumpta struthionis ad instar colliquans; hoc colliquamentum per lasteas ductumque chyliferum propagatum cum Sanguine miscetur, quod in propriam naturam haud assimilat, & inde in universi corporis nutrimentum, quin saline particulae Sanguine indulantes, in humeribus crassis hoc præcipitant, & inde

est quod alimenta assumpta etiam si in Sanguinis naturam haud convertuntur, tamen nec per sudores nec diarrhæas eliminantur, quin intra pulmones coagulō albō viscosō subsidunt, & inde est quod indies intabescit æger.

Restat adhuc aliud Symptoma quod sub hōc larvatur vultū: plures hōc Morbō propemodum confectos Febris intermittens anomala frequenter invadit, quosdam semel tantū, alios bis vel ter spatio viginti quatuor horarum conquassat, ingruit sèpè cum horrore & pruritū inter scapulas, & circa regionem lumbarem, totum postea convellitur corpus per horam unam vel alteram tremulum permanens, calor postea succedit, & huic sudores & aliquando diarrhææ: ex lentoribus salsis circa membranas nerveas, nervorum extremitates, plexus, & glandulas subcutaneas miliares extravasatis, hæ frigoris & caloris reciprocationes procedere videntur, his ad plenitudinem aggestis, & acorem insignem noctis partes nerveas vellicant, adeoque, ni fallor, doles hosce frigorificos inducunt, lentoribus hisce per vasorum extremitates tandem absorptis, adeoque cum Sanguine permistis, ex iis cum particulis Sulphureis Sanguinis nova repullulat fermentatio, calor itaque Febrilis succedit, tandem autem materiā morbifica subiecta aliquando diarrhæam amandaatur. Alii in statu eufarco, etiam si animi indole dulcisimā prædicti, hīc Morbō tandem confecti ex levi qualibet occasione irascendi ansam capiunt; irâque tam continuâ ebulliunt, vix vocem vel visum alicujus tranquillè ferunt: ex succis hisce acescentibus spiritibus animalibus continuò tanquam ab æstrō percitis sicut opinari fas est.

Hisce præmissis, de reliquis Phthiseos Scorbuticæ speciebus breviter differere adhuc restat; at cum ea [ scilicet utrum sunt hæreditariae, vel ab erroribus in diætâ & victu ] maximâ ex parte eadem vel similia symptomata præbent: verosimile mihi videtur eas à tali profapiâ ori, quapropter eatum atilogiis explicandis diutius immorari impræsentiarum inutile esset; nobis itaque sufficiet in casu quolibet historiam unam vel aliam subnectere, & medendi methodum recensere.

## CAP. IV.

*Hoc Canones quidam generales circa hunc Morbum proponuntur.*

**I**N hòc Capite Symptomata in statû deploratò recenseri debent, at cùm nullus sit propemodùm è plebe, quin in hòc statû ægro ex hòc vitæ curriculô manumissionem pronuntiet, diutius hisce immorari extra propositum esset, nobis itaque sufficiet Canones quosdam generales circa hunc Morbum propnere, exque iis medendi methodum efformare.

Canon primus:

In statû simplici incipiente facilè curatur Phthisis.

In statû complicatò incipiente visceribus & lymphaticis salvis bonum sit expectandum.

In statû confirmatò, difficultè, tamèn quandòque curatur.

In statû confirmatò complicatò aleætes est dubiâ plena.

In statû confirmatò complicatò visceribus vel lymphaticis insanis nil nisi malum sit pronunciandum.

In statû confirmatò Phthises hæreditariae inducias frequentè patiuntur, rati autem vel nunquam curantur.

In statû confirmatò, modò Febris adsit, lacticinia sunt vitanda, in hòc quoque casu chalybeatis abstinendum est.

Urgente dyspnæ etiamsi catarrhò titillante infestetur trachæa ex opiatis tanquam à peste fugiendum est.

## CAP. V.

*Hòc Capite medendi methodus in statû incipiente proponitur.*

**I**ntentiones in hòc stadiò variis indicationibus respondentes ad sequentes reduci possunt.

*Imprimis*, Per Emetica vel lenia Cathartica, primæ viæ ex faburrâ viscosâ sunt detergendæ.

*Secundo*, In adultis Phlebotomiam semper proficuam inveni.

*Tertio*, Pulmones ab humoribus crassis sunt liberandi.

*Quarto*, Glandulæ infarctæ sunt apriendæ.

*Quinto*, Temperies salina Sanguinis sit alteranda.

*Sexto*, Lymphæ succedentis in Pulmones defluxus sit præcavendus.

Medicamenta intentioni primæ respondentia, hæc vel similia esse possunt, quibus forma liquida arridet sequentia præscribi possunt.

Si Emeticico opus est.

*R. Mell. Scillitic. à 3ij. ad 3i . ag. Cardui , bysop. aa. 3ij. sirup. cabios. compof. 3ff. M. S. F. Emeticum.*

Si per Catharsin alvus sit subducenda, sequentia in usum veniunt.

*2. Decodig*

℞ Decocti Senae Gereonis ʒij. sirrup. de spinā cervinā ʒij. crem. tartari ʒij. aq. lumbricor. ʒij. M. S. F. P. cum regimine sumend. Vel,

℞ Decocti Senae Gereonis ʒij. Mannae Calabrina ʒj. tinturæ sacra ʒj. crem. tartari ʒij. aq. lumbricor. solutione gummi Ammoniaci saturat. ʒj. M. F. P.

Cum regimine sumend. huic sirup. Rosar. solutiv. addi potest, pro re natâ.

Quibus forma pillularis aridet hæc vel similia esse possunt.

℞ Pill. Stomach. cum gumm. Əj. de ammoniacò Magistral. Əj. tartari vitriolati gr. vi. resin. jalapp. gr. vj. Balsam. Peruv. q.s.F. Pill. No.7. cum regimine sumend. Vel,

℞ Pill. aleophanjin. tartarear. Quercetan. aa. gr. 10. de ammon. Əj. tartari vitriolati gr. vj. resin. jalap. à gr. 6. ad 10. Balsam. Peruv. q. s. F. Pill. No. 7. cum regimine sumend. bis Calomelan. à gr. 14 ad Əj addi potest pro re natâ.

Quibus sit in animo Bolus talis esse potest.

℞ Elecl. lenitivi ʒvj. crem. tartari ʒj. syr. ros. q.s.f. bolus cum regimine sumend.

Pro puerulis doses & formæ variari possunt, scilicet, pulveres de Rhababar. sena, Calomelan. resinā jalappæ & id genus alius; nec non Elixiria, & tinturæ (inter quæ tintura sacra & Elixir Salutis cæteris palmam præcipiunt]

Quibuldam cerevisia medicata præ cæteris aliubescit & in eo casu talis esse potest.

℞ Folior. senæ. Rhabar. polypodii querini aa. ʒij. epithymi ʒij. pini, tamarisci summitat. aa. Mij. folior. becabung. Mij. hederæ terrestris Mv. salviæ greffris Mij. radic. s. aperientium aa. ʒij. lapath. acut. ʒvi. baccar. juniperi ʒj. cortic. aurantior. No. vj. F. sacc. pro tri-

bus cong. "cervisia"; dos. 1b. aurora qualibet vel alternâ sicut vires ferent. Phthisis incipientem tempore vernali hæc solâ cervisia haud semel curavi. Intentioni secundæ, tertiae, & quartæ medicamenta sequentia respondent.

℞ Conserv. Cynosbat. ʒij. corall. rubr. ʒij. sirrup. balsamic. q. s. F. Elec. horis medicis sumend. Vel,

℞ Conserv. Cynosbat. florum cichorei aa. ʒij. extract. trifoli fibrini ʒj. animæ martis ab insigni Vigani pp. ʒj. gumm. ammoniaci in aq. lumbricor. solut. ʒj. florum Benzoin. Əj. cum. s. q. sirup. balsamic. Tolutan. F. Elec. eodem modo sumend. Vel,

℞ Conserv. Cynosbat. loboch. de pulm. vulp. aa. ʒij. enulae Campan. condit. ʒj. aristolochiae rotundæ ʒij. glycirrhizæ ʒij. hederæ terrestris preparatae ʒij. florum sulphuris ʒj. syr. de Erysima q. s. F. Elec. Vel,

℞ Conserv. Cynosbat. ʒij. martis cum sulphure pp. ʒij. sal. spiruinos. Əj. cum. s. q. sirup. é cortic. citri. F. Elec.

Electuariis prescriptis. sicut dyspnea magis vel minus urgebit, species diaforeos, solutio gumm. ammoniaci in aq. lumbricor. fact. flores Benzoin. extract. enulae, radix aristolochiae rotundæ addi possunt vel omitti, sicut medico videbunt idoneum.

℞ Sirup. Balsamic. Tolutan. é succ. heder. terrestris, capillor. veneris aa. ʒij. f. sirup.

℞ Ag. laetis alexiterie 1b. limac. magistral. ʒij. gentianæ compof. ʒij. lumbric. ʒj. sachar. perlat. q. s. F. julapium.

℞ Ingredientium q.s. ad 1b. decocti pectoratis addo radic. sarsapril. ʒij. chinæ, foenic. bardan. urtic. caryophillat. aa. ʒus. aristolochiae rotund. ʒj. em. anisi, corianari, urtic. aa. ʒij. passifl. exaciat.

**Zj.** baccar. juniperi **3j.** c. c. rasur. eboris aa. **3v.** folior hyperici capillor. veneris, hederae terrestris, Marrubii albi aa. **Mj.** coq. in aq. fontan. s. q. ad **1ij.** colaturae adde vini albi **3iv.** mell. despumat. sacchar. vand. albi. aa. **3ij.** **M. F.** Apazema usus eximii in asthmate & gravitate pectoris.

**¶** Aq. limac. magistral. lumbricor. aa. **3iii.** sirup. balsamic. Tolatan. de Praffio, Alliò vel Erisymò aa. **3j.** spir. sal. armoniaci è gumm. ammon. distillat. **3ij.** **M. F.** mixtura. Vel,

**¶** Aq. lactis alexiteriae **1½B.** gentian. compos. **3vj.** limac. magistral. **3½B.** sacchar. q. s. **F.** julapium.

**R** Pulveris milleped. pp. **3ij.** radic. aristolochia gumm. ammoniaci in aq. lumbricor. solut. aa. **3½B.** florum Benzoin. **3ff.** extract. enula. croci an. **3j.** Balsam Peruvi. **3j.** sulphuris anisat. q. s. **F.** pill. mediocres in dyspnœa usus egregij. Vel,

**¶** Florum Sulphuris, gumm. ammoniaci **3ij.** enula campan. aristolochia rotund. glycirhiz. Ireos Florentin. aa. **3j.** sem. anisi **3ij.** picis liquida Barbadeos partes **3ij.** Balsam Peruvi. partem j. **M. F.** Massa pilularis. Vel,

**¶** Balsam Tolu. **3ff.** milleped. pp. **3ij.** gum. ammoniaci depuraz. **3½B.** florum Benzoin. **3j.** Myrrha **3j.** Balsam. sulphuris anisat. gut. **12.** succi glycirhiz. in tinturâ croci solut. q. s. **M. F.** massa dos. **3ff.** vel **3ij.**

**¶** Pulveris milleped. **3ij.** anima martis **3j.** gumm. ammon in aq. lumbricor. solut. **3j.** extract. trifolii fibrim. q. s. **F.** pill. mediocres.

**¶** Cinnabar. antimonii **3ij.** **F.** pulvis. Capiat bis in die Panacea quoque antimonii Doctoris. Needham egregius sit usus.

**¶** Pini summitat. **Mij.** folior. becabung. **Mij.** salvia agrestis **Mij.** capit-

lor. veneris, hedera terrestris. aa. **Mij.** radic. lapath. acut. **3v.** baccar. juniperi **3j.** cortic. aurantior. No. 6. **F.** sacc. pro tribus cong. cervisia.

**¶** Pini, tamarisci summitat aa **Mij.** folior. becabung. **Mij.** hedera terrestris, capillor. veneris aa. **Mij.** salvia agrestis **Mij.** radic. osmund. Regal. **3ij.** enula campan. **3ij.** lapath. acut. **3v.** s. apertentium aa. **3ij.** sarparilla **3vij.** baccar. juniperi **3j.** sem. anisi **3½.** cortic. aurantior. No. viij. **F.** sacc. pro tribus cong. cervisia, de quâ cap. ad. **1bij.** in die cum sirup. & pell prim præscriptis. His debet adhibitis medicamentis ulterioribus vix opus est, quâ autem intentio ultima omni ex parte perfici potest, externa etiam in usum veniunt v. g. capitis rasura, fontanella, vesicatoria satis ampla, que revera tussim Phthisicam tatius & magis eradicuunt tollunt quâ medicamenta quævis opiate formâ quâcunque sumpta, ingenuæ etenim fateor ex opiatis copiosius assumptis, nil nisi inducias incertas mihi adhuc observare contigit.

## C A P. VI.

Quò agitur de methodo in statu confirmatio.

**I**ntentiones in statu secundò à prioribus tantum minutiis distant, nisi quod in hoc stadio Catharses mitiores esse debent, Phlebotomia si omnino, manu tantum parciore sit celebranda, jam calor febrilis qui vehementius exæstuat præ singulis sit temperandus: ad calorem febrilem temperandum varia ex variis Autoribus præscribuntur, pulveres scilicet testacei, antihectici, con-

conservæ, antidoti, analeptici, Julapia refrigerantia, emulsiones, & id genus alia, at ingenuè fateor in hōc statū, hāc vel tali methodō haud Phthisis semel radicitus sanatam vidi, missis itaque ambagibus, ad Cortic. Peruvianum (modò absit pulmonum ulcus) semel in die tantūm exhibitum tanquam ad Asylum fugiendum est, hoc tantūm observando, quod tuac temporis pectoralibus fortioribus insistendum est, & die quolibet tertio, vel alternō per catharsin levem alvus sit subducendus; hāc methodō appetitum prius totūlīter prostratum statim restitutum vidi, & calorem febrilem totaliter debellatum. Et cūm ita se res habet ad coronidem methodō inceptæ imponendam, ad pectoralia detergentia, aperientia, & antiscorbutica mitiora confugio, in hōc itaque statū methodus sequens vel similis observari potest.

Imprimis si vires ferent Emeticum lene exhiberi jubeo: v. g.

**M**ell scillitic  $\frac{3}{4}$ ij. aq. cardui, hy<sup>r</sup>p. aa.  $\frac{3}{4}$ ij. srrup. scabivs compos.  $\frac{3}{4}$ s. M. F. Emeticum. Ab hōc assumptō sappius irgentem massam visciss Phlegmatis per Vomitum ejctam inveni.

Aurorā sequenti leve Catharticum exhibendum curo, scilicet cūm quādam ex iis cap. priori præscriptō: at si diarrhæa adsit, quæ sappius in hōc morbo occurrit infusionem sequentem exhibendam suadeo.

**A**q. lactis alexiteria  $\frac{1}{2}$ j. gemina compos.  $\frac{3}{4}$ ij. limac. magistrat.  $\frac{3}{4}$ ß. lumbricor.  $\frac{3}{4}$ ß. sal. tartari  $\frac{1}{2}$ j. aq. menthe fortioris  $\frac{3}{4}$ j. Rhabar. optimi incisi  $\frac{3}{4}$ ß. F. s. a. infusum de quo cap. 6. **C**ochlearia Manē. Aurorā quālibet terciā vel alternā.

Ad calorem temperandum,

**R** Conserv. Cynosbat.  $\frac{3}{4}$ ij. Cortic. optimi Peruv. pulverisat  $\frac{3}{4}$ j. cum s. q. sirup. balsamic. Tolutan. F. Elec.

Methodus pro pectoralibus & antiscorbuticis ex cap. priori desumi potest, pro re natā utenda; diætam ex cibis eupeptis instituo, jusculis scilicet, carnibus ovinis, vitulinis, pullis, ovis sordibus & id genus aliis, religiosè observando à lacticiniis abstinerre, modò febris adsit, liquores pectoralibus & antiscorbuticis medicatos instituo. Hāc methodō quāplures ultra suos & omnium amicorum spes perfectæ sanitati restituī.

## C A P. VII.

### Quō agitur de Phthisi in deploratio.

**I**N hōc stadiō remedia tantūm palliativa exhiberi possunt, & vulgariter quicquid exoptat æger concedo. Utēnque ut ægri & amicorum votis importunis modò quocunque satisfacerem, remedium aliquod symptomati maxime urgenti respondens præscribo. Universo scilicet marcore jam corpus colliquatur, & frequenter summopere gutturis dolore lancinante laborat æger, tali scilicet, quod vix aut ne vix deglutire potest, hinc lac asinum si haberi potest, ejus autem defectū vaccinum, per se vel decoctis pectoralibus balsamicis exhibendum curo, haustū autem quālibet guttis aliquot olei tartari per deliquium, vel pulvere quādam testaceō commistō, quantum scio remediis ulterioribus haud opus est, quapropter his coronidem imponam.

## HISTORIÆ

IN

## STATU PRIMO.

## Observatio I.

**C**arolus Fleetwood, Generosus & magnō ingenii cum acumine, opido de Kirkham Chirurgiam factitans in carnis intabescientiam incidit, tussi laborabat gravi, & nycthemeri spatiō saburram ingentem albi viscosi Phlegmatis expuebat, appetitus prostratus erat, quandōque Cochlearia aliquot Sanguinis expuebat, statibus intumuit ventriculus, lassitudine spontaneā & debilitate corpus universum macerabat. Me tandem in subsidium vocatō, lenitivam potionem præscripsi, & semel repetendam institui, posteā syrup. martis *Willisianum cervisiae pectorali* bis in die sumendum suasi, & horā somni guttas aliquot Balsam Perruv. cum syrrupō Balsamico Tolutanō, brevi tempore, cessavit tussis, ipse vires recuperavit, & jam pancreaticē valet.

## Observatio II.

**G**ilbertus Ousy de Chorley Causidicus post Febrem tertianam Catarrhō continuō correptus erat; sputum crassum album expuebat, pulsus erat debilis & celer, calor & frigus səpius in die alternatim succedebant, vultus erat pallidus, musculi totius corporis flaccidi, appetitus totaliter prostratus, vires dejectae, & sudoribus nocturnis profemodū colliquatus. Electuarium cum cortic. Perruv. horā quartā pome-

ridianā sumendum suasi, aurorā & horā somni, pill. pectorales, sirupos Balsamicos detersivos & julapia pectoralia præscripsi, die quolibet tertio, & cochlearia infusi de Rhabarbaro in aquā lactis alexiteriā fact. sumenda imperabam, posteā pill. pectorales & sirupos cervisiae pectorali sumendas institui, hāc methodō sanitatem pristinam recuperavit, & jam firmā valetudine fruatur,

## Observatio III.

**J**acobus Sherdley Baccalaureus in Artibus, & celeberrimo viro Domino Price de Blackburn Curatus, incidit in tussim gravem, angustiā magnā laborabat pectoris, sputum crassum copiosum expuebat cum Sanguine commixtum, vultus & oculi flavescebant, urina parca & lixivialis erat cum sedimentō rubrō, appetitus prostratus erat, & magnā quidem debilitate laborabat. Electuarium cum Cortice Peruviano præscripsi, posteā pill. pectorales, sirupos Balsamicos & Apozema detersivum horis medicis sumenda suasi. Et posteā pill. pectorales cervisiae pectorali aperitivā semel septimanā: nec non infusum de Rhabarbaro, vel dos. pil. stomach. cum gumm. & de ammoniaco magistral. sumenda suasi horā somni; his assūptis evanuit morbus, & firmā valetudine magnā cum laude muniis jam solitis oblitur. Eādem, vel methodō simili *Evan Mandley de Penwortham* sanitati restitui.

## Observatio IV.

Dominus Blackhurst de Preston tempore vernali Anno 91. modō sequenti hōc Morbo laborabat, angustiā tanta

tantâ pectoris constrictus erat, ut ulnis tantum quibusdam describendis creber recurreret halitus ab imo anhe-lans pectori; tussi continua titillante tempore decubitus insomnis jecit, expuit sputum tenue, pellucidum, horis autem matutinis crassum, & quandòque æruginosum subflavum, vultus pallecebat, intumuere pedes, appetitus prosterriatur, & vires indies labefactabant. Eruptio miliaris cutem universam conspurcavit, urina erat exigua & lixivialis, & saepius in die de calore & frigore conquestus est, in subdium accersitus, statim Phlebotomiā celebrandam institui, & fontanellam in brachio secundam, leves Cathartes repetendas, præscripsi, electuariō postea sequenti usus est dosi quâlibet superbibendo haustum decocti amari alterantis.

*Et Pulveris Ari compos. 3i. mar-tis pp. 3j. sal spirituosi 3j. conserv. ci-chorei, becabung. recente fact. aa 3ij. cum s. q. sirup. Chalyb. F. Electuarium.*

Hoc repetendum imperavi, & bis in die cum cervisiā pectorali sumendum brevi vires recuperavit, & ab hōc Morbō perfectè convalescit. Annō sequenti Dominæ perillustri connubio conjunctus erat, & sex circiter mensibus elapsi recidivam passus est, rursus ad me misit, tunc temporis autem tertianā epidemicā me suspirante, Dominus Parsons in auxilium vocatus erat, eum quâ methodo tractavit nescio, indies autem in pessum abiit, & hyeme sequenti ad me rediit, at quantum mutatus ab illō! marasmō universali jam confectus erat, vultus erat Hippocrati-cus, Febris continua, rubor fixus genas utrasque occupavit, dolore lancinante guttur quotidie terebratur. Cor-

tic. Peruv. alcalicis, Balsamic. anti-scorbuticis, remediisque aliis appropriatis incassum tentatis auspicante vere, fatis succubuit.

## HISTORIÆ IN STATU SECUNDO.

### Observatio V.

Dominus Wood de Kirkham B. A. cùm per totam hyemem gravi laborasset tussi, initio veris me in auxilium vocavit; strigosum perfecte inventi, se quidem ad extremum marcorem redactò, nycthemeri spatiò libram unam vel alteram sputi viscosi cærulei eructabat, glutine propemodùm tenacitatis, de dolore lateralì quotidie conquestus est, & magnâ constrictione, & quasi mole pectoris, & debilitate tantâ, quod vires vix ei sufficerent ab aliâ tori parte ad alteram sibi movendo, urina lixivialis fuit, sitis autem parva vel nulla, nec quantum memini de calore quoddam insigni conquestus est, imprimis bolum purgantem ex electuariō lenitivō præscripsi, postea decoctum ex radicibus s. aperientibus & salviâ agresti vice potū communis institui, deinde per mensis spatiū pro potū communi decoctum amarum alterans & traumaticum solummodò concessi, horâ somni linctū sequenti usus est.

¶. Sirrup. capillor. veneris. è succ. hederæ terrefris, balsamic. Tolutan. aa. 3j. specier. diaireos 3ij. gumm. ammoniaci in aquâ lumbricor. solut. 3j. florum Sulphuris 3B. cum s. q. sirup. de s. ra-

Tttt dicibus

dicibus "F. linclius, cap. cochlear unum horā somni cum gut. 4. Balsam. Peruv. initio Aprilis, sumpsit de cervisiā pectorali aperitiva bis in die & perfecte convalescit, quod adstantes omnes tunc temporis pro mirō habuere. Anno 89.

### Observatio VI.

*Johannes Veale* Armiger per totam hyemem gravi catarrhō correptus fuit, Ann. 90. initio veris ad me accedit, tunc temporis vultus erat pallidus & perfectè *Hippocraticus*, tussis continua & sicca, horis autem matutinis sputum crassum sanguinolentum expuebat, tantā cum raucedine correptus erat, vix ut ullus vocem illius caperet, appetitus prostratus erat, sudoribus nocturnis propemodū colliquatus, de angustiā & pondere pectoris conquestus est, & continua intestinorum tortuosis, urina lixivialis erat & scabies sicca manus pricipue fecerat.

Imprimis decoctum lenitivum cum tinturā sacrā præscripsi, postea usum pillular. pectoralium, sūcuporū & decocti pectoralis, per 14. dierum spatium institui, & deinde pillulas pectorales & sūcuporū, cum cervisiā pectorali per mensis spatium ab his sanitati restitutus fuit & jām pancreaticē vivit.

### Observatio VII.

*Rogerus Threlfall* tunc temporis vicō de Crosmore habitans Anno 91. prome misit, vultus erat pallidus & macilens, nec non tābe universali mace-rabat corpus, sudoribus continuis, & Febre lenta laborabat, nec non tussi continuā, expuit & sputum crassum fœtidumque, quandōque sanguinolentum, imprimis bolum purgantem ex ele-ctuariō lenitiō præscripsi, & deinde

usum cervisiæ pectoralis aperitivæ per mensis spatium institui, nocte qualibet horā somni, cepit gut. aliquot balsam. Peruv. sirup. Balsamico Tolutan. & perfectè convalescit.

### Observatio VIII.

Filia natū maxima *Gulielmi Tovvning* de Weeton Ann. 91. tempore vernali ad me accessit; vultus erat pallidus, oculi concavi, nares acutæ, humeri alati & insigni quidem extabcentiā totius corporis laboravit, Febris erat continua, sitis intolerabilis, tussis continua, aspera arteria perpetuō titillans, parū vel nihil expuens nisi horis matutinis, & tunc sputum crassum eructavit, appetitus prostratus erat, & urina sedimentō copiosō albō saturata, ei infusum de Rhabar. in aquā lactis alexiteriā præscripsi, nec non pill. pectorales, electuarium cum corice Peruviano, sirupos pectorales, & cervisiam pectoralem, & ab his sanitati restituta fuit.

### Observatio IX.

*Gulielmus Farington* de Ormskirk, Pharmacapola, & in arte quidem istā hujusce Patriæ decus, pleuritide correptus erat, cui gravis successit Catarrhus nycthemeri spatio libram unam vel alteram sputi pellucidi saporis vitrioli martis per tuſsim eructavit, de gravitate & mole pectoris continuo conquestus est, indies extabuit corpus & appetitus prostratus erat, nec non calculis sæpius cruciante paroxysmo laboravit, in consiliō conjunctus cū medicō fideli & prudenti Doctore Grundy, Phlebotomiam repetendam imperavimus, & cathartes lenes repetendas pro re natā, & usum pill. pectoral, Apozematis & mixturæ pectoralis instituimus,

mus, ab his valetudinem recuperavit, & per totam aëstatem magnâ cum laude artem suam exercuit, tempore hysmalii recidivam passus est, rursus in subsidium vocatus methodum similem præscripsi, & julapia pectoralia succô millepedum impregnata, his autem haud cedente morbo cursum chalybeatum températum institui, & quia de mole ventriculi conquestus est, emeticum ex melle scilliticô propinandum suasi, à quô copiosè evomuit, & saburram ingentem viscosi Phlegmatis ejecit, hinc dolor & moles ventriculi evanuit, & tussis parvas inducias dedit, brevi autem tempore redente calculi paroxysmo repullulavit Morbus, hinc iuasi ut Morbi syndromen delinearem, eamque celeberrimo *Gibbonio* communicarem; his transactis vir celeberrimus aquas *Spadanenses* propinandas suasit & cursum temperatum Chalybeatum, nec non *Bochetum* ex sarsaparilla, pulveres quoque cinnabaris antimonii, pill. de styrace, liquores ex cervisia *Brunsvicensi* cum antiscorbuticis distillatos instituit, his horis medicis deglutitis, spes nova salutis affulsi, redente autem calculi paroxysmô rursus Morbus revirescebat; hinc astante elapsâ *Thermas Bathomeres* adiit, reddit autem cum arundine lateri hærenti, expuit jam copiosius & crassius, & saporis ingrati, hec tio calore & Febre inflammatoriâ immunis fatis succubuit.

*Observatio X.*

Anno 91. *Willem Tate de Blackburn* siccâ laborabat tussi quâ nihil emolitus est, nisi horis matutinis, urina erat exigua & coloris cervisiae *Brunswicensis*, lingua siccâ & nigrescens, sitis continua, extenuatio universalis

corporis, partes extremae ad molam in signem tumuere, asthmate frequentee correptus erat, & pulmones tantâ mol oppressi vix palma adinstar deprese resurgebant, in pectore sibilus perpetuus aures percudit, cui talis raucedo succedit, vix sermo perceptibilis, tandem medicô istô expertissimô *Doctore Grun-dy* mecum in consilio coniuncto methodum sequentem instituimus; Imprimis per leves cathartes alvum esse subducendam, deinde fontanellam in brachio celebrandam, & sequentia præparata.

4. *Pulveris millepedum pp. 3ij. spicer. diaireos 3ij. gumm. ammon. in aquâ lumbriticor. solut. 3j. florum Benzoin. 3G. conserv. cynosbat. 3iv. cum s. q. sirup. Balsamic. F. Elect. bis in die cum sirup. & cervisia pectorali aperitivâ sumendum, his adhibitis modicum salutis statum recuperavit, & adhuc manuis solitis obitur.*

*Observatio XI.*

*Georgius Longworth de Ecleston* Anno 90. me in subsidium vocavit, vultus erat virido-nigrescens, appetitus prostratus, tussis continua & siccâ nisi horis matutinis, quo tempore Phlegma lividum viscosum emititus est, his successit extenuatio corporis, partes extremae tumuere, torminibus intestinorum inducias vix ferentibus cruciatus est, urina coloris fuit nigrescentis, & hic reverâ ab omnibus adstantibus clamatus, Morbum Phthisin scorbuticam judicavi, & methodum sequentem institui, leves cathartes imperavi, deinde Electaria Chalybeata horis Medicis cum cervisia pectorali aperitivâ sumenda, & perfectè convaluit.

D E  
**P H T H I S I**  
 I N  
**P A R T I C V L A R I .**

## C A P. I.

*De Phthisi ab Hæmoptysi.**Observatio I.*

**V**ix insignissimus Petrus Bold de Bold Armiger, à celeberrimo nec minus antiquo Stemmate Oriundus, & animi nobilitate inter eos illius etatis facilè primus Anno 92. etatis 35. in gravem hæmoptysin incidit, mecum insigni Doctore Grundy in auxilium vocato, Phlebotomiam repetendam inculcavimus, nec non haustus succorum hederæ terrestris, plantaginis, berabungæ, & aliorum ejusmodi profapiæ julapiis refrigerantibus sumendos instituimus, ab his sedato fermento Sanguinis, ad vasa disrupta consolidanda, vel saltem hiantia constringenda, balsamica restringentia præscripsimus, ex Balsamo scilicet Tolutano gumm. Arabic. & id genus aliis, postea ad præcavendam putredinem à Sanguine pulmonibus extravasato, decocta pectoralia balsamica deterativa, nec non linctus, pillulas pectoales & medicamenta talis prosapia formis diversis instituimus; his debito adhibitis cessavit hæmoptysis, & tussis, & revera sanitati restitutus erat, ad recidivam autem præcavendam ingurgitationem acidularum & cursum Chalybeatum temperatum

instituimus, & evacuations per Epicræsin diebus intermediis intercalandas. At prob dolor! vir celeberrimus indole animi dulcissimâ prædictus, ut tesseram hospitalem haud confingeret, liquores spirituosos nimis copiosè ingurgitavit, & brevi postea catarrho corruptus fuit, tussis fuit sicca & clangosa horis autem matutinis Phlegma viscosum subflavum ex glandulis per excretiones, & pulmonibus per tussim eructavit, indies emaciavit, appetitus dejectus erat, urina magnâ ex parte suppressa, & sibilus continuus in pectorale aures percutit; hinc pectoralia balsamica deterativa, liquores antiscorbuticos, mixturas succo & infusione millepudum imprægnatas instituimus, his autem haud cessit Morbus; versus autem hecticum calorem indies vergebatur, ad hunc supprimendum corticem Peruvianum medicamentum Herculeum judicavimus, illius autem usitate temporis hâc in regione vix lanuginem adepto, inculcavimus Morbi Syndromen delineandam, & quibusdam Collegii Regalis Londinensem communicandam, hinc virti celeberrimi Doctores Rateliff & Gibbons in subsidiū vocati sunt, & doctissimus Dr. Gibbons methodum ex Cortice Peruviiano, & lacte Asinino instituit; his debitò adhibitis Morbus inducias passus est, brevi autem repullulavit virus, hinc sputum crassius & copiosius, Febris adauxtior, diarrhæa immanior, dolor terebrans fauces continuò infestavit, tumuere pedes, rubor fixus genas utrasque occupavit, quo tempore omnibus sibi cognitis lachrymas vi nullâ coercend' effundentibus quasi in tot Niobes conversis, fato irresistibili è medio tollitur.

*Obser-*

## Observatio I I.

Dominus Fletcher de Cartmell Mer-  
cator vir ingenio peracri, & totus ne-  
gotiis deditus Anno 89. in gravem  
Hæmoptysin incidit, nyc themeri spa-  
tio librarum aliquot purpureæ massæ  
dispendium passus est, ne loqui potuit  
quoniam ore plenò Sanguinem eructavit,  
in auxilium vocatus, statim Phlebotomi-  
am celebrandam institui, sanguis &  
eductus fuit tantoper spumosus, haud  
adhuc similem vidi. Ingurgitationem  
julapiorum refrigerantium, & succo-  
rum institui, sedato fermento sanguinis,  
decocta pectoralia pro potu communi  
institui & ad catarrhum sistendum pil-  
lulas sequentes.

¶ Succi hederae terrestris per insola-  
tionem depurat. fl. flor. farfaræ siccata.  
summitat. hyssop. salviæ, palegij aa. Mj.  
sem. anisi. c. rui. fæniculi dulc. contus. aa.  
z. distillentur in B. M. ad medietatem,  
deinde F. colatura, quæ distilletur ad  
conuentiam pillular. addendo succi gly-  
cyriz. z. pulv. radic. enulæ campan.  
flor. sulph. aa. z. flor. Benzoin. zj.  
Balsam. Peruv. z. tincturæ sulph. z. flor.  
Ladani Parisat. z. M. F. massa forme-  
tur in pillulas exiguae & sumat iiij. horæ  
somni. & primò manè cervisiam pariter  
pectoralem antiscorbuticam prescripsi, cui  
folia lingua cervinæ addenda curavi;  
hac methodo perfectè convaluit per ali-  
quot annos, & per plures annos pro po-  
tu communi lac cum aqua commixtum  
solumento sumpsit: tribus annis elapsis re-  
cidivam passus est, rursus in auxilium  
vocatus Phlebotomiâ celebratâ sequentia  
prescripsi.

¶ Conservæ Rosar. rubrar. cynosbat.  
aa. z. pulv. santal. omnium aa. z. cor-  
ral. rubri pp. z. croci martis rubicun-  
dissimi z. sal. prunel. Diuij. cum s. q. si-

rup. è coral. F. Elec. horæ somni &  
primò manè sumend. ad quantitatem nucis  
myristic. superbibendo hanustum julapi  
sequentis.

¶ Aq. lactis pectoralis Batean. fl. j.  
portulac. spermatis ranar. aa. z. iij. sirrap.  
è succ. hederae terrestris z. ij. sal. prunel.  
z. M. F. julapium; pro potu communi  
decocta pectoralia institui, & horæ somni  
gut. aliquot Balsam. Peruv. è cochlear.  
sirup. Balsamic Tolutan. quoties recidi-  
vam passus est hac methodo usus est, &  
nulò negotiò sanitatem recuperavit, anno  
elapsò repulsum viruſ, quò tempore  
me in agrum Eboracensem accersit, vir  
præclarus ad medicamenta vetera quasi  
valentissima auxilia configuit; tunc tem-  
poris autem Phlebotomiâ manu liberali  
celebratâ fermentum sanguinis haud se-  
dari potuit, hinc cortic. Peruvianum  
dos prælargâ exhibendum curavi, loc de-  
biò adhibitu Morbus inducias passus est,  
& de magnâ constrictione pectoris jam  
conquestus est, & sputum crassum copio-  
sum eructavit; hinc pill. pectorales deter-  
sivas, julapia pectoralia & sirupos præ-  
scripsi, & leves cathartes repetendas in-  
stitui, vires autem & carnes indies la-  
bescabant, tandem Kensington adiit,  
quò loco post lunarum aliquot circuitas  
fatis succubuit.

## Observatio III.

Richardus Tinkler de Poulton hospes,  
cum diu gravi Hæmoptysi laborasset,  
gravi catarrhô magnoperè emaciatus  
erat, appetitus, & revera unâ voce pro-  
nunciarunt omnes ei nulla vestigia  
retrovèrum; in auxilium vocatus, Phle-  
botomiam repetendam inculcavi, die  
sequenti levem potionem exhibendam  
curavi, & posteâ remedia sequentia.

¶ Conserv. cynosbat. z. flor. sal. mar-  
tis Balsam. Peruv. aa. z. specier. dia-

*Phthisis ab Hæmorragia uterina.*  
 trion Santal. aa. ʒj. cum s. q. sirup. Balsamic. Tolutan. F. Elec. ex hōc sumptis in die cum sirupis & decoctis pectoralibus, postea per 14 dierum spatium acidulus Larbriensis copiose ingurgitavit, perfectè convaluit, & jam pancratice valet. Methodo simili Henric. Stirrup Servus Edvvardi Hyde Armigeri post dispendium librarum aliquot Sanguinis ad integrum sanitatem rediit.

Domina perillustris Domin. Marsden de Frekleton ex mensuram suppressione toties Hæmoptyses passa est, post potionem lenitivas purgantes per electuaria chalybeata, & infusiones amaras chalybeatas nullò negotiò ad sanitatem rediit.

---

## PHYSIS

ex

### Vomitu Sanguinis.

#### Observatio I.

**I**n signis Domina Dom. Farington de Shaw Halle, Consors Georgij Farington Armigeri, Anno 91. æstivò tempore per vomitum tantum Sanguinis dispendium passa est, vix fuit inter vivos habenda, algore universali correpta fuit, sudoribus algidis, pulsus & respiratio vix perceptibles, vox deficit, & ab omnibus conclamata fuit. In subsidium vocatus, sequentia præscripti.

℞ *Cortic. Peruv.* ʒj. corall. rubri hæmarit. croc. maris restringent. aa. ʒj. confec. Hyacinth. ʒj. conserv. cynosbat. ʒiiij. cum s. q. sirup. Balsamic. Tolutan. F. Electuarium horis medicis Julapio sequenti sumend.

℞ *Aq. spermatis ranar.* Cinamom.

bordeat. tenuioris aa. ʒij. boli armen. ʒj. sirup. coral. ʒj. F. Julapio.

His quartâ vice dosi debitâ deglutitis rediere, vox, respiratio & pulvis; & de dolore terebranti pulsatili ventriculi conquesta, est, Dom. Worthington de Wigan Chirurg. expertus Apostema ventriculo pronuntiavit, ei autem sententiae mecum Dr. Grundy reclamavit, quapropter ut methodo præscriptâ infiseret inculcavimus, diebus aliquot elapsis clysmata injicienda curavimus, & ingentem massam sanguinis instat picis nigrescentis per sedes ejicit, remedis sumptis, & semel repetitis leves cathartes instituimus, decocta Balsamici, & cervisia pectorales, ab his ad sanitatem rediit, ni quod vicibus quibusdam de Phlegmate viscofo Bronchiis pulmonum adhærente conqueritur, levi autem conatū cum pectoralibus balsamicis deterfivis evanescit.

---

#### Phthisis ab Hæmorragia uterina.

#### Observatio I.

**D**omina Towning de Weton uxor Gulielmi Towning, cum per plures menses hâc laborasset, à magnô dispendio sanguinis frequentes Lypothymias & quandòque paroxysmos hystericos patitur; ad fermentum sedandum sanguinis, Electuarium cum cortic. Peruviano pro basi præscripti, Antidotum autem vires morbo impares fuere. Quapropter electuarium sequens (cujus vires in eodem casu dominâ Sudel de Preston expertus fueram) statim præscripti.

℞ *Corall. rubri pulveris sat succini flavi, boli Armen. sanguinis draconis aa. ʒij. sem. plantaginis, vitrioli maris, croci martis*

### *Phthisis ab Impetigine.*

*martis restringentis aa. 3j. cum s. q. conservæ de cynosbat & sirup. de rosis fccis F. El. horis medicis Iulapio sequent. sumend.*

*Et Aq. melisse, lactis alexiteriae, cinnamonom. hordeat. aa. 3iiij. confec. hyacinth. 3j. sirrup. myrtini 3j. M. F. Iulapium.*

His debitò sumptis fluxus cessavit sanguinis, & ipsa gradù lentò indies vires recuperavit; vere sequenti de doloribus continuis versatilibus conquesta est, flatibus admodum molestis, appetitū postratō, calore & frigore sxipli; in die alternatim recurrentibus nec non de continuâ siti, & reverā perfecte strigosa fuit, ossibus scilicet 'nil nisi pendula adhærente. Hinc sequentia præscripsi.

*Et Pulveris Ar. compos. 3vj. florum sal. armon. 3ff. animæ martis Vigani 3j. conserv. cynosbat. cochleariae aa. 3iij. lru'æ 3B. cum s. q. sirup. de cortic. curi F. Elet. horis medicis cum Iulapio sequent. sumend.*

*Et Aq. lactis pectoralis 1Bj. limac. magistral. gentian. compos. aa. 3iis. lumbricor. 3j. sachar. perlat. q. s. F. Iulapium, in dos. quālibet instillat. gut. 7o spiritus sal. armoniaci succinati.*

His cum regimine deglutitis, & levi catharsi cum cervisiâ aperitivâ anti-scorbuticâ semel septimanâ repetitâ, integrè convaluit & onus jam *Lucina* gerit.

---

### *Phthisis ab Impetigine.*

#### *Observatio I.*

**Q**uantum Græcorum & Arabum impetigines inter se discrepant mihi brevità studenti. Morbumque

703

descriptu Meridiano, uti loqui amant Mathematici, calculatum, à metà propositâ alienum foret. In summô tamen hoc dici potest hic Morbus Medicamentis vulgaribus rarò cedit, & priusquam pulmones illius venenô conspiciuntur post salvationem repetitam Morbum repullulasse novi. In hoc Morbo symptomata præ cæteris vulgaria ad sequentia reduci possunt. Rubris duris tuberculis vultus aliæque corporis partes defœdantur, his maturitatem adeptis squamæ furfuraceæ ab iis decidunt, tussi molestâ, tempore præsertim vespertino, corripitur æger, parùm vel nihil expectorans, nisi copiam satis amplam sputi pellucidi; frigore continuo horis antemeridianis convellitur, huic calor & siti succedunt, adeoque inter duo extrema breves tantum dantur inducæ. Dolores pungentes tantoperè fauces infestant, vix loqui vel deglutire valet æger. Appetitus totaliter prosteretur. In hoc Morbo, cùm statum confirmatum attigit æger, sputum fit copiosum, crassum, fetidum, carulei, quandoque rufi coloris. In venenô quodam fomes Morbi consistere videtur, quale autem sit parùm scio, conjecturam tamen propnere liceat, verosimile mihi videtur in hoc Morbo particulis salinis acidis luxuriare sanguinem, & genus nervosum, quæ cum particulis Sulphureis massâ sanguinis eliminantur, adeoque more sublimati cujusdam cuticulæ adhærent, sicut in tentamine sequenti conspicere fas est; sume aceti acerimi q. v. super lentum ignem impone organo quodam communi, vas linteo rato cooperies, particulæ Sulphureæ metallicæ unâ cum fumis acescentibus sublimabunt, & operculo forma sicca albescente adhærent, squamis impetiginosis parùm dis-

crepan-

scrpantes, His accidunt rationes sequentes, istis cœlorum plagiis hic Morbus præcipue grassatur, quibus particulis atmosphæra constipatur in salsis scilicet paludosis, & summa hujus Morbi antidotus carne viperina consistit, cuius præcipua virtus acido infirrigendo constat, methodus medendi nititur, catharticis acidulis, viperarum & millepedum præparationibus, cervisiis antiscorbuticis mitioribus, antivenereis, nec non pectoralibus balsamicis. Historias plures recitarem, at in hoc casu nomina affigere forsitan ingratum foret.

### Phthisis à Rheumatismo Scorbutoico.

#### Observatio I.

**I**ntra personas provectionis ætatis propè fluvios salbos habitantes hic Morbus vernaculus appellari potest. E quorum numero Dominus *Ashion de Lea* propè *Preston* Anno 92. me in auxilium vocavit, tunc temporis præter Atrophiam universalem arenulis quoque propemodùm confectus erat, per totum diem cruciatum immunis mansit, toto autem haud citius se commisit, quin *Hydra* nova reviresceret; insomnis per totam noctem frequentè decubuit, quandóque eò usque furoris Morbus advectus est, circa medianam nocte, lecto quasi tauro *Phalaridis* aufugit, & levaminis causa per horam unam vel alteram cathedrâ propè ignem se apposuit; appetitus prostratus erat, & vix nosocomium Skeleton quoddam magis visui objiceret. Calore & siti immunis fuit, nec ullâ tussi afflictus fuit. Imprimis potionem sequentem præscripsi.

*Re Decocti senae Gereonis 3ij. sirup. de spinâ cervin. 3i. diaconiu 3ff. crem.*

tartari 3ff. aq. lumbricor. 3ij. M. f. F. P. cum regmine sumend.

*Re Falveris Ar. compos. 3vj. florum sal. armon. 3ff. animæ marti. Vigan. 3j. extralli trifolijs fibrini 3ij. conserv. cochlearie, flavedinis aurantior. aa. 3ij. cum s. q. sirrup. è cortic. citri F. Elest. horis medicis julapio sequenti sumend.*

*Re Aq. lactis alexiterie 3vj. gentian. compos. 3vj. limac. magistrat. 3vj. lumbricor. 3i. succ. express. milleped. No. 500. sachar. perlat. q. s. F. julapium.*

His degluritis cervisiam antiscorbuticam appetitivam institui, astivo tempore acidulas *Larbricenses* ingurgitavit, & sanus evasit. Vere sequenti repullavlit virus, methodum similem præscripti, altius autem veneno tincto systemate nervoso, conatus omnis irritus fuit, hinc post summos cruciatus, pedes, tibiæ, & femora tumuere, quapropter mortem adstantem pronuntiavi, hinc vir probus, tunc temporis populari *Empirico* oppido *Prestoniensi* suo more medicinam facilitanti (columnis scilicet oppidanis schedulis suis obiectis) panaceis theatri se commisit. Medicaster circumforaneus etiam si *Atrophiam* in summo gradu adstantem conspiceret, nec morbum nec vocis quidem Etymogiam cognovit, quin certam ac subitaneam medelam promisit, at brevi tempore fraus fallentis detecta fuit, post mensem etenim unum vel alterum fatis succubuit.

#### Observatio II.

Illustrissima Domina *Domina Fleetwood de Penwortham*, cachexiâ Scorbutoico diu laborasset, totam propemodum antiscorbuticorum encyclopediam tentasset parum autem levaminis recepit, *Thermas Bathonienses* adiit cōnatus

matus autem omnis adhuc irritus erat, tandem suasū viri celeberrimi Doctoris Baynard Coll. Regal. Londonenſ. Socij, tunc temporis herculeo ſuccelu, & ſummò ingenij cum acumine agro Lancastriensi artem Apollineam factitantis, acidulas Eboracenses adiit, has copioſe per mensis ſpatium ingurgitabat, & ſæpius Septimanā balneō iſtō frigidō Saint Mungus charactere inſignitō ſe lavabat. Hinc dolorēs Rheumatici & Calor hecticus penitus debellati ſunt, & per plures annos valeritudini restituta fuit, Anno 90. recidivam paſſa eſt, rursus acidulas ingurgitavit & Morbus inducias paſſus eſt, vere autem repullulavit virus, & jam particulis ſalinis ſaturatō ſanguine, indies vires labefactabant, tantā anorexiā correpta fuit, ut à cibi uſu vomitus in immanes incideret, & fréquenter bilis æruginosa copiam immensam trudaret, remediis quamplurimis incassum tentatis indies ſitis & calor hecticus eam affligebant, expuic phlegma viscosum cinereum, & quandoque æruginosum, asthmate poſteā correpta fuit, hinc Sanguinis uncias aliquot à brachiō ſumendas ſuasi, Sanguis eductus crassā pelliculā glutine tenaciore obrectus erat, hinc alcalicis, volatilibus, pectoralibus detersivis, & antiscorbuticis cujuſcūq; generis incassum tentatis rediit Asthmatis paroxysmus, aphonīa correpta fuit, & supremam clauſit diem; hoc notari poſt, dominæ celeberrimæ ab acidulis & balneis frigidis per totum Morbi decurſum ſolummodo quid levaminis accessit.

## Phthisis à Rachitide.

## Observatio I.

**I**N hōc Morbo tantopere vuluis albescit, quod nive propemodū can-

didiſ infans, adeoque muſculi flaccidunt, veſtimenti adinſtar penduli cuſis circumambit corpus, crura & pedes tantopere vacillant, corpori ſuſtentando inepta evadunt, duriſtis planæ & amplæ abdome frequenter interſperſæ, quæ idiomate vernaculo Liver-cake audiunt, tuſſi corripitur aeger, & quandoque diarrhœa, Febris lenta, & ſiti continua. In medullā ſpināli mihi ſomitem Morbi conſiſte videtur, in hac quibusdam illecebris ſpiritus animales irretiti, influxō debitō ſpirituum privantur nervi ab ea ramificantes, hinc nervi & fibrillæ muſculares pabulo diurno orbata flaccidunt, & conſequenter emaciāt corpus, & incurvantur oſſa: in hac etenim tenella àtate quod membra ſint firma & recta; necelle eſt muſculos membra circumambientes eſſe ſpiritu irriguos, aliter ex inæquali nutritione necelle eſt parte à ſitū naturali deſclinent, ſimiliter ad elevationem iſtius floris *Heliotropium* dieti radij ſolares requiruntur, quod detractō lumine ſolari vultū torvo & pendente terram deſpicit. Propter ſpiritus nimis parcè fluentes albescit vultus, emaciāt corpus, vacillant pedes, acescit Sanguis, hinc tuſſis, Febris lenta, & quandoque diarrhœa, Humores viscosi intra fibrillas muſculares extravafati, duriſtis prædictas conſtituere videntur. In infantibus methodus medendi conſtat ex linimentis nervinis, medicamentis volatilibus, ſpecificis, inter quæ prima jure ens veneris & radix *Oſmundae regalis* reſcenſeti debent. In Adulterioribus methodus medendi conſtat ex medicamentis calybeatis, decoctis & cerviſis aperitiyiſ, aquis mineralibus acidulis, balneis frigidis, & id genus aliis.

Vuu

aliis. Methodo priori infantes vitorum illustrium Ambrose Pudsey de Bolton Hale agro Eboracensi Armigeri, & Johannis Franc de Preston convalevere. Posteriori Methodo ab ipsis orci fauicibus Edmundus Forde filius natu maximus Lanceloti Forde de Kendale sanitati restitutus fuit.

## Phthisis à fluore albo.

**I**N temperiem salinam Sanguine mutato, lensorum colluvie luxuriat purpurea massa, hinc viscosa saburra ventriculus infarcitur, quapropter nec edulia assumpta teste concoquit, nec male concocta Sanguis assimilat, hinc sit quod magna chyli portio albo fluore præcipitat, portiones aliae intra pulmones subsidunt hinc tussi corripitur æger, & sputum salsum viscosum album copiâ prægrandi eructat. Intumescent frequentè pedes, quod Symptoma ab eadem salsedine Sanguinis deduci potest. Lenta Febris gliscit indies ex salina fermento sicut mihi videtur orta. Eruptiones miliares per entim universam frequenter interspersæ sunt, & lumbago dolorosa summopere torquet, albescit vultus, & caro indies intabescit, quæ Symptomata per eam allatam facile explicari possunt. Methodus medendi constat in primis viis detergendis, massâ Sanguinea invigoranda, & partibus continuo humorum fluxu tonum amissis, constringentibus ; Remedia hac collimantia, sunt emetica scillitica, cathartica aperitiva, chalybeata, & balsamica parum aditringentia. Ab his serenissimæ quædam Dominæ oppido de Preston & Kendale sanitatem integrum recuperare.

## Phthisis à Chlorosi.

**F**œminis quibuscumque bene se habentibus à natura insit fermentum quoddam internum à pubertate finita ad senectutis usque lauginem, hujus gratia per quemlibet lunæ decursum solennes luas evacuationes habent, ex quibus suppressis pleuritidem, peripneumoniam, rheumatismum, & phthisin haud semel pullulasse notavi. Ab æstuanti quodam animi desiderio, & vitiato ventriculi fermento hæ saepissimè suppressiones contingunt, qualis autem prosapiæ fermentum sit mensuale haud magis forsitan à priori explicari potest, quam fluxus & refluxus Oceani Cythria motum quasi tot satellites observantes. At ne altum silentium premitur, liceat conjecturam proponere; Ch'orosin grave quoddam animi desiderium consequi, amorem scilicet vel mestitiam, omnibus in proposito est, nec non appetitum diætæ cuiuslibet obscenæ, creta scilicet, calcis, carbonum, & id genus aliorum, Sanguinem in hoc Morbo detractum semper glutinosum inveni, & ventriculum viscosâ sabutâ repletum, ex quibus opinari liceat, ex pathemate quodam graviori spiritibus nimium oppressis, vel circa quandam appetitum æstuantem copiâ nimis prægrandi absumentis, penū spirituum diurno privatur massa Sanguinis, ex quo sit quod particulae Sanguinis tenaciores tardius motæ arctius coherent & viscosa fiunt, sicut in tentamine sequenti videre est.

**4.** Ag. Et glutinis, q. v. vase quodam super ignem impone, dum partculis igneis partes aquosæ circum agitantur

tantur, officiunt quò minus particulae tenaces coherent & liquidæ manent, amoro autem igne statim viscosæ fiunt, pari forsè modo dura particulae seroæ & segnes massæ Sanguinis vi spirituum circumagitantur, serum Sanguinis manet liquidum & lensoribus immune, æstro autem amoto, spiritibus scilicet pathemate quodam nimium opressis vel appetitù quodam nimium absumptis, particulas segnes tardius movent, adeoque strictius coherent & viscosæ fiunt, huic sententia suffragatur clarissimi *Sylvii* autoritas pag. 304. à merore autem solent humores reddi glutinosi ac viscosi maximè in tenui intestino & quidem propter succum pancreaticum idcirco factum austerorem, modus reverà quo succi glandulares à quodam pathemate vehementi aescunt haud aliter iconographiam admittit quantum ego conjectando valeo quam liquores fermentis biles ab iactu fulminis aescentes. Methodus medendi sumitur à vomitoriis, catharticis amaris detergentibus, volatilibus, martiatis, & aquis acidulis naturalibus & artificialibus, historias penè infinitas recitarem at brevitatib[us] studens has omitto.

*Phthisis Chylofa.**Observatio.*

**P**ost Febres cuiuscunque generis inter infantes præcipue hic Morbus contingit, quapropter verosimile videtur conflictū Febrili spirituum penus summoperè absumitur, hinc in salinam dyscrasiam degenerat massa San-

guinis, & verosimilè pars serosa Sanguinis per salia coagulatur, adeoque lensoribus glandulæ mesenterii infarciuntur, quapropter in intestina regurgitat Chylus, & si lacteæ totaliter obstruunt emarcescit corpus, intume'cit abdomen, albescunt fœces, & gravis laborat patiens, quandoque lacteæ totaliter haud opilantur & hinc fœces haud albescunt, intumescit tamen abdomen, & emaciatur corpus propter lacteas quasquam opapilatas; hoc symptomam frequenter notavi; Phthisis hujusmodi lento procedit gradu, tractu tamén temporis, glandule infarctæ mesenterii strumosæ fiunt, & quandoque glandulæ pulmonares, & in isto stadio conclamatum est. Methodus medendi quæ mihi præ ceteris arridet, & quæ spem raro aut nunquam abludit, modò sit in principio vel augmento Morbi, sumitur à catharticis aperitivis inter quæ *Elixir Salutis* cæteris palmam præripit, diebus intermediis pillulas ex trifolio fibrino gum. ammoniacō & anima maris institu[n]it, nec non in adultis *Electuaria Chalybeata*, & cervisias pectorales aperitivas, ens veneris & radix omnnde regalis egregii sunt usus, & ubi vermium suspicio, *etbiops mineralis*, abdomen saepius in die linimentis emollientibus & aperitivis illinendum inculco, & gestare *Sylvii Emplastrum carminans* opio omisso. Hac methodo, filia natu maxima Domini Smith de *Stalming Grange*, & fœmina quædam propè *White-hill*, habitans sanitati restitutæ fuere. Plures recitarem; ad umbilicum autem jam ducere incubit.

Hic est finis Phthisiologie Lancastriensis; redeamus jam ad ea quæ restant de Clarissimi *Thome Sydenham Processibus integris. &c.*

*Thomas Sydenham De Podagra.*

Exeunte Januario aut incipiente Februario ingruit horâ ferè secundâ matutinâ , dolore pollicem pedis ut plurimum occupante , quandoque vero calcaneum , suram ; aut talum ; mox sequitur rigor cum horrore & febricitatione aliqui . dolor gradatim intenditur , ( de pari passu rigor atque horror recedunt ) idque in singulas horas , donec tandem sub noctem ad apicem pervenerit , nunc tensionem violentam , nunc mortsum canis rodentis , quandoque pressuram , & coartationem exprimens , hinc præ exquisito dolore , nec lanteorum superin- cumbentium pondus nec cubiculi à fortiori ambulatione concussionem ferre Podagricus valeat ; dolor non sedatur , nisi ante horam secundam , tertiamve matutinam ( decursu scilicet nycthemeri spatio à primo appulsi ) & jam leni madore perfusus æger somno concedit , à quo evigilans , dolore multum im- minuto , partem affectam tumore recenter occupatam cernit . Sequenti die , forte etiam ad biduum , triduumve dolet nonnihil pars affecta , idque vehemen- tius ad vesperascente die , levatur autem sub galli cantu . Intra paucos dies alter Pes eodem dolore torquetur . Postquam utrumque pedem exercuerit dol- lor , qui sequuntur Paroxysmi abnormes sunt , tum quoad tempus invasionis , tum durationem , atque ex serie horum paroxysmorum , constat paroxysmus , qui dicitur Podagræ diuturnior breviorve , pro æ gri ætate in iis qui vegetiores sunt & quos Podagra rarius invasit , diebus sepe quatuordecim , in senioribus , atque iis quos sèpius afflxit , duobus mensibus ferè definit , iis vero , qui vel an- nis , vel diuturniore morbi mora fracti sunt , non prius valedicit , quam æstas jam adulterio eam fugaverit .

Ad quatuordecim primos dies urina coloratior est , cum sedimento rubro , & quasi atenuis referito , alvus ferè constipata est , *Appetitus* prostratio , rigor to- tius corporis sub vesperam integrum Paroxysmum comitantur , recedentem Pa- roxysmum excipit pedis affecti inter digitos pruritus vix ferendus , unde decidunt furfures , & pedes desquamantur .

Hætenus dolor pedibus tantum fuerit infestus , cùm verò vel ab indebita me- dicatione tui batur Podagra , vel ob diutinam morbi pertinaciam corporis sub- stantia quasi in morbi somitem pervertitur : jam manus , carpos , cubitos , gen- nua , aliasque regiones occupat , quandoque unum , pluresve digitos distorquens , fasciculo radicum pastinacæ similes eos reddit , motu paulatim privans , tandem- que concretiones , circa articulorum ligamenta , tophaceas generans , cretam vel oculos cancerorum æmulantes , nonnunquam in cubitis tumorem subalbum cier , ferè ad ovi magnitudinem , qui sensim inflammatur cum rubore , nonnun- quam femur occupans , sensum exhibet , quasi ingentis ponderis appensi , sine dolore tamen notabili , at genu exinde petens , id acris urget , attus jam habet ægerfe è undeque contractos , & impeditos , ita ut claudicer ; & permoleste prorepit . Urina illam colore imitatur , que in diabete excrenitur , dorsum , aliæ- que partes moleste pruriunt , maximè sub horam somni .

Post multos , dirosque cruciatus Paroxysmi subsequentes ( naturâ partim one- se materia peccantis partim senio oppressâ ) agrum quoad dolorem clemen- tius

tus tractant, at loco doloris consueti, ægritudo quædam cum dolore ventris, lassitudine spontanea, quandoque etiam propensiæ ad diarrhoeam superveniunt, quæ symptomata evanescunt, quoties articulos dolor fatigat, atque ita nunc dolore, nunc ægritudine, quasi alternatum lacercentibus, Paroxysmus longas moras necit.

Calculum Renum in quamplurimis patit hic effectus.

Feminas perraro infestat; easque, non nisi jam vetulas, & viragines, pueros quoque, & juvenibus minores vix adoritur.

Indicatio Curativa in eo vertitur, ut cæctioni consulatur, indigestionibus sublati, seu fit per Pharmaca, seu victus rationem, seu exercitationem, seu alia ex istis qualibet quæ sex res non naturales indigitantur.

Venæ sectio, Cathartis, ac Diaphoresis scopum non attingent, licet iis qui Renum simul Calculo, & exinde orto Mictus sanguineos laborant, non abs re erit semel in septimana, alvum Mannâ subducere, & singulis noctibus, post Purgationem Paregoricum exhibere.

Medicamenta, quæ prædictæ indicationi satisfaciunt, ea sunt, quæ moderate calent, & vel amaricant, vel linguam leniter feriunt, talia sunt, Rad. Angelic. enula, fol. Absint. cent. min. chamaadr. chamep. Ec. quibus addi possunt An-tiæcorbutica dicta, ut, Rad. raph. rustic. fol. Cochl. hort. nasturt. Ag. Ec. quæ tamen parcus usurpanda veniunt, quia morbi fomiti aculeos subdunt, & calorem augent, præ istis aliis, quæ miti calore, atque amaritudine, ventriculum corroborant. Haud inutile est Ecliptuar. sequens.

*U.* Conserv. Cochl. hort. unc. iiij. Afsinth. rom. flav. Aurant. an. unc. j. Angel. condit. unc. mosch. cond. an. unc. b. Theriac. Androm. 3ij. Pulv. ari comp. 3ij. cum s. q. Syr. Aurant. f. Elect. de quo sumat. 3ij. bis in die superbibendo seq. Ag. destillat. Cochl. v. vel vij.

*U.* Rad. raphan. rustic. incis. unc. iiij. Cochl. hort. M. xij. nasturt. Ag. beeabung. salv. menth. an. M. iv. cort. aurant. N° vj. unc. mosch. cond. N° ij. cerev. Brunsvicens. 10xij. destillentur organis communibus, donec solummodo libvj. aquæ eliciantur pro usu.

Hæc autem remedia digestiva, constanter, atque omni adhibitâ diligentia, assidue usurpanda, & in Paroxysmorum intervallis præcipue in usum revocanda sunt.

Mediocritas ea in cibo observanda est, ut neque plus alimenti ingeratur, quam ventriculus concoquere valeat, neque è contra nimia abstinentia, partes ea proportione alimenti defraudentur, quæ earundem robur & vigorem sustinere potis est. Quoad qualitatem autem ciborum, ægri palato consulendum est, & unica ciborum specie singulis pastibus vescatur, de ceteris, dempta carne, prohibitu comedat, modo nec acria, nec sale condita sint, nec aromatis. Prandientium expedit, loco autem cœnæ indulget sibi haustum cerevisiæ alicujus temperioris, quo calculi concretio impediatur.

Liquores optimi sunt, qui neque ad vini generositatem ascendunt, nec ad aquæ debilitatem, ne frigore suo lardant ventriculum, deprimuntur. Hujusmo-

di est *Cerevisia tenuis Londinensis*, aut multa aqua cum paucō vino permixta, aqua autem pura & cruda periculosa est; cum autem universa ferè corporis substantia in podagram de generaverit, à liquore quoque fermento quantumvis levi, & tenui abstineat, & utatur *Decocto Diaterico ex Sarsa, in remediorum formulis descripto*, ubi primum à paroxysmo convaluerit, per reliquum vitæ cursum.

Sin autem æger à longo, & nimio liquorū inebriantium usu, vel ab ætate proiectiore, vel denique præ nimia debilitate, cibos absque vino nequeat concoquere, in pastibus haustum vini Hispanici sibi indulget, *Apozema Diaticum* abdicans.

*Æger*, maximè hyemis tempore, maturè lectum petat, diluculo exurgat, animus sit tranquillus, nec nimis intentus studiis, & rebus seriis, cæteris vero omnibus, exercitatio corporis quotidiana, facilè palmam præcipit, quæ moderata sit, & perseverans, nullo autem modo justo vehementior; quoad exercitii genus, quoties nec grandior ætas, nec calculus intercedant, reliquis præferenda est equitatio constans, ac assidua in aëre salubri, aut vestio in curru.

Veneris lenociniis ne indulgeat. Remedia externa nulla adhibenda.

Quamvis nihil magni in paroxysmo tentandum sit, conduceat tamen fortasse per aliquot dies, ubi primum à morbo corripitur à carnibus abstinere, juscule uti avenaceo, aut alio pari alimento; sin autem spiritus animales ataxiam concipere apti sunt, non expedit à carnibus abstinere diutius quam ventriculus eorum usum aversetur ne quid auem vel in quantitate, vel in qualitate, ciborum aut potūs peccet.

Symptomatisbus iis occurrentum est, à quibus æger in paroxysmo de vita pericitatur, horum maxime familiare est, ventriculi languor, cum ventris tortimib; tanquam à flatu, hoc in casu, nihil æque votis responderet, ac vini Canarensis haustulus subinde degluttitus, exercitio utatur æger; sin autem symptoma, inducias haud ferens, mortem minitet, modo caput malum non impetat, ad *Laudan*, statim configiendum, viz. gutt. xx. in haustulo *Aq. Epidem.* & in lecto ad quietem se componat; hac ipsa methodo se ab imminentí morte liberavit Autor clariss. nus ubi ex errore aliquo, circa res sex non-naturales, in ingenitum ventriculi ægritudinem incidit, cum vomititione, & aliquali ventris dolore; artus interim, ex retrocessione materiæ Podagræ, doloris erant expertes, ac ad motum plus solito habiles; Congium nempe unum liquoris posse dici, vel cerevisiæ tenuis devorabat, & quamprimum totum per vomitum rejecerit, Vini Canar. haustulum, cui instillatæ fuerint *Laudan*. liq. gutt. xviii. sumebat. Quod si huic remedio symtoma non cedat, sudor provocetur, methodo & medicamentis huic usui dicatis ad biduum, triduumve, mane & vesperi per duas tresve horas continuas.

Si autem metastasis fuerit materiæ peccantis in Pulmonum lobos, liberatis artibus à dolore, & tumore, tractandum est hoc symptoma, pari modo ac *Pertipneumonia* absoluta, venæ sectione scilicet repetita, diæta, & remediosis refrigerantibus, & incrassantibus, purgandis est insuper æger, inter venæ sectiones, potionibus lenientibus, sudoris aut provocatio obest.

## I N D E X

MORBORUM quorum Curatio in Process. Integr. &c.  
habetur.

## A.

D	E Abortu Præcavendo	Pag.	670	Fluore albo.	675
Ambustis			679	Furfure sive Porragine capitis.	680
Angina			656	G.	
Apoplexia			663	Gonorrhœa virulesta.	673
Asthmate.			681	H.	

## C.

Canis rabidi morsu;			680	Hæmoptœ	679
Chlotosi			678	Hæmorrhagia narium	678
Cholera Morbo			667	Hæmorrhoidum dolore	676
Chorea sancti viti,			662	Hæmorrhoidum fluxu immodico, ibid.	
Colica biliosa			666	Hydrope	671
Colica Hysterica,			669	Hypochondriaca affectione	646
Colica Pictonum,			668	Hysterica Passione,	ibid.
Contusionibus			680	I.	

## D.

Diabete			676	Iætero	679
Diarrœa			665	Iliaca Passione.	668
Dysenteria			ibid.	L.	

## E.

Epilepsia Puerorum			676	Lochiorum fluxu immodico	670
F.				Lochiorum suppressione	671
Febre Stationaria,			647	Lue Venerea	674

Febre Stationaria,			647	Mania communis,	679
Febre Constitutionum variarum,			644	Mensium fluxu immodico	668
Febribus à dentitione ortis			677	Mensium suppressione	678
Febre depuratoria,			643	Mictu Sanguineo à Renum calcul.	
Febre Erysipelatosa,			655	Morbillis	664
Febre Hectica Infantum.			677	N.	657
Febre Intermitt.			644	Nephritico Paroxysmo	664
Febre Pestilentiali,			ibid.	O.	
Febre Scarlatina,			648	Ophthalmia.	663

P.				P.	
----	--	--	--	----	--

## INDEX

P.		S.	
Paralyſi	681	Scorbuto	682
Peripneumonia netha;	648	T.	
Phthisi	681	Tuſſi	681
Pleuritide	648	Tenesmo	665
Pruritu ferino	656	Tuſſi Puerorum convulſive	
Punctura tendinis	679	Tabis Descriptio & lura,	683
Podagra	685	V.	
R		Variolis	658
Rachitide	677	Ulcere Vesicæ	680
Rheumatismo	654	Vomitu ſanguinis,	679
Remediorum formulae	644	Uteri procidentia,	664



## INDEX



## A D M O N I T I O.

Ne quid desit eorum omnium quæ super Constitutionibus Epidemicis hactenus in Ephemeridibus Germanicis & alibi vulgatum fuit, hic, quamvis extra ordinem, adjicemus; tum ea quæ in hoc argumento, de annis 1697. & 1698. fuere scripta, quæque à nobis propriō loco omissa sunt; tum alia omnia quæ ab anno 1701. ad annum usque 1713. in variis Germaniæ locis fuere observata, quæque ad manus nostras non prius pervenerunt quam opus nostrum ad finem prope deductum esset.

# HISTORIA EPIDEMICA GERMANIÆ.

*Constitutio Epidemica Augustana Anni 1697.*

Dn. D. LUCAE SCHROECKII,  
Academ. Cæsar. Leopold. Naturæ Curiosorum Præsidis.

**Q**uam Morbona Anno elapso ad finem vegetente quietem Medicis Augustanis concesserat, multam hoc quoque continuaverat, ita ut licet morbi aliqui epidemicè Urbem infestarent, raro tamen multis invadere deprehenderentur. Morbilli in primis & Variolæ cum benigniores, tum confluentes, gravibusque symptomatibus stipitæ, puerilem æque ac juvenilem æratem invadebant, & cladem jisdem inferebant. Dn. G.

*Tom. II.*

mercatoris filiolus novem anorum, cum Variolas feliciter superasset, paulo post mense April. in tres etiam sorores fratremque octo annos natum contagium derivaverat; inter quas sororcula triennis, ad medicamenta sumenda diffī ilis, atque pustulis non adeo multis licet laboraret, ob crassæ lymphæ bronchia obviscantis abundantiam gravius respiciens, nec non cephalalgia intensa, cum subsequuo ex aure dextera putulentι humoris, par-

X x x

ciori

ciori tamen effluxu tentata , acciden-tibus convulsionibus sensim defecit ; in altera autem sorore , decimum æ-tatis annum agente , non admodum ægrotare visa , variolæ quidem plu-ri-mæ , nec difficulter prodierunt , ulla tamen arte , in justas pustulas extolli atque suppurari recusarunt , ut & ipsa tertia hebdomade obseruit ; tertia vero soror sedecim annos nata , atque confluentibus Variolis obsita , de in-tento totius corporis ardore , quem & ipse rubens cutis color testabatur , potissimum conquesta , feliciter emeruit ; cumque ipse frater , qui Variolas discretas mediocri numero ef-florescentes , nec lymphoïnatum alio-rum concursu graves licet pateretur , decimo tamen à decubitu die , mag-nam marium hæmorrhagiam subiit , quæ per quatriduum subinde recur-rens , Variolarum tamen neque ad in-teriora regressum , neque mortem in-duxit , sed temperatorium emulsiōnum post usum cessavit , quam , Variolis jam exsiccatis , icterus plurium dierum excepit , à quo jusculis , her-bis recentibus belisidis &c. medicatis sensim convaluit .

Pleuritides etiam veræ , & Perip-neumoniæ , in principio si negligebantur , senibus in primis funestæ ; quin & Catarrhi graviores fauibus mo-lesti , ac fere suffocativi , Tussesque humide notabantur : in illastrissimo quodam Birone fauces constringebantur , ut suffocationis in periculo ver-saretur , cui Elixir proprietatis Cland. cum spiritu cornu cervini mixtam præsentaneam opem præstítit , & re-currentem aliquoties insultum portiuncula laxativa , subductis serosis visco-sitatibus , penitus abegit . In aliis decocta

herbæ veronicæ , radicis liquiritiæ , se-minis anisi &c. aliaque serum stagnans dissolvendi vi pollutia , & quæ illius abundantiam blande eliminabant , laxativa se commendarunt . Nonnullis facta serosa materiæ in ventrem infe-riorem metastasi , cum subsequa dia-rhæa , aut febre tertiana , morbus fuit solutus ; quidam virili in ætate con-stitutus , cum faciei intumescentiam , intenso calor , cephalalgia & virium debilitati junctam incidisset , paulo post , à propinata bis sudorifera po-tione , ceflante tumore atque dolore , serum peccans inde per anteriorem corporis partem defluere , scrotum-que in molem insignem extendere sensit , eodem tamen tumore , post propinatum binis solum vicibus dia-cordiuta Fracastorii , alvumque sic-ciorem per folia sennæ prunorum Da-mascenorum decocto infusa resera-tam , à cataplasmate ex resolventibus & discutientibus pulveribus cum lacte coctis parato , facile iterum evanescere .

Ut porro Arthritides vagas , Il-chiadicos dolores in Anni præceden-tis exitu memoratos , & hucusque ur-bem infestantes taceam , Febres etiam ardentes in pustulosas sœpe & macu-losas efflorescentias , non absque ma-lignitatis aut contagii nota , & cum dorso præcipue ac capitis magno do-lore in principio conjunctas , absuntes ; præcipue autem , præter errati-cas , quotidianæ ac tertianæ notaban-tur ; quæ cum primum invaderent , continuarum in aliquibus metum , vehementi suo calore , cephalalgia , deliriis ac virium debilitate , incus-serant , brevi autem tempore , à pro-pinato , varia sub forma , chinchinæ cortice , & , sine quo difficilis ac fere fra-

frustranea reddebat cura, interposito quandoque blandiorum evacuantium usu, absque recidivæ metu, nî gravis in diæta error committeretur, recesserant; prout nec continuæ febres, bezoardicis & diaphoreticis continuatis haut immorigeræ, perfectam sanitatem semper admirabant, nisi superstitem vitiosæ lymphæ abundantiam, ventriculo iaprimis atque intestinis molestam, in fine morbi Lenitivis commode educere studiuerent. Nobil. Matrona, floridæ ætatis, sanguineæque constitutionis, in fine secundi mensis gravida, post cibos concoctu difficiliores ingestos, in tertianam incidit, cum per molesto tensivo dolore, à quo, post biduum specifi stomachici Poteriani usus, pulveris Peruviani scrupulum unum in tantillo vini Neccarici rubri subadstringentis, mane & vesperi per duos dies sumisset, libera quidem evasit, insignem vero uteri hæmorrhagiam, cum abortus periculo incurrit, quæ tamen à cotaliorum rubrorum pulvere tum solitario, tum lapidi hæmatiti ac terra sigillata comixto, successive exhibito, imperata simul quiete, sensim cessavit, alio intretra sicciore & flatibus gradata, cibis lubricantibus minime, foliolis autem fennæ parva quantitate decocto prunorum Damasc. infusis, obsecundante, partu vero filiolum iusto tempore sanum & vegetum excludente.

Pluribus Ophthalmæ, & genarum non tantum œdemosos tumores, modo indolentes, modo odontalgæ, in ulcuscula buccarum interna aliquibus terminatae, juncti, molestiam magis quam periculum creaverunt, sed

Parotides etiam glandulas, modo in uno, modo utroque latere, cum precedanea febrili effervescentia, in pueris quandoque ad delirium usque spiritus magis mobiles exagitante, lymphæ lenteſcentis stagnatio, M. Mayo occupaverat; nec catarrhosæ capitis & pectoris gravedines M. Junio omnino aberant. Ophthalmæ ardorem nihil felicius quam vini spiritus latelo exceptus & impositus compescerat. Parotides autem, juxta cum diaphoreticorum usu, emplastrum malacticum August. simplex discutiebat.

Infirmitatibus hisce, quæ à seri stagnationibus ac coacervationibus, nec non ob sufflaminatam insensibilem transpirationem, variatum impuriorum particularum inquinationibus commode derivari amant, producendis frigida aëris inclemencia, & postea inæqualitas plurimum contulisse videbarur; cum enim primus Anni mensis frigore, admodum quandoque intenso, crebrisque comitato nebulis, infestus eset, quas M. Februario frequentes nives, præter frigoris continuationem, vespertinis autem horis remissionem excipiebant, Martius & Aprilis principium inconstantia sua modo nebulas, pluvias, nives, modo serenitates, aëris temorem frigusve produxerant; usque dum sol ad Tauri signum propius accedens, amoenieris Veris spem faceret, inque Mayo calores æstivi sere æquales primo excitaret, quos tempestates non infrequentes, nobis equidem per DEI gratiam clementiores, vicinæ autem nostræ, atque remotissimis etiam in locis, in primis d. 21. st. n. grandine insolita [nobis equidem è longinquo saltu comparente,] admodum dam-

nosæ sequebantur; quam intemperiem succedens Zephyri vehementia d. 27. nivem copiosam adduxerat, aëremque postea ad pruinias matutinas usque, in fine Maji, tub crebriori Euri flatu, ac cæli serenitate refrigeraverat; cum cæteroquin temperatio aëris status & grata caloris varia-  
tio M. Junio nihil inconsueti corporibus nostris inferret; accedente præterea crebriori ventorum alternatione, qui modo ab orientali, modo occidentali imprimis plaga Urbem hucusque perflaverant, terramque à plavijs licet multoties madefactam iterum exsiccaverant, quin & simul continuo isto aëris motu plurima morborum miasmata discusserant.

Nec aliam Æstas faciem induerat. Sole autem Leonis signum percurrente, frigidiusculam frequenter auram, & crebriores pluvias, messis collectioni multum damnosas, Zephyrus adduxerat; quæ ipsa temporis constitutio, præsertim horæorum fructuum abundantia cum daretur, Diarrhoeas non paucas, minus tamen periculosas aut refractarias pariebat; usque dum Sol Virginem tenebat, ubi meridionalis ventus nubila discutiens, serenius, vespertino tamen & matutino frigore horridiusculum cœlum reddiderat. Cum Æquinoctio tamen autumnali crebriores Zephyri impetus plurimas denuo pluvias, frigore comitatas, adduxerant: quæ pluviosa, ventosa & frigida facies usque ad Solis in Scorpionem adventum continuauerat; ubi sub ulteriori varia ventorum alternatione, frigida aëris intemperies, quam Sole sagittarij signum ingresso, diurnæ nebulæ & postea crebriores nives comitabantur,

nec non circa hyemale Solstitium pluvia ac temperior aura exceperant; finem autem Anni frigidus ac nebulosus aër clauserat.

Interea Variolæ, quamvis malignitate carere visæ, atque Odontalgia nunquam recesserant; ante Æquinoctium autumnale Febres etiam quotidianæ & tertianæ, nec non Tusles humidæ æque ac convulsivi quid habentes, contumaciores, in puerili præcipue, sed adulta quoque ætate, nec non post Æquinoctium Rheumatismi ad brachia, atque senescente Autumno Febres pecteniales notabantur, quin & Ischiatica passio, cum præcedaneo vel comitante circa os sacram dolore, haud infrequenter occurrebat; quæ etiam extra Urbem infestaerat, quin multis in Suevæ locis plurimos excruciare ferebatur.

Odontalgia quidem majorem penne incolarum partem adfligebant, ut raræ in Civitate domus essent, in quibus malum hoc non inveniret hospitium; à medicamentis vero serum ex corpore subducentibus, ac præterea spiritus ferociantes deimulcentibus opiatis, noctu parva dosi successive exhibitis, certius, quam aliis artificijs, expelli aptum: qui vero dentum ab evulsione lenimentum speraverant, pertinaciorem ut plurimum dolorem experti fuerunt.

Rheumatismos ad brachia; in quibus nec rubedo nec tumor narabatur, capitibus dolor aut gravedo prægressa, à seri ex cerebro in nervos decubitu, productos fuisse indicabat; quorum difficilis erat cura; quæ etiam reiterato laxantium ab usu promptius, quam sudoriferorum successerat; externè autem crebriori spiritus vini camphorati

rati aut similiū inunctione symbo-  
lum conferente.

Qua ipsa etiam methodo coxarum  
dolor tractari volebat, à simili in ner-  
vos serī abundantis translatione dubio  
procul ortus, præcipue cum illum ab  
ossis sacri regione potissimum princi-  
pium sumuisse, ex ægrotorum rela-  
tione constiterit.

Febres petechiales minus erant le-  
tiferæ, plurides ut plurimum in prin-  
cipio mentiebantur, dolore capitis  
semper, delirijs tamen nunquam, vel  
rarioribus infestæ. Sic Vir quadra-  
genario major, J. C. S. melancholici  
temperamenti, d. 22. Novemb. st.  
n. subito horrore cum calore alternante,  
intensa cephalalgia, vigilijs, viri-  
um prostratione, lateris sinistri dolore  
punctorio, & adpetitu prostrato  
prehensus; Tinctoram bezoardicam  
sumis, sine ullo levamine. Dic mor-  
bi tertio vocatus, potionem diapho-  
reticam ex discordio Fracast. sale  
cornu cervi volatili, & pulvere ru-  
beo Pannonicō duabus vicibus sumen-  
dam præscripsi; nox inquieta; d.  
quarto horror & dolor lateris remise-  
re, capitis vero erat tolerabilior,  
urina paulo minus tincta quam præce-  
denti die, idem medicamentum ma-  
ne continuavit, vesperi ad alia nau-  
seabundus, Tinctoram bezoardicam  
solam admisit, nocte quietiore sub-  
sequente; d. 5. eadem, sitis adaucta,  
quam aqua pomis citriis medicata,  
demulcebat; Tinctoram continuavit;  
quam tamen postea sibi nocere imagi-  
natus est; successit tussis sicca, mo-  
lestia, fortasse à potu frigidore; nox  
inquieta; d. 6. dolor in capitis tan-  
tum dextra parte recruduit, tantus,  
ut nec manus attactum ferret, ab

imposita vero herba recenti rutæ, cum  
baccis juniperi contusis, atque inter  
sudandum ( quæ continua diaphore-  
sis, sub temperato, aëris regime) per  
Bolum ex discordio, sale C. C. vol.  
& antimonio diaphoretico, quavis  
sexta hora exhibitum, sensim promo-  
vebatur, ] cum halitum quasi aliquem  
ex aure dextra erupisse sensisset, re-  
misit; d. 7. in meliori statu versaba-  
tur, urina minus tincta & petechiale  
maculæ cum intermisstis plurimis  
pustulis aqueis in collo, pectore &  
dorso erumpabant, sicque successive  
alias etiam partes d. 8. 9. 10. occupa-  
bant; quas, earum ante ignarus, d.  
11. in manibus etiam obortas cum consi-  
piceret, valde contristatus inde &  
perterritus fuit; urina quoad colorem  
naturali similis, noctu largiori rivo  
effluxit; d. 12. tussicula continuavit,  
sitis intensa, urina maxima in quanti-  
tate, & longe ultra potus sumti  
mensuram excernebatur, aqua prorsus,  
cum summa virium prostratione;  
unde vinum sive succum cydoniorum  
faccharatum aqua dilutum bibere ves-  
peri iussus est: cuncta mala inde mi-  
tigari visa, nocte etiam quiera succe-  
dente, calori interea adhuc gliscenti  
moderato bezoardicorum, & tan-  
dem unicornu matini matutino ac ves-  
pertino usū obviam ibatur; d. 16.  
noctu sudor magnus cum totali mor-  
bi cessatione erupit.

Mulierem juvenculam, J. L. ter-  
tio mense gravidam, eadem sympto-  
mata d. 21. Novembr. invaserant, al-  
tero die meam opem domi tantum de-  
sideravit; d. 4. ut ipse accederem ro-  
gatus, magnum sanguinis æstum &  
præcordiorum angustiam adesse obser-  
vayi, dolor lateris erat remissior, urin-

pa tincta, sed copiose vescido sedimento referta, vesperi & noctu aliquoties narium hæmorrhagiam moderatam patiebatur; d. 5. dolor capitinis tolerabilius, cor liberum, vesperi dolor colicus; quid. 6. à sumto amygdalorum dulcium oleo, & bino subsequente vomitu cessavit, remanente tamca stomachi ardore; petechiæ adparat; nox iasomnis, sed alvus soluta; d. 7. stomachus pacatior, noctu parum deliravit; d. 8. somno, quavis inerrupto nonnunquam fruebatur; d. 9. nonnihil cibi sumvit, sique continuans, d. 13. vesperi cibo se replevit, unde appetitus denuo prostratus; cæterum d. 14. satis commode vixit, sumptaque tinctura bezardica, quam aliquoties per morbi decursum, juxta cum temperatorium diaphoreticorum, alexipharmacorum, uti pulveris rub. Pannon. specier. dicret. Myns. &c. usu adhibuerat, ) noctu alvus cum torminibus soluta est; petechiæ sensim disparuerunt; è contra febris quotidiana, vespericalore infesta successit, quam chinchinæ infusum, cum aqua cichorii factum,

post colaturam paulatim ebitum, brevi profligavit; ipsa ægrora postea debito tempore puerpera feliciter redita.

Virginem N. J. unum supra viginti annum natum, eadem febris, similibus syptomatis stipata, d. 24. Novembr. occupavet, præterquam quod dolor pleuritico similis non adcesseret, hypochondrium vero sistrum doluerat; sumpsit ex matris confilio purgans, quæ d. 3. meam opem domi imploravit, cui potionem diaforeticam his sume adam ordinavi; d. 4. ipse eam visitans, petechijs & pustulis totam maculatam, cæterum melius se habentem deprehendi; & cum diebus sequentibus quatuor, tinturam bezardicam, reliquis medicamentis fastiditis, diligenter sumisset, d. 9. ob alvum constipatum supra memoratum infusum fennatum bibit, à cuius usu circa vesperam ingentem quantitatem excrementorum pituitorum, sanguini & puri permixtorum unica dejectione emisit, sique protinus convaluit.

### *Constitutio Epidemica Augustana Anni 1698.*

*Laudatissimi Dn. D. LUCÆ SCHROCKII.*

**A**nni principium equidem aurâ temperatori, pluviis stipata illuxit, paulò post tamen nivosum & frigore horridum comparuit; & quamvis mitiorem interdum temperiem, atque post Februarii initium Zephyrus pluvias adduceret, mox tamen Eurus nives & frigus intensius reduxerat, usque dum circa Aequinoctium vernale, Zephyrus vehementer spirans crebriores pluvias

concitaret, alternante subinde cum ipso Euri impetu, utroque autem terra imbribus sèpius irrigante, sique ad finem usque Maii, qui ideo, ut passim alibi in remotioribus etiam locis, frigore horridiusculus comparuit, continuante.

Interea pauci ægrotabant; Tussen tamen graviores ac contumaces, nec non pluritides, nonnullis ob vehementiam letales, Variolæ, Febres

con-

continuae, paucæ malignæ, Icterus, (cui martialia medicamenta, acidulae Egranæ, essentia mineræ Martis Hass. opitulabantur) ob aëris inæqualitatem sparsim notabantur.

Circa Solis autem in Taurum ingressum Febres tertianæ, intenso circa scrobiculum cordis compressivo, in regione etiam dorsi opposita molesto dolore, cephalalgia, interdum & vomitu stipatae, plures invaserant, sed à sumpto purgante, & chinchinæ parciori etiam dosi facilè curatae: Virgo viginti annorum, eadem prehensa, à frigidæ potu die morbi sexto, cessante febre, mox sinistri lateris sævum punctionum dolorem cum febre acuta, sputoque cruento incidit, quod in purulentum die octavo morbi mutatum, suptâ binis vicibus olei amygdalini recenter expressi dimidiâ uncia, copisè per alvum fuit ejectum, sivece cessante tussis ferociâ, & calore præternaturali (cui Antimonii diaphoretici largâ dosi obviam ivi,) ab iterato dicti olei usu, die nono convaluit.

Post tot tandem pluvias cum jam Junius adpropinquaret, serenior aura comparuit, caloreque fortiori terram iterum exsiccavit, Cereri autem & Floræ Bacchoque vires crescendi attulit; quæ serenitas, à pluviis tamen sèpius interrupta, calorique toto Mense illo continuarunt: Julius verò crebrioribus imbribus & nimbis, Zephyri vehementiâ subinde comitatis, infestus successit; quam humidam aëris constitutionem Augustus etiam mensis induit, frigoreque insolito, sub Euri dominio, austeriori reddidit, ut ita messis non tantum serius inciperet, sed non exiguo

etiam in periculo corruptionis versaretur, quam tamen blandior cæli facies, post Solis in signum Virginis progressum, satis exoptatam in vicinia nostra reddidit, ut quæ subsecuta fuit annonæ caritas, non tam Cereri deficienti, quæ ad commune aliarum regionum exemplum composite, impiaæ iæstitorum avaritiae imputari debuerit, Inclémentior autem September, præter multiplicem ventorum variationem, diversam etiam aëris temperiem, ut plurimum tamen humidam & frigidam produxerat, donec d. 5. Octobr. st. n. Sol discusus nubibus, decendio sereno nos reficeret; postea tamen austerior Favonius cum aëri pluviis iterantibus multum frigoris impressisset, November præmaturum hyemis adventum dabat, crebrioreisque nives spargebat, ita tamen ut varia tempestas subinde intercurreret, nebulis, pluviis, serenitate, ventisque modo ab occidentali, modo orientali aut meridionali plaga spirantibus molesta, atque hæmale usque ad Solstitium continuans; quo præterlapsò, Zephyrus vehemens, pluviis stipatus, temperatiorem aërem effecerat.

Interea, mense nempe Junio & præsertim Julio, Morbilli puerilem ætatem invaserant, perplurimaque lecto adfixerant, non adeo difficulter tamen, temperatori sub regimine, & aborbentium dictorum ac diaphoreticorum blandorum, Pulveris rubei Pannor. Oculor. cancer. &c. usu curabiles; donec sub Æquinoctium autumnale planè dispaterent. In non paucis quidem heclicâ dispositione, tussique pertinaci, sive ob diazæ errores, sive præexistentem acriorem

sanguinis constitutionem superstite, diligentiori tamen sanguinem temperantium usu, non neglectis, ubi opus, laxantibus, & quæ vermis, quorum vestigia non tantum notabuntur, resistunt, tandem devictæ. Licet crebriora quoque funera puerilia numerare tum temporis datum fuerit, non tam morti, nostrorum Medicorum artem haud adeo eludentis, malignitati, quam incuria potius, vel perversæ muliebri sapientiæ, aut medicastrorum imperitiæ adscribenda.

Ceterum ratores apud nos hos tempore ægrotabant alij, nec epidemicorum morborum tyrannis major notabatur. Julius quidem Febres quotidianas, tertianas, Catarrhos pectori molestos; Augustus Colicas, Dysenterias: September præter cruentos hos fluxus, Variolas majores, ulcerosas, [ Schæfblateren nostratis bus dictas, ] Octobris initium strangurias seniles; adulitus, cum subleguis Mensibus, Pleuritides veras ac spuriæ; December Catarrhos ad fauces ruentes, ( Morbos omnes ex coacervata in sanguine sensim per tot aëris anomalias, frigidas pælestim & humidas, viscidio i lymphæ ortos, quæ tandem per varios in diæta errores hic vel ibi stagnabat, aut etiam eandem ob causam, vel sponte in orgasmum concitatabant, ) alebat, non

adeo multi tamen eorum impetum experibantur. Febres interdum præcipitantibus sic appellatis, chinchina autem parciori etiam dosi sumptuæ facilis; Catharri continuato expectorantium usui, non posthabita, quæ sæpe conjungebatur, febris intermittentis cura, & corpore semper blande evanescere, cedebant; Colicæ, quæ flatuosa quidem dici merebatur, non sine convulsiva tamen labo erat, atque ideo lumborum conjuncto dolore & urinæ suppressione nephritidem simulabat, demulcentia & potissimum laxantia, sive ote sumptuæ, sive clysteriis formâ adhibita; Dysenteriæ, tormentillæ vel catechu essentia aut extractum, cum paucò opio maritatum, & parca dosi sæpius assumptum, medebatur; Variola benignissima, cum febrili tamen calore, vehementiori quandoque, paucarum tamen horarum spatio finito, invadentes, ulla ferè sine medicina ope sensim sponte exsiccabantur; Stranguræ illæ, quæ visciditatem lymphæ in primis corrigunt perque urinarios meatus educunt, uti essentia catminativa VVedeliana, spiritus nitri tinctaræ cortic. aurantior. mixtus &c. Pleuritidi verdò nostris in pharmacopolis usualis pulvis, cum antimonio diaphoretico, lapillis gammarorum &c. medelam conferebant.

*Constitutio Epidemica Bisileensis Anni 1698.*

Dn. D. Joannis Jacobi Harderi

**M**ense Febr. sub finem, cum bruma alias rigorem adhuc experitur, sol calore suo primi veris delicias præcociter sperare fecit, quas

cum Aprili dehinc, tempore destituto optabamus pleniores, amarulentas reddidit tævientis Æoli frigus, nivalisque ingruens tempestas, in Majum usque

usque continuata, fructuum nociva pestis, nec tamen variolæ, quæ non modò tenellam, sed etiam adultioræ atatem frequentissimè infestabant, funestæ fuerunt apud nos, contra quā Sturgardiæ vidimus & audivimus, ubi complures materiae malignitas, præmaturæ morti tradidit. Inquentibus hinc pertinacibus, copiosisque pluvijs, etiam sol desideratissimo suo calore, terram reliquis mensibus fovere studeret, usque tamen aquarum depluentium cohortes, ejus igni offecerunt, inde September efficaciam illius tam necessariam, magis experiebatur quā Augustus, uisque minus maturæ, Octobrimense, in fortunum tantum graviter luxerunt, dysenteriâ non tam apud nos,

quā in viciniâ rusticam gentem crebre exercente.

November circa sui initium, candidâ nive arva utcunque tegebat, brumæ aliquali rigore, per octiduum, durante, quam mox intempestivus calor, uodosus, cum pluviarum copiâ exceptit, ad finem ejus tantum non durans pleuritidis, febriumque continuorum heic illuc genitrix.

Mens. Decembri crescente lunâ, etiam brumale frigus intendi ac dura re cepit, parili subitaneo uodo so ac pluvioso calore, præter votum ac expectationem, scenam de hinc mutante, neque tamen morborum exitialium frequentiæ, annus iste, verè anomalous feras fuit.

### *Constitutio Epidemica Berolinensis Anni 1697.*

DN. Doct. Gustavi Casimiri Gahrlep von der Müllen.

**J**anuarius Styli Gregoriani, gelu nonnunquam satis rigido, Boreâ ut plurimum flante, paucâ nive quandoque interspersâ cœpit, quod ad quintum usque duravit, tunc succedente Causo paululum triduo continuo regelascens, 19no gelu redintegravit, & 21um si excepéris, tolerabiliorem, ut & 28um vulturno spicante remittentem, ad ipsum usque finem, ac subsequentis Februario 9num continuavit. A quo tempore rigor ille remisit, atque blandiori æthere, nonnunquam apprimè amoenio, gelu interpolavit, ad 20um usque, qui frigore rigidiore recrudescentem, noctu præsertim, de die vero parum mitescente, ad finem ac porrò quintum usque Martii transfir. A quo rigore paulatim desæviente, mitiora

tempora veris prodromos, nebulas pluviis & fudo intercalatas tulere, ad 14 tum usque vernâ sed ephemera serenitate & amoenitate commendabilem, succedente cum vulturno nubilo & horrido triduo, sed pluribus ad 24 tum usque suavioribus pensato. Hic 24 rus repedante vulturno variam & ingratam Aprili aliâs familiarem aëris intemperiem tulit, frigore pluviis, nive quandoque & grandine, nocturno nocturno quoque gelu nonnunquam distinctam, ad 30um usque adeoque ultimum durantem sparsâ noctu nive copiosâ, à succedente diurnâ serenitate ac aliquali amoenitate rursus colliquatâ notabilem, primum sic trimestre grato fine terminantem.

Morbi hoc trimestri non adèo frequentes aut populariter grassantes

Yyyy

fue.

runt, nisi fortè ob variabile gelidum initio & horridum, humidum postea plerumque & tempestuosum cælum, catarrhos quis aut tusles febris ut plurimum comitatas hūc trahere velit, defluxiones in uvulam & tonsillas, præteriti anni defluxionibus molestiā & pertinaciā analogas; Prætereaque pleuritides nonnullas, variolas interpersas, paucos adultos plutes infantes adorientes, malignas quasdam ac periculosas, benignas plures, paucas lethales. Paralyses item & Apoplexias quibusdam exitiosas, Arthritides vagas scorbuticas, ut & febres varias, quandoque & acutas & continuas, exanthematis etiam scorbuticam malignitatem testantes.

*Aprilis* temperato sed pluvioso facto exordio, unico interposito sereñiori die, nimirum secundo ad 9num usque nocturno gelu, diurnis que nymbis ac imbribus horridum processit. Postea amœniore paululum cœlo, noctibus tamen adhuc gelidis, quandoque & nivibus, pluviis ac ventis quibusdam variato, ad 19num transit amœnitate Vernâ & serenitate ferò stabili cum succendentibus, 23io solū frigido ac procelloso excepto, ad 30num usque adeoque ultimum Mensis, ab blandientem.

Successit *Majus* frigore moderato, interdum tamen, initio præser-tim Boreâ interspirante, rigidiusculo. Postea sereno cœlo admixtis licet sub finem præcipie nonnullis pluviolis sic fatis amœnus & ad fertilitatem, 31num eumque postrenum, grandine nimis asperum & nocivum si demiseris, pronus.

Huic rursus *Junius* pari fere amœnitate ac serenitate, paucis, secundo

fortè & quinto blande rotantibus, 7mo & 8vo, illo turbido, hoc Afri-co flante nimboſo, 12mo & 24to imbre fœcundo arva rigantibus, 26to imbri tonitru jungente, 27mo, Afri-co rursus pluvias ſpargente, udo, variantibus diebus exceptis, conformis, totus propè ad finem usque temperatus.

Morbos trimestre perinde non multos genuit, Præter enim febres nonnullas, paucas intermittentes pauciores continuas, & catarrhales paucissimas, variolas si demiseris & Epilepsias infantibus quibusdam infestas, rassisimè tamen lethales, pleuritides quasdam & arthritides vagas scorbuticas, cardialgias, Cephalæas, Ondtalгias & Asthmaticos affectus parcissimos, parum negotii Medicis fecerunt alii morbi. Id quod aëris clementiæ adeò stabili Majo præser-tim & Junio humores in laudabili ac moderato statu conservanti, nec nimio æstu exagitanti tribuendum esse reor.

*Julius* trimestris tertii initium pari cum præcedentibus amœnitate clementiæ ac serenitate Cœli, secundum & tertium fœcundis imbribus tempe-rans fecit; Verùm sequenti sexto su-dum diurnum circa noctem hærrendo tonitruum identidem reboante fragore, & folgetris fere continuis animos & oculos immensum perculit. Septimus quoque, octavus & decimus mitiùs tamen paulò, serenum diei cœlum vesperi tempestuoso tonitra fecerunt. Reliquum ad finem usque mensis vario, sed non adeo turbulentio, udo tamen nonnunquam & nimboſo aëre transit.

Talis quoque *Augusti*, 7num, 8vum, 10num, 12num, 16num, 17num;

17mum 30mum & 31mum adeoque postremum, serenos & amoenos dies, si excepis, status fuit.

Nec procul ab his ultimis diebus ablusit *Septembris* initium, primum nimirum biduum sic satis serenum & amenum, cui quattiduum successit, autumni præludium, imbridum ac frigidum. Quod septimus aestivum sudum æmulatus correxit, cui 8vus paulò frigidior, sed adhuc & 9nus, 10m, 11m, ad 18vum usque, qui imbris vespertini aliquod intersceniūm inseruit, sereni, successerunt, sequentes ad 22dum usque ejusdem quo præcedentis tenoris, temperatā nimium serenitate commendabiles, ut & reliqui ad 27mum usque, paulò, cum sequentibus tribus postremis, turbidorem frigidorem & aspersis subinde pluviis ac ventis asperiorem.

Rati admodum hoc trimetri fuere morbi, nec præter diarrhaeas atque dysenterias, utut pro proventu omnis generis fructuum valde, DEO largente, uberi, nec gula illecebris suis parcente admodum paucas, tuffes nonnullas, parcissinas febres, pleuriticos quosdam & Asthmaticos affectus, nec non unum alterumve Paralyticos & Arthritidis scotbuticæ casum, alii ferè nulli occurserunt.

*October* mixtâ pluviis frequentibus serenitate paucâ accessit, ac quattiduum hâc ratione processit. Quintum serenum & amenum totum, sextus totus undulosus secutus; Sed septimus & sequentes ad usque mensis finem sexto serenitate penè pares, præter nonum & ejus sequaces cum sudo Borea spirante frigidulos, 13um rotidum, 17mum imbre madentem, 24um, 27mum & 28vum pluviias

nonnullas spargentes, 29num verò & 30mum sive ultimum Cæciam, frigoris intenſioris authorem ascendo horridos, in procellam tandem valde impetuosa primâ *Novembris* degenerantem; Verum secundo & tertio paululum desævientem. Quartus & quintus tranquilliores fuerunt ac sereniores rigidi tamen adhuc, sextus manè nebulosus, postea præcedentibus similis, septimus frigidus ac nubilosus, octavus ad sequens usque manè nimbosus, ex quo serenior 9nus 10m primam tulit glaciem ad noctem usque 12mi durantem, pluvia subsequentium 13tii & 14ti rursus liquatam. Quos 15to sudum admodum gratum cum aestivâ atacnitate quasi certans, sed ephemeron exceptit. Ab illâ brevi serenitate matutinis & vespertinis pluviis, in procellam 17mo exæstuavit horrendam 18vo quidem desinentem, sed hujus & sequentium antemeridianum cum pomericiano, pluvias inter & turbidum, siccum tamen cœlum partiendo ad 25. usque, si 21mum serenum totum & amenum excluseris, & 25um sequentes duos boreali sudo commendabiles. Tandem 18vus Divo Simoni Judæ dicatus frigidus & turbidus, 29nus pluviis horridis mixtus, 30mum demum serenus denuo totus, sed Borea paulò acrius spirante gelidus agmen dierum Novembris clausit. Successit December primo die rigorem præcedentis primâ nive sparsâ temperans, at secundo gelu redintegrans, sequentibus cum nive pluvias alternavit ad 11mum usque, qui Cauro aspirante raro gelicidio gelu satis intensum substituit, cui sequens nivem rursus submisit, atque huic, Boreâ

Cauro succedente sequentes duo gelu prius moderatum, decimosexto in rigidum valde degenerans, decimo septimo nive copiosâ paulò temperatius, decimo octavo vero & Vigesimo magis, accedente copiosa nive, invalescens, Vigesimoprimo rufus, vento remittente ac nive repedante, mitescens. Triduum sequens mitius adhuc, vege simotertio pluvias immiscuit ad vespeream usque vigesimiquarti sereniorum at gelidiorem, subsequente quadriduano vehementi gelu, vigesimono demum remittente ac post nebulam toto die trigesimo cœlum obscurantem; trigesimoprimo vero discusâ nebula sudo redintegrato simulque gelu reddente, ultimum hoc trimestre sicque totum annum 1697. terminante.

Morbi hoc ultimo trimestri paulò quam præcedentibus frequentiores fuerunt, ob Aëris & aëris nunc sereni, nunc turbidi, nunc sicci nunc humidi ac pluviosi, nunc tranquilli nunc turbulenti & procellosi, nunc temperati ac remissi nunc gelidi ac horridi, variè invicem alternantis, sicque pro diversitate constitutionis suæ, humorum quoque diathesin & crasis,

communicatis tum per inspirationem, tum per ambientes, & poros corporis subeuntes variorum tam Ætheris, quam aëris miasmatum particulas, diversis forte ut formis sic qualitatibus instrumentas diversimode moventibus, alterantibus, ac ad varias ebullitiones, orgasmos, metastases, quandoque sed raro in melius, saepius in pejus disponentibus atomis, mutantis. Hinc exati diverso tempore diversi morbi Medicorum animos & curas exercuerunt. Inter quos potiores fuerunt febres variæ tum intermitentes tum continuae, hasque inter nonnullæ etiam malignæ, exanthematis quoque variis, purpura, morbillis & variolis stipatae, non tamen adeò frequentes ut Epidemicarum nomen justo titulo merentur; præterea Catarrhales, tussi, vertigine, odontalgiis, inflammationibus gutturis & tonsillarum, uvulæ laxationibus, anginâ, suffocationibus, hypochondriacas imitantibus, præcordiorum oppressionibus scorbuto familiaribus, comitatae, arthriticae, pleuriticæ, nephriticæ, colicæ passiones, Epilepsiae sed rarae, ut & paralyse tam particulares quam universales, apoplexiae & has inter quædam funestæ & lethales.

*Constitutio Epidemica Berolinensis Anno 1698.*

Dn. Doct. GUSTAVI CASIMIRI GAHR LIEP  
von der Mühlen.

Primum mensis Januarii st. Greg. biduum serenum ac gelidum remissius exceptit degelascens ac pluviosum sex dierum intervallum. Nono temperaro diei, decimus successit frigidus paucâ nive canescens dies, triduo turbido in Boream tandem, satis vehementer exæstuantem, despun-

mante comitatus ac altero triduo mi-  
tiori nivibus, nebula ac pluviis ex-  
parte interpolato exceptus. Inde in-  
gravescens paulatim gelu vulturno Boreæ succedente vigesimo mensis die, octiduum continuavit, postea mihius aliquanto actum ac nives gla-  
ciei deliquescenti interspersæ, donec repe-

repedante unā cum Aquilone , ultimis hujus primi mensis ac quatuor Februarii diebus graviori gelu serenius cœlum illuxit ; mox vero rursus remittente , ac in pluvias nivi mixtas fatiscente obscurum æther ad decimum septimum usque penitus degelantem perdurans. Inde gelu Euro flante paulatim denuo vires resumere cœpit , ac succidente Aquilone , & Aquiloni tandem Aparetiā , huic vere rursus Euro , validè insurgente paucis tantem intermixtis nivibus ac paucioribus blandis remissionibus ad finem usque Februarii & sequentis Martii nonum continuavit. Tunc verna de die amoenitas , sereno æthere ridens , Austro aspirante advecta , ab blandiri quatriiduum visa est , noctibus interea adhuc gelidis sub secuturum . Botrēa pristinam recuperante sedem , gelu minantibus , Euroque Boreæ succedente æther , unico vigesimo septimo sereno ac temperato die excepto , ad trigesimum usque , primum Paschalis Gregoriani die festum turbantibus , qui ipse à nocte gelidâ , reducita aliquali temperie , sequentem medium festi acutissimum mensis ut & trimestris hujus primi diem ludo ac sereno aëre beavit.

Morbos primum hoc trimestre , præter scorbutum indigenam pro variâ aëris mutatione varios exhibuit , quos inter febres tam intermittentes , quam continuæ , eaque ardentes satis frequentes ac quasi epidemicæ , malignæ quoque nonnullæ variolis , præferrim confluentibus , uti dicuntur conspicuae eminèrē valdè nonnullis infestæ ac periculose , pleuritides hisque affines affectus , peripneumoniae hæmoptoë nonnunquam comita-

tæ , & catarrhales , variis defluxionibus molestæ : tusses contumaces , asthmaticæ quandoque & suffocatrices ; Arthritides vagæ , hypochondriacæ , Colicæ , Nephriticæ passiones & Hystericæ , sed hæ posteriores prioribus rariores.

Aprilis primus secundi trimestris , festique prædicti Paschatis postremus dies æstivum manè æmulatus sudum à meridiæ primo tonitru sat gravis frigore animos amoenitatem ac festivitatem diei in hortos & campos prolectorum , atque ludis & Genio indulgentium validè percultit , subsequentibus hunc primum pluribus ad 28. usque Martii continuit serenis ac amoenis diebus , noctibus interea gelidis intercalatis , prima fronte ab blandientibus , mutata vero vigesimo octavâ sparsis totâ die pluviolis facie variam , ut plurimum turbidam , horridam ac inamoenam Aprili genuinam induit.

Quam etiam primus Maij retinuit & paucis intertertis sudis , ut 2. 5. 10. 17. 23. ad 27um usque continuauit , qui vigesimus septimus vernâ temperie ac serenitate acceptus , cum sequentibus nativam huic mensi gratiam redintegravit.

Eademque sequentem Junium , ( octavo solum excepto , Cauro nimis amoenitatem præcedentium pluviis intersparsis turbante , ac duodecima cum successore decimoquarto in turbidum & undosum degenerante ) serenis ac amoenis , nec nisi paucissimis nonnunquam ventis ac pluviolis paululum exasperatis , ad ipsum usque finem commendavit.

Secundum hoc trimestre cœli benignioris ac stabilioris favore morborum quoque ratione mitius aliquantò

priori egit : præter enim scorbuticos quosdam affectus , febres , catharrhales quoque nonnullas sparsim infestantes , acutas & ardentes paucas , malignas raras morbillis subinde sociatas , hypochondriacas nonnullas passiones , pleuritides paucissimas , asthmata cardialgias ac cephalæas , vix alios produxit.

Julius , præcedentis Junii sudum continuando , huic ad decimumtertium usque duranti pluviosum & quandoque nimbosum ac subfrigidum triduum succenturiavit cui triduum rursus serenum ac gratum successit , à biduo turbidiori paulò & inconstanti , vento ac pluviis subinde interpellaro , exceptum recuperatâ tamen pristinâ amœnitatem , uno forte alterove paululum de generantibus ac pluvias nonnullas aspergentibus , ad trigesimumprimum usque , adeoque ultimum mensis continuavit.

Augustus mox ab ingressu procellâ turbatus , seyerioreto paulò frontem induit , ac quinto solūm fudo & temperato , ut & decimo inter serenum antemeridianum ac pluviosum & tonitru fragoso horridum pomeridianum pensum suum partiente , nec non vigesimumoctavum æstivam adhuc amœnitatem redolente , paucisque aliis paulò mitioribus exceptis , totus varius , turbidus , frigidus , pluviosus & nimbosus fuit ; unico postremo trigesimo primo sereno & amœno gratiæ præltinæ factam quasi jacturam quadratus reparante , ac

Subsequenti Septembri conservandam tradente , qui eam septimo , octavo & nono à tonitru nocturno frigidis & plurimùm pluviosis , tanquam triduo de generi decimoquinto , decimosex-

to & decimoseptimo turbido rursus & frigido triduo , ut & vigesimo primo & vigesimo secundo ejusdem farinæ , biduo exclusis , ad vigesimum quartum usque servavit intemeratam ; donec autumni tempestuosæ & inconstanti indoli cedens horridiorem ac tempestuosam assumit lavam.

Morbi hoc tertio trimestri vario & mutabili frequentiores paulò quam secundo fuerunt , febres præsertim tam benignæ quam malignæ , symptomatis varii generis stipatae , rariùs intermitentes , sèpius continuæ & ardentes , Catarrhales quoque & pleuritæ in hecticam & phthisis proclives , malignæ quoque , aphthis , quandoque purpurâ , nonnunquam morbillis , frequentius variolis , raro petechiis , sèpius infames , lethales quoque & epidemicæ grassantes , & has præter Cephalalgia , Cardialgia , asthmata , arthritides statæ & vaginæ tercurentes.

Octobr̄ ultimi trimestris primus detractâ antecessori suo horrida , quam sub exordio sumserat , larvâ , gratiori vultu scenam ingressus , Sexto die æstiva amœnitatis personam ad 16tum usque serenâ & exporrectâ fronte egit . Exinde paulò austerior nubilo ut plurimùm ac ventoso celo varius , vigesimo sexto & vigesimo septimo biduo sereno præmisso , vigesimo octavo , primam sparsit nimem , mox in pluviam postea fatiscentem , nocte succedente gelidâ , primam à fude gelascente exceptam tulit , cui biduum successit amœnum ac temperatum , subsequente turbido manè celo trigesimo primo in pluvias tonitru hoc tempore insolito comitatas , circa noctem deficiens .

Novemb̄ initio inconstans, mox Euro flante serenior gelu induxit, remissius quidem primō nebulis subinde intermixtis, circa quam tamen Aquilone irruente satis rigidum; Nivem copiosam valdē præter expectationem Cauro sufflante in horridum & intensem gelu quinque dies durans erupit: decimo sexto tamen desæviens noctū remittere ac subsequentे decimo sup̄timo sudo penitus degelare cœpit. Inde rursus instabilis, nunc turbido cœlo asperior, nunc sereno temperatior, post nives vigesimotertio denuo sparsas, vigesimoquarto gelu satis intensem redintegravit, ac ad finem prope mensis continuavit, postremo mensis die Libanoto aspirante, degelascens.

December à primo ad octavum paulo gelidiorem, varius plaviosus ac nimbosus, ab octavo ad decimam quartum gelu sed interspersis, ut raris nivibus mite ac temperatum induxit, à decimoquarto præcedentibus algidiore varium asperum, ventis subinde ac nimbis horridum cœlum ad finem usque mensis continua-

vit, tandemque circa vesperam trigessimi primi, adeoque ultimi hujus mensis & anni diei, senis tonitru, hoc anni tempore planè insoliti ac portentosi, pluribusque funesti fragoribus Anno huic 1698. valedixit.

Morbi hoc trimestri præter febres quasdam continua ardentes, ab omni malignitate haud vacuas, purpurā & morbillis eam prodentibus, catarrhalis satis frequentes, russi contumaci & ferina, catarrhis & defluxionibus scorbuticis debitâ, valdē infestæ & molestæ fuerunt, varizæ, inconstantii horridæ ac immitti cœli constitutioni natales suos debentes. Præterea arthritides vagæ, præsertim scorbuticæ, pleuritides, diarrhoeæ & lienteriæ frequentes, dysenteriæ tamen raræ, pro proventu prunorum hoc autumno valdē uberi, Cartialgiaæ, & hæmoptoës nonnullæ. Sub fine tandem & soporosi ac comatosi nonnulli affectus, quibusdam letales, eidem frigidæ ac humidæ aëris intemperie hâc hyeme prædominant, omni procul dubio imputandi.

*Constitutio Epidemica Sanzallenſis, finis Anni 1696.  
& principii 1697.*

Dn. Doct. SYLVESTRI SAMUELIS ANHORNII,  
de Hartviss.

**V**Ix Dysenteria æstiva grassari de-  
sit, autumnus successit, ventis  
Austriis die nocteque spirantibus,  
uvis fructibusque maturaadis caoptatus,  
infantibus verò in hoc fatalis,  
dum insolito tempore diurno atque no-  
cturno, ad turgescientiam motu san-  
guis puerorum tenerior, morbillos  
variolasque exclusit, quas perpaucis

effugisse datum fuit. fuerunt, qui fe-  
bre continuâ cum inquietudine, deliriis,  
& multis deterioris notæ sym-  
ptomatis ad septimum diem dubiè agitati, exhibitis ex aq. ulmar. CC.  
Citrat. ac diaphoreticis temperatis ex  
Magist. antimon. diaph. CC. ph.  
ppt. & unicorn. fossilī, per sudorem  
vel hæmorrhagiam subsequuta crisi  
con-

convalescerunt. Plures vix ac auræ liberiori commissi, insuper morbillis, hosque adhuc excipientibus variolis correpti fuerunt. Declinante autumno, & æstu remittente, mixtim græsari cœperunt febres & Variolæ, plurimum tamen morbilli. Mense Novembri & Decembris initio varia fuit cæli facies, tempestas aquilonia, nebulosa, pluviosa, frigidior, morbillos qui vix superarunt, jam cum variolis colluctavere, febricitantes visi non sunt, & morbilli per pauci, Variolæ solæ, candida veste terrâ tectâ, magis magisque propullarunt. Fuerunt autem optimæ indolis, citè erumpentes, rubræ, molles, fastigiatæ, distinctæ, citè maturæ, nec foveas relinquentes.

Deterior sors fuit illorum, qui serius, non quidem mutatâ tempestate, in principio Anni 1697. iisdem decubuisse. In plurimis copiosiores ac confluentes viæ sunt. Multi cum febre intensæ, convulsionibus, ventris meteorismo & dolore intenso, ac alvo constipatissima, pustulis tandem violaceis, lividis, nigris notati interierunt. Id verò est quod notari meretur, non alias præter laniorum infantes, & quidem trinos quandoque, & binos unâ in domo (cea quod fordibus & squalore ex pellibus ad exsiccandum expositis, crux & carne præ aliis fordescant illorum dormus vel quod minus ac alii curam infantum habere possint) hocventris meteorismo petechiisque lividis fuisse correptos, atque sublatos. Si quando in aliis etiam domibus variolæ bonaæ notæ, tres, quatuorve hujusmodi maculas interspersos habuerunt, Mox ille lanceola parumper scatifica-

ta, digestivo suppurrata, & ad separationem eschara perductæ fuerunt, hâc tandem separatâ, vovea illa nunquam non istar fonticuli nunc latior nunc profundior relicta novâ, carne expleta atque consolidata fuit.

Inter adultos hoc hyemis decursu, quamvis omnia frigore horruerint, nihil epidemii observatum est.

Ver vario ingruit cælo, æstum subitaneum pluviae repentinae cum ventis septentrionalibus exceperunt. Discordiæ accesserunt à Vicinis comotæ, quæ cruentum nonnullis excidium minitari visæ sunt: Inter sexum muliebrem hoc terrore percussum cerebri abortus conspiciebantur. Nonnullis tempestiva Venæsectio & instituti sudores cum Bezoardicis quæ Sanguinis coagulum tollunt, bono auxilio fuerunt. Nati abhinc infantes multi convulsionibus occubuerunt. Viri verò insuetas horrido imbribus cælo excubias diu noctuque strenue agentes, ornem tempestatem innoxie tolerarunt. Per paucos tuffis prævia corripuit.

Æstas & autumnus ex frequentibus quamvis pluviis injucundi, in salubres non adeò fuérunt.

Mense Septembri Apoplexia nonnullos corripuit.

Fœmina proiectiori ætatis ex paralysi lateris dextri; præmisso vomitorio, sudoriferis atque specificis in & externis apoplectiis usitatis, intra triduum convaluit.

In alia Nobilis Familiæ Matrona, Paralysis uranûs dextræ cum intercep- tâ bihorium loquela, aquis ant-apo- plectiis, frictionibus, sudoriferis &c. restituta fuit.

Vit Septuagenario major, Reipl. Sc-

senator, recidivam passu, ex instituto vomitu loquela statim temperavit, at paralyticus in latere sinistro permanet, dum per phlogoses & stragulas ferendi impotentiam, propter tumorem sentumque hepatis exquisitum, ad sudorem se componere haecenus non voluit: Qui tamen praeterito anno, Toto latere paralyticus, sudoribus quotidie institutis, integrè convaluit. Interim hepatitis inflammationi convenientibus, in & externis prospicitur, inter quæ emplastrum Norinbergense impositum, ceu præsentissimum sibi Paregoticum, summe extollit. Fatus etiam particulares cum decocto herbarum, non sine levamine instituuntur.

Alius Saxagenarius inter pocula sensu motuque privatus concidit, cum stertore Spiritum duxit, in manu nullus, pede vero aliqualis motus restabat, concitato syrupo Emeticō vomitu, & deinceps in usum vocatis frictionibus, lotionibus aliisque usitatis ant-apoplecticis, paucas intra hebdomadas in pristinum rediit.

Neogamus dissolutè vivens, dum in templo Sacris interesset, subito expalluit, concidit, & a<sup>phw</sup> domum deportatur, per hypocaustum tractus varieque agitatus, ubique elanguidus movere ne digitum voluit, pulsus fuit tardus & debilis, externa frigebant, jacuit stertens à nona matutina ad primam, sine sensu & motu,

ingesta difficulter deglutiit, ego accessitus ex uno cochleari syrupy Emēt. porrei gr. iij. art. Emēt. Operatio demū post bihorium successit. Phlegmata porracea frequenti vomitu reddidit; Sudore toto corpore disfluxit, Sanguis è naribus protritus est, sive que corporis motus, linguae ac rationis usus paulatim redierunt.

Infelicior fors fuit Puellæ aliâs præceteris venustæ, quæ novindecim annos nata menses nunquam vidi. Hinc sensim ex palluit, macilentior, tristior & difficilis ad motum evasit, scabie vexata, unguenta Tartarea cum Mercurio præcipitato adhibuit, tempestate frigidiore pluviosa, vestibus malè munita è domo exiens frigori pluviisque pro expediendis negotiis in caute se credidit, post horam domum deportatur a<sup>phw</sup> sensu motuque privata stertens, & Apoplextica, crebroque vomendi tentata Conatu. Vicinus vocatur Chirurgus, qui venam ipse secati. Sanguis non nisi guttatim prodiit; Dantur spiritus Cerasorum, aqua Vitæ naribus Spirituosa admovetur: Capiti imponitur aq. Reginæ Hungariæ, interim ego advocatus Syrupum Emeticum proprinari jubeo, quem vix medium deglutiit; dum exspectatur operatio, accidunt convulsiones, quæ miseræ circa vesperam finem viatæ faciunt.

### *Constitutio Epidemica Posoniensis*

Annorum M DC XCV. M DC XCVI. M DC XCVII.

Dn. D. Caroli Raygeri.

**Q**uantum interset Medico nosse & observare aeris constitutio-

Tom. II.

nem ac inde resultantes morbos, jam suo tempore agnovit graviterque in-

Zzzz

cu-

culcavit Hippocrates, dum ita librum suum de Aer. Aqv. & Loc. auspicatur. Quicquid artem Medicam integrè assequi velit, primum quidem temporum, anni rationem habere debet, quantum potentia quodlibet eorum valeat. Non enim simile quicquam in illis existit, verum differunt invicem propter varias, que in illis sunt, mutationes. Hinc qui morbi singulis anni temporibus proprii qualesque sunt in illis mutationes, tam prolixè tota describit Sectione IIII. Aphorismorum. Nec dubitavit Galenus τὸ Θεὸν in morbis ambientis nos aëris constitutionem appellate, quam quidem sententiam fuis exanimat & pertractat *Celeberrimus D. D. Melchior Sebiz p. m. in Dissertatione sua de eo quod Divinum est in morbis.* Sane rem tam salutarem reique medicæ summoperè proficiam jam pridem mecum animo

revolens, statim ac manum praxi admovi, constitui singulas aëris & temporum vices indeque exortorum morborum generations & mutationes diligenter observare, annuatim colligere ac Endermis & Epidemiis meis Hungariae, cum tempore prodituris inferere. Id cum etiam à XXV. annis scilicet ad annum usq; 1695. pro meis usibus præstissem, communicatur mihi à Perillustri ac Magnifico Domino Præside laudatissimum suum institutum, quo voluit, ut, qualis in diversis Regionibus & provinciis fueris aëris constituto Epidemica, observaretur, & quotannis Ephemeribus curiosis infereretur. Quo intellectu substigi in privato studio, & quæ ab illo tempore hac in materia à me observata atque annotata in publicum contribuere decrevi, modò initium facturus ab.

*Anno M. DC. XCV.*

Cujus constitutio hic Polonii in Hungaria fuit talis.

**H**Yems rigidissima, nix plurima, gelu in Martium usque durans. Frigus immediate post solstitium incepit, & toto Januario sine remissione continuavit, nives cecidere supra nives, gelu supra gelu. Nec mitior Februarius ipseque Martius adhuc frigore & gelu horridus.

Mense Jan. plurimos observavi ex casulis redeuntes colica laborasse convulsiva, absq; dubio ex febribus autumnalibus, partim non bene curatis, partim male circa solstitium hibernum judicatis. Raro quartana scilicet febris ut ut tractetur, recedit, quin vel

hemorrhagiam narium, vel laterum duritiem, vel pedum tumorem cedematosum, vel languorem & dolorem artuum, sæpius verò Colicam convulsivam post se relinquat. Mente Februario & Martio graffabatur quoddam genus febrium cum latente malignitate. Imponebat plurimis Catarrhus cum dolore capitis gravativo, febricula lenta, tussi sicca, coryza vehementi invadens: mox nona vel nonnunquam undecima demum post primam invasionem die exacerbari coepit morbus, & graviora reddi symptomata; accessere enim vigiliae, de-

liria

itia, nonnunquam ipsæ petechiæ, subseqüente morte. Servati autem omnes qui non tantum alexipharmacæ ab initio adhibuerent, sed & ea usque ad nonum vel decimum diem continuavere.

Ab æquinoctio Vernali usque ad solsticium æstivum tempus varium, mox frigidum, mox calidum, modo pluviosum, modo serenum. Initium Aprilis adhuc brumale, circa medium verò & finem calor prope æstivus. Successit Majus pluviis mixtus, cum frigore & calore alternante. Prima & secunda dies Junii ventis turbida, tertia serenari de nocte cœpit cœlum cum pruina matutina valde noxia, id quod apud nos valdè rarum, & vix à seculo obseruatum, Segetibus nihil nocuit hoc gelu matutinum, nec destruxerunt vineæ, præterquam illæ quæ versus plagam occidentalem sitæ; quarta Jun. iterum pruina sed plane innocua. Septima ros mane cecidit purpurei coloris, observatus in foliis arborum & vitium, ut & hominum in vineis laborantium linteaminibus, in quibus, (pro ut ego observavi) exactè referebat colorem maculorum exsucto mororum aut cerasorum. Circa id tempus morbi furent nulli, ut plerumque fieri solet mense Junio, febres quidem comparabant tertianæ, sed adeò mites, ut etiam in quam plurimis post tertium vel quartum paroxysmum sine medicamentis aut sola purgatione & venæ sectione adhibita cessaverint. Variolis quoque corripiebantur parvuli parvulaque, sed & illæ cum nullis feris aut gravioribus symptomatibus, hinc omnes servati, qui non incuria neglecenti aut minus rite, prout à plebe quan-

doque fieri solet, tractati fuere.

Successit ætas plus frigida quam calida, magis humida quam sicca: Finis tamen Junii & initium Julii gaudebant aliqua serenitate, mox nubibus exasperatum cœlum & largissimam aliquod diebus effudit pluviam, unde intumescens Danubius litora supergressus longe lateque se per prata & agros diffudit cum maximo damno ruricolarum, tam fonssecum quam messorum. Rediit sub initium Augusti calor, isque intensissimus, sed ultra septem vel novem dies non perdurans, inrequentibus pluviis usque ad Octobrem. Inter istas tam varias mutationes vix tamen aliquid morborum observatum; nisi quod in Septembri plurimi infantes, adulti non item, correpti fuerint Dysenteria, iisq; fermè omnes lactantes; credo ex lympha plus justo acriori ad intestina delata illaq; lœdente, Errorem quippe illi in eſu fructuum horæorum non committere poterant, nec commisere nutrices sedulo examinatae & observatae, paucissimi tamen perierte, sed omnes convenienter Clysteriis, imprimis ex lacte & decocto capitis vecini tractati, convaluerent.

Post æquinoctium, qui secutus Autumnus, fermè totus fuit pluviosus, October subinde serenus, November inæqualis, jam ad hyemem inclinans, & prout reliquum Decembris usq; ad Solstium, frigidus cum floccis nivium & creberrimis pluviis. Hinc vinum nec quantitate nec qualitate laudabile crevit, Circa initium Octobris frequenter hinc inde in civitate comparuere febres erraticæ nullum typum servantes, invadabant propè omnes cum frigore aliquando

trium horarum, in sequente calore ultra horas 15. durante, post apyrexiam aliquot saltem interjectis horis nova febris affligebat. Memini me habuisse quendam in quo calor ultra 48. horas duravit, cum terribili capitis dolore, siti vehementi, squalore linguæ & faucium, summaq; virium debilitate, ita ut febrem continuam fore mutuerim, tamen post venæsectionem remisit calor morbusque in melius mutatus. In alia Illustrissima persona similem protractionem paroxysmi primi notavi, similiter post venæsectionem remittentem & intermittentem, sed tertia die redeuntem, hinc propinatus cortex Peruvianus in aqua ciclorii alvum movit, id quod nunquam in aliis, ausim dicere millesinis, cui corticem hunc exhibui, fa-

ctum observavi: Credidi prima vice fortitud factum, turgente forte & ad exitum par se tendente materia vitiosa in corpore, sed & post secundam imò etiam post tertiam exhibitionem idem factum, movit autem aluum semper sexies, septies sine naufa. Alius pariter febri corripiebatur levè ab initio & cito remittente. Tertia die media nocte in lecto suo dormientem horribile invasisit tritus triplex vel quatuor horarum spatio, subsiguiente calore in alteram noctem perdurante, cum pedis dextri ingenti dolore, accepit sudoriferum, unde optime sudavit, moxque apparuit ingens rubedo & inflammatio in pede dolente, factumque Erysipelas, quod facile, convenientibus remediis tractatum, sublatum est.

*Anno M. DC. XCVI.*

Jurasset quispiam permutata fuisse tempora; Præteritam æstatem fuisse Brumam nunc autem æstatis vicem obire hyemem, usque adeò in Bruma nihil brumale & in frigidissimis alias mensibus, nullum frigus, nullum gelu, nullæ nives, brevitè hyems fuit clementissima. Januarius aliquo modo vencis turbidus, nebulosus, pluviosus. Februarius quasi totus serenus, ficcus, sine notabili frigore, nisi matutino tempore, ubi aura parum frigidiscula, mox surgente sole temperata. Huic ad æquinoctium usque plane similis Martius, nisi quod parum ventosior, hinc etiam salubrior. Nam totis hisce mensibus vix præter catarrhos aliquid notabile occurrit in Medicina. Post æquinoctium vero & aër & morbi cœpere

mutari. In fine quippe Martii longè majora frigora, major cœli inclemencia, de nocte gelu & nives, minus tamen durabiles, sed in pluvias ferme continuas de die abeuntes. Nec mitior Aprilis sua natura variabilis, sub finem tamen siccior. Meliora tempora sperabantur sub gemellis, sed & Majus ipse cum inicio Junii usque ad solstitium valde inæqualis. Nunc grata & vernalia serenatus pollicebatur cœlum, tempora, mox atris iterum inhorruit nubibus, tempusque reddidit turbato aëre frigidisque pluviis minus vernalē, minus majale. Hinc non mirum, cum Ver simile factum fuerit hyemi, non vernales sed hemales fuisse exortas ægritudines.

Nam quas in hyemem relegavit pleuritides Hippocrates III. Aphor.

23. eas

23 eas circa hæc tempora deprehendere licuit valde frequentes. Inter has imprimis notabilis fuit illa cuiusdam Generalis quartiriorum Magistri (ut communiter vocatur) maligna ferisque comitata symptomatibus. Excesserat ille multum in vino & commissationibus tempore Bacchanaliorum, hinc catharrhum aquilivit cum tussi vehementi & lateris puncturis. Aperita venâ , ut sit purgationem , quam tamen vocatus Medicus disvalit. Ille autem reluctans consuetum sibi sumpsit laxativum , unde sibi videbatur melius valere ; sed mox sequenti nocte omnia in deterius , aucta in summo gradu febris , accessit furibundum delirum , sputum crassum , crudum , sanguineum , idque per paucum , quæ omnia extrema minabantur ; Vocabus ego , exhibui sudoriferum , jussi applicari vesicatoria , dedi oleum lini , sic remisere symptomata , illeque ex lethifacibus eruptus ad casta perrexit. In majo notavi in nonnullis febribus malignas , cum exanthematicis , minimè tamen funestas , nisi in duabus personis , in servo quodam qui illa pro morbillis habuit , nec aliud nisi myrrham & semen napi accipit hinc accendentibus gravioribus symptomatibus exspiravit. Altera erat puerpera quæ febrem lacteam aut perpetualem esse credens , neglectis alexipharmacis solum potum aquæ charma pythios cum saccharo adhibuit , nostris puerperis in hoc casu consuetum , tandem conspectu exanthematicum hinc inde erumpentium perterrita Medicum vocavit quidem , sed nimis tarde , accidente enim diarrhoea , delirio , & tandem convulsione , mortua.

Jam ad æstatem devenio , in qua mense Julio & Augusto subinde calor , intensus nonnunquam , sed raro durans , intermixtis subinde pluviosis frigidis usque in medium septembrem. Notabiles erant mense Augusto Dysenteria in infantibus lactantibus & ablactatis , plane ut anno annum , valde frequentes , sed ut plurimum funestæ , statim enim post unam vel alteram dejectionem comparuit sanguis , mox extrema debilitas & mors , paucissimi ad decimum diem servati , qui tamen mortui ; Adultiores facilius curabantur. Valde insuper contagiosa fuit ista dysenteria , nam facile corripiebat adstantes & infantibus ministrantes , ex quibus tamen nulli obiere. Credo malignitatis hanc lucem non suse experitem , quæ quidem tenellulis mortem intulit ob nimiam teneram constitutionem , in adultis autem ita vim exercere nequivit , sed facile fuit suppressa.

Tandem in Autumno comparuit æstas. Scilicet ab æquinoctio usque ad Decembrem , per totum Octobrem & Nov. serenitas , cum frigiduscula tamen aura matutina , hinc præter spem etiam melius crevit vinum quam ante annum , non tamen in abundantia aut illa bonitate prout alias apud nos fieri solet. In Decembris mutatus aer tempusque redditum turbidum ventis , nebulis atque pluviosis , duodecima cecidit nix alta , quam ita solidavit subsequens rigidissimum frigus , ut supercadentibus consequenter aliis nivibus , prima manserit usque in Aprilem sequentis Anni. Morbi circa hoc tempus nulli notabiles. Hinc progredior ad,

Annum. M. DC. XCVII.

**H**ujus initium fuit sicut finis præteriti. Scilicet à solsticio hysmalis usque ad æquinoctium vernalē, frigus aceritum sine remissione, congelatus Danubius statim in Januario, mansitque pons iste glacialis ultra octo septimanas firmus & constans, quod alias valde rarum apud nos. Fuit insuper hoc memorabile, quod sub densissimis pariter ac profundissimis nivibus terra semper manserit, aperata, ita ut, remotis illis, hæc non aliter ac in vere fodi potuerit. Periere & computruere sub hac mole nivium, fere omnes segetes & olera hortensia, frigus hyemale alias tolerantia, quæ liquefactis nivibus, non aliter ac mucago quædam viridis terræ incubabant, ac in lutum resolvebantur, non levi insequente imprimitis frumenti penuria. Cæterum quod *Hippocrates III. Aphr. 7.* dicit, Magnis siccitatibus fieri morbos acutos, hoc vice versa hisce temporibus meliori jure dici potuisset, de magnis frigoribus. Iisdemque durantibus circa finem februarii, febres acutæ malignæ per totam grassabantur civitatem. Invadebant plerosque levissimo rigore succedente calore non adeo forti & quandoque iterum remittente primis diebus, mox circa quartum vel sextum diem augeri cœpit calor, & notæ hinc inde in superficie cutis apparuere malignitatis. Pulsus ab initio valde erant sanorum similis, ut & urinæ, sed ubi calor auctus rubicunda instar sanguinis factæ; Deliria circa nonum vel decimum demum diem comparuere, in quibusdam ve-

hementia & ad decimum septimum usque durantia, in quibusdam remissiora & breviora; Maculae erant parvæ instar morsus pulicum, obscure purpurascentes, circa decimum octavum aut etiam circa vigesimum primum disparentes. Non valde lethales erant hæc febres, sed supra modum contagiosæ (quod alias non semper fieri solet) nam in aliquot ædibus ne unum omisit, quem non corripuisse, raro in una aut altera persona cessavit. Duravit hæc lues in Majum usque ubi inacalcentæ aëre remisit.

Hyemem exceptit Ver, sed & hujus initia adhuc satis ventis & nivibus turbida. Successit Aprilis totus serenus, siccus, absque pluviis cum calore pro tempore insolito. Majus variabilis, nunc calidus, nunc frigidus, mox serenus, iterum pluviolus, talis etiam totus Junius. Circa hæc tempora vix ullus notabilis occurrit morbus, cessantibus etiam ut supra dictum febribus malignis.

Æstas fermè prioris anni æstari similis, mediocriter calida, & matutinis horis subinde frigida, vigesima nona Augusti, trigesima & trigesima prima mane prima fuerunt, sed plane innocuae, nostrates appellant *ein VVasser Reiff*, id quod tamen apud nos insolitum, ubi tales pruinæ raro ante festum S. Michaelis observantur. Hoc tempore frequentes erant Ieteri, qui flavedine sua plurimos deformabant. Sentiebant, qui corripiebantur, aliquam cordis compressionem, naufragiam, anorexiā, & non raro vomitum, mox flavo colore toto corpore per-

fin.

fundeabantur, sed qua velocitate venit eadem iterum abivit. Post unum vel alterum laxativum disparuit flavedo, reditque sanitas cum bono appetitu.

Qui subsecutus Autumnus semper erat variabilis & inconstans, usque in Decembrem, cum quo hyems ante hysmem, id est ante solstitium gelu & ni-

vibus suam sumpsit initium. Febres quæ circa hoc tempus grassabantur ut plurimum erant tertianæ duplices, raro quartanæ & præter morem autumnalium nec longæ nec lethales, sed convenienter tractatae, facile curabantur.

*Constitutio Epidemica Augustana anni 1701. & sequentium.*

Dn. D. LUCAE SCHROECKII.

**L**icit initium anni 1701. frigidum comparuisse, triduo tamen post mitior aëris tempiries, sub mutabili ventorum, Zephyri tamen prævalentis, crebrioresque nives, subinde verò etiam pluvias adducentis flattu, excepit, usque dum ante, & circa Äquinoctium vernale magis constanter serenitatem Eurus largiretur; paulò post ventis priorem inconstantiam retumentibus, hyememque protractorem, quin & gravem terrenæ siccitatem circa Solis in Tauri signum ingressum, cum sensibili frigoris molestia, sereno quidem cælo, producentibus, ut Cereris etiam, Pomona & Floræ sinus tardius panderetur, atque Maji principium vernalis amoenitatis parum ostenderet, quæ postea eo largior comparuit, atque, Gemmorum signum cum Sol occupasset, ætem multum delinivit, & in terram calefecit, ut, ni Zephyrus, Euronotus, & Auster subinde pluvias interspersissent, nimia siccitate, præcipue quia ventorum perpetuus quasi motus continuabat, terra plurimum laborasset. Interea prior morborum in Anno prægresso observatorum facies continuavit, quam ita-

que depingere superfluum foret, Variolarum puta, Febrium petechialium, Tussisque humidae; in mense Februario insuper, duobusque eum excipientibus, Pleuritides veræ, in suppurationem abeuntes, sed diligenti pectoralium & diaphoreticorum temperatorum usu, sine etiam venæsectione, curabiles accesserunt; quibus in nonnullis M. Aprili, cum morbus jam in decrementum vergeret, nova febrilis effervescentia supervenit, cum eruptione per totum corpus pusicularum aquearum, majus periculum minitantium, ægrotis tamen per continuatam alexipharmacorum blandiorum adhibitionem intra primum, quandoque secundum octiduum reconvalescentibus. Mense Mayo & Junio, præter dictas puncticulares, [quæ jam sine magna præcordiorum oppressione, cum horrore, lassitudine, lumborum, nucha, & capitidis dolore utplurimum ingruebant,] purpuratae etiam febres teneriorem in primis ætatem, non admodum periculose invaserunt; nec melancholici insultus maritalis feminis, menstruis quidem rite se habentibus, infrequentes fuerunt, venæsectione quidem

mi-

mitigati, paulò post tamen recidivi facti, acidularum verò martialium potu curati.

Post Solis ingressum in Cancri signum crebrios primò pluviae, pos-tea cum pluviatum tempestatum graviorum impetu, calores, circa caniculares in primis dies intensi, & qui ad Aequinoctium autumnale usque, paucis frigidiusculis diebus intervenientibus, continuabant, fuere notati; quo tempore frequentia morborum defuit, nisi quod ibi ob transpirationem fortasse ab aëre humidiore & frigidiusculo nonnihil cohibitam, Febris quotidiane, post exiguum horrorem intensiori calore invadentes, & facile curabiles, hīc ob sanguinem aëris calore nimis rarefactum Febriculae scarlatinæ, sine magno corporis æstu aut gravibus symptomatibus, sed levi saltem præcordiorum compres-sione præcedente, non minus brevi & sponte quasi cessantes observantur. Alii autem, quibus probabili-ter lymphaviscidior in sanguine erat, non maculis istis pingebantur, sed pustulis albicantibus, majoribus minoribusve, cum interspersis quandoque vesiculis parvis limpidis, pruritu comite tandem exsiccatis ac in squamu-las secedentibus, per totum corpus, sine vita periculo, & prævio non admodum intenso calore, onerabantur. Nec infrequetes erant Diarrhoeæ, quibus interdum, sed rarius Dysenteriæ succedebant, ex negligentiori, ut mihi videbatur, corporis ab aëre exter-no custodia, & liberaliori potus ingurgitatione, hincque stomachi tone labefactato suborthæ quæ etiam facile, vel solius rhabarbari cum terra

signata, aut coralliis rubris mixti usu, vel insuper Essentia catechu, lenibus-ve alii adstringentibus & stomachicis absorbentibus curabantur. Plurimos etiam Odontalgia correptos licuit conspicere, quæ licet ratus Medicorum consilio exponeretur, quan-tum tamen dijudicare valui, ex ea-dem ventriculi imbecillitate, & chyli vel lymphæ crudioris circa dentes sta-gnaextione citabatur. Erant insuper, fe-minæ præsertim, quas sinistriæ axillæ in-rensus dolor, sine tumoris vel inflam-mationis indicio excruciat, periodi-ce ut plurimum & circa vesperam recur-rens, cuius radicem circa ventricu-lum pariter hærente, tum notatæ ibi-dem, in primis sinistro in hypochondrio molestiæ, tum salutatis curandi ratio conjecturari faciebant: credidis-sem, chylum viscidorem & crudiorem, per ductum Pecquetianum ad venam subclaviam sinistram delatum, & cum obvio ibi sanguine permix-tum, agitationem præternatura-lem ibi excitasse, partes que illas doloris sic hac ratione distendisse, nisi dextrum humerum in femina quadam idem malum tunc occupasse notasse, cum insolitam ductus illius ad partem dextram declinationem sine urgentiori causâ hic fingere non audeamus; quam-vis in eadem rheumaticum potius ad-fectum subfuisse credere malum, præ-sertim cum dolor ille dicto modo quidem intensor per interualla red-deretur, nunquam tamen planè intermisserit, ac tandem brachii tumor su-pervenerit, diaphoreticorum, em-plastri oxycrocei, & la conici co-riari usu omnino sublatus. In cæ-ris repetitius leniter evacuantium &

hu-

humores corrigentium, præsertim accidentiarum martialium usus proficuus exstitit; remedia autem externa nullum levamen dederunt.

Eandem chyli & lymphæ vitiosæ in stomacho nidulantis labens Febres quotidianæ epidemicæ, incerto quandoque paroxysmi tempore invadentes testabantur; quæ nullo prævio horrore, magna præcordiorum ad oppositam in dorso regionem se extendente oppressione, & nullo sensibili, vel tolerabili saltem excipiente calore, infestæ erant, atque propinatis, pro exigente necessitate, emeticis, vel repetitis laxantibus & absorbentibus, amaricantibus, absinthio, chinchina &c, curabatur.

Post æquinoctium autumnale primò aëris serenitas & siccitas continuauit, mox pruinæ, nebulæ, d. 17. & 18. Octobr. copiolæ nives, pluviae postea, & venti modò ex hac, modò ex alia mundi plaga, inprimis ex septentrione frequentius irruentes comparuerunt; Sol autem ubi ad Scorpionis signum pervenit, denudò per aliquot dies serenitatem, terræque siccitatem conciliavit; varia dein aëris temperie, utplurimum tamen austrinâ subseguente; & cum aës parum à ventis jam agitaretur, vapores in eo hospitantes parce dispellebantur; unde iidem corporibus humanis copiosiores communicati variis ægitudinibus producendis patrocinabantur; hinc non tantum Variolæ iterum se exserebant, Pleuritides veræ, atque Febres continuæ, catarrhales magno cum astu, cephalgia & tussi, pueros æque ac maturorem atatem invadentes, nec, ubi debite tractabantur, letales su-

bortæ, sed frequens etiam Catarthorum cohors, Coryza, Odontalgia, Raucediae, Tussi infesta Urbi incubuit. Muliebris sexus non minus habuit, de quo speciatim conquereretur, uteri nimirum hæmorrhagia, cui non gravidæ saltem, ultimis præsertim duobus graviditatis mensibus, sed aliæ quoque plures obnoxiae erant; quem sanguinis orgasmum non commodius quam absorbentibus martialibus &c. uti hæmatite, croco Martis adstringente, item bolo Armena, coralii rubris &c. haud neglecto, ubi opus erat, paucò opii additamento, sedatum expertus sum. Memorari etiam merentur Apoplexiæ crebræ, utplurimum exitiosæ: memini egregium quandam virum mihi aliquando narrasse, quod jam olim fuerit observatum, post crebriorem aquilonium flatum Aplexias frequentes hic contigisse: neque admodum in dubium id vocare vellem, cum ab illo vento nescio quæ atomi impuræ nobis infarrantur; id quod civem quandam nostram industrium non latet, qui ceræ dealbandæ in horto suo Boreæ multum exposito operam navans, eandem infesta flavedine ab eo infici notavit; unde quamprimum spirare eundem observat, ceram studiose tegere, media etiam, si is tum ingruat, nocte properat, quem in finem machinulam artificiosam excogitavit, quæ à vento hoc commota somnum excutiat. Ubi in memoriam mihi revoco, quæ noster quondam Aesculapius, Phil. Hæchstetterus, in Scholio ad Dec. 4. obs. med. cas. 1. protulit, ubi urbis nostræ descriptionem exhibens, Zephyrum ex depressis & ali cubi paludosis Marchionatus Burga-

Aaaaa vien-

viensis locis inquinamenta secum rapere & hoc advehere scribit ; quæ sane de Boreæ quoque nobis , & non minori jure pronunciare licet , qui ex locis humidis Danubio proximis putridas particulas abripere , atque in capita nostra effundere valet.

Tandem cum circa mensis Decembris principium Zephyri impetus major denuo insurrexisset , d. 10. eundem Eurus compescuit , frigore , creberrimisque nebulis , quibus præsertim à d. 17. usque ad d. 23. Decembris continuis Civitas obiecta fuit , stipatus , usque dum circa finem anni Zephyro-Boreas succedens auram tolerabiliorem redderet , niviumque crebitate colophonem imponeret . Quo tempore , præter memoratas Pleuritides , Variolas & Febres continuas , in pueris etiam quotidianæ Febres , tussi humida & cephalalgia graves , nec non Icteri , in adultis autem malignæ petechiales , ut plurimum pustulis limpidis miliaribus post macularum eruptionem comparentibus , comitatæ observabantur : hæ in principio post horrorem lassitudinemque , tolerabili calore , intenso capitis dolore ( quem paulo post recedentem tussis , non quidem diu durans , & sicca magis quam humida , atque calor auctior cum deliriis nocturnis insequebantur ) se prodebant , contagio quandoque in alios se diffundebant , rariusque , ubi temperationibus alexipharmacis tempestive obviam itum est , occidebant : in Pleuritide vero continuatus diaphoreticorum , præcipitantium dictorum , usus coagulum sanguinis feliciter resolvebat ; qualia medicamenta etiam contra quotidianas Febres , ut & iuxta cum martia-

lium usu adversus Icterum , prouptum auxilium ferebant.

Eurus in Anni 1702. introitu serenitatem cum frigore molesto induxit , quarto tamen mox die Zephyrus pluviosam primo constitutionem , postea ventorum frequens mutatio tempestatis etiam varietatem multam subinde attulit , semper tamen humida ex pluviis , & temperatione paululum , sub dominio Zephyri , post Solis in Pisces ingressum dia impetuosi , prævalente , ut hyems non admodum rigorosa quidem , protractior tamen fieret ; præsertim cum post Äquinoctium vernale Eurus non solum magis spiraret , & post serenos plures dies circa initium Aprilis rediens Zephyri ferocia crebriores nives spargebat , quas sub eodem saeviente , licet ab aliis ventis saepè interrumperet , frequentes pluviae , cum Sol ad Tauri signum adpropinquaret , excepterunt , usque dum post Maji principium Eurus sereniorem & vernæ temperiei magis conformem aërem redderet , siccitate tamen terræ exinde non parva inducta , ut Flora suas amoenitates non nisi serius expromere valuerit . Hoc toto tempore eadem morborum facies , imprimitis vero Pleuritides , ut plurimum sine suppuratione curabiles , usque in Apodemum continuabant . In quo & Majo mense Febres continuæ , in paucis cum miliari efflorescentia , semper autem prævio horrore , [ sine intenso calore ] magna virium debilitate , & cephalalgia gravi , raro deliriis , aliisve gravioribus symptomatibus comitatæ , atque alexipharmacorum & diaphoreticorum usui cedentes , hic ibi præpullulabant . Majori vero numero

Febres quotidianæ & pauciores tertianæ inguebant; illæ tantum non in omnibus, qui se curæ mæz commiserant, insignem capitis dolorem in paroxysmo inducebant, viresque prosternebant; in multis prima sub invasione, & sœpe aliquot per dies continuarum typum, vix perceptibili caloris & cephalgiaæ remissione, referebant; chinchinatis autem medicamentis, vel arcano duplicato facile curabantur; quibus non minus tertianæ, post emetici, vel scammonii sulfurati, ubi opus erat, adhibitionem brevissime abigebantur.

Circa Aequinoctium dictum arthriticis affectibus obnoxii fere omnes, quotquot mihi noti, insultus ut plurimum non admodum feroce patiebantur, atque ubi post exantlatam periodum justo citius aeri se exposuerunt vel artus delassarunt, recidivas experiebantur. Plurimos etiam infantes Epilepsia è medio sustulit, quæ ex lymphæ acido-viscidæ in cerebro stagnatione, præsertim dentitione difficiili accidente, ortum traxisse visa est. Ista autem lymphæ crassitatis collectiones non minus in aliis frequentes admodum fuerunt, ut non tantum crebriores Tusses, Coryzæ, Odontalgiaæ exinde obortæ fuerint, sed frequentissime aliis etiam morbis epidemice & sporadicæ grassantibus, Tussis se adsociaverit.

Cum Junio Zephyrus Euro successit, pluviarum multarum férax, paucis diebus serenis intermixtis; qui in Julio quidem per primum triduum cum calore non mediocri continuauit, ast mox aëre in fulgura & tonitrua despumante, in pluviosos juxta & frigidiusculos, ac postea tempe-

ratos mutabantur, usque dum post Canis exortum Eurus, sœpe ad meridionalem plagam inclinans serenitatem non sine calore reduceret. Magna dehinc ventorum varietas fuit notata, ( nisi quod post autumnale Aequinoctium à d. 24. Septembr. usque ad d. 5. Octobr. Zephyrus impetuose admodum dominaretur, à frido & non miaus per triduum vehementi Euro tandem quasi in fugam congeatus, ( quæ diversam quoque aëris temperiem, potissimum tamen calidam & serenam in Augusto effecit. Ast in Novembri multa hyemis præludia, imo præmaturus adventus ejusdem, crebro, & quandoque intenso frigore, niveque repetita, quam benignior aura & interpolatae pluviae denuo liquabant, molestus exstinxit. Quæ ipsa mutabilis constitutio, tum ningendo, tum præsertim pluendo, frigore modò aucto, modò remisso, Zephyro reliquis ventis prævalente, & circa, nec non post Solstitium hemale, usque ad finem anni, multum faviente, nubibus autem continuo ferè Solem obducentibus, integrum præsertim Decembrem fastidiosum admodum reddidit. Morbi interea longiores inducias dederunt, tales tamen, quibus aliqualis epidemicæ lapis præsentia non prorsus excluderetur; uti præsertim in Febribus quotidianis supra memoratis passim per Junium & subsecuentes menses usque in Novembrem observari poterat; quæ tandem in non paucis, cum autumnus adventaret, hec tæ metum injecerunt, quibus tamen juxta cum aliis coagulum lymphæ acidum destruentibus, specificum in primis antihecticum Poterii, lapilli gammato-

rum &c. salutarem opem præstiterunt. Circa Solstitium hyemale Variolæ benignæ in pueris se exseruerunt, cum magno quidem calore ingruentes, à pulvere tamen rubeo Pannonicō, antimonio diaphoretico, unicorum marino &c. quinimo quandoque etiam sine medicamentis celeriter periodum suam absolventes, & cum fine anni jam iterum omnino dispartentes. Quod tandem de ægritudinibus aliis, quibus semper fere tussis se sociaverat, dictum, in hisce quoque deprehensum suit.

*Quæ Annorum sequentium, videlicet 1703. 1704. & 1705. constitutio fuerit, in Appendice Decimæ Annæ noni & decimi Miscellaneorum nostrorum curios. legi potest; cui nempe hypotheta negligentia antecedentem præfigere intermisit.*

Anno 1706. hyemale frigus, ob austrinam aeris temperiem, qualis Anni prægressi in fine observata fuerat, & usque dum Sol Aquarii signum attingeret, continuaverat, haec tenus ut plurimum tolerabile, nunc magis se exseruit, præsertim cum orientalis ventus in Februario constanter, interdum ad meridionalem plagam inclinans, spiraret, ac continuæ fere nebulæ usque ad Solis in Pisces ingressum, ubi serenus aer frigus agebat, nos cingerent. Cum interea Hæticæ febris insultui (Coryzas & Tusses humidas, tanquam indivulsos quasi hiemis comites, nec non Odontalgias ut raseam,) denuo plures exponerentur, sed facile etiam medicamentis acredinem temperantibus abigerentur.

Circa vernale Æquinoctium Zephyrus potissimum dominio potitus, atque, à reliquis tamen ventis non-

nunquam interruptus; multum invalescens, diversam etiam temperiem, austrinam præcipue excitavit, ac vernali amoenitati subinde obstitit. Sub qua constitutione Febres quotidianæ, & plures tertianæ ingruerunt, magno cum imperu, in quibusdam etiam cum deliriis, sine tamen cephalalgia ut plurimum, & quæ post sumum chologogum, vel emeticum, absorventibus non difficulter, promte etiam chinchinatis cesserunt. Plures insuper circa Solis in Gemellos transitum nephriticis doloribus, non admodum refractariis, obnoxii fuerunt.

Postea sub mutabili valde ventorum visceritudo, ante & post Solstium æstivum, plures serenos calidosque dies experti fuimus, qui etiam diu continuarunt, multaque idè terræ siccitatem, præsertim à ventis adjuti, attulerunt; cum interea Febres prædictas, sensim declinantes, neque tamen per reliquum postea annum prorsus silentes, crebræ Odontalgiae, (quæ etiam per totum hunc annum fuerunt observatae,) Tusses, interdum convulsivi quid habentes, & Coryzæ, adultos æque ac juniores adfligerent, & cum negligentior diæta accederet, diu durarent. Quas molestias magnæ illi & totali solari eclipsi, quæ d. 12. Maij contigit, adscriberem ultis placuit. Et quamvis subita illa aëris calidi, interceptos ob Solis radios, in frigidum, hisque non minus celeriter redditis, in calidum rursus mutatio, juxta cum animorum, ex insperata illa & nulli unquam viua caligine, consternatione, aliquid contribuisse videri posset, cum tamen jam ante eclipsin istæ lymphæ stases contigerint, vix locum

locum illa opinio inveniet; negari tamen nequit, frequentiores post illam Solis obscurationem, & circa Solstitionis aestivum illas occuruisse; ideoque non prorsus improbabile est, spiritus à phænomeno isto terrifico labefactatos, (qui sane terror in nonnullis tantus fuit, ut lipothymiam ipsis induxit, ) lymphanque simul crassioram redditam, quin & à frigore illo insolito magis condensaram, ad catarrhales has stagnationes disposuisse.

Mensis Julius quatvis pariter multa serenitate gauderet, nonnunquam tamen pluvias sumentem terram refocillavit; post Caniculae vero exortum calores admodum invaluerent, et usque ad occasum perseverarunt; quin licet temperatior ob pluvias, pariores equidem, aura per paucos dies succederet; ad pristinum tamen genium mox reversa est, usque dum d. 7. Septembr. cum Luna inchoante Zephyrus pluvias saepius adduceret. Quo tempore Dysenteriae grassari cœperunt, & infantibus non levem stragem intulerunt, adultis veò nec tam frequenter, nec etiam letaliter eā decumbentibus. Ubi quidem hisce fructuum horrorum intemperantiori ab esu, vel liberaliori ob caniculares aestus potu, præsertim cerevisiæ, nobis albæ dictæ, propter tenuitatem suam & imperfectam à parca fermentatione depurationem, in acorem pronæ, illam obtigisse verisimile est; illis autem, quorum major pars obtinellam ætatem nihil horum de gustaverat, cur adeò fatalis fuerit difficulter determinari potest. Utrum in lacte vaccino aliquod adversi deliquerit, quo cum nempe plumenta in eorum cibum coqui solent, adfirmare

nequeo; cum tamen alia causa non suppetat, in vaccarum sanguine, ob aëris fervorem, pratorum siccitatem, & pabuli inde ortam penuriam, temperatas baliamicas particulas multum fuisse immutatas, acrioresque redditas, haud incredibile videtur, quæ lati communicatæ vim suam in tenerissimis infantum corpusculis exserere, eorumque destructioni, quin & epilepsiaz aliis quibusdam tum temporis funesta, ansam dare valuerunt; & cum muliebris imperita industria pulsionum curæ se sufficere ut plurimum persuasa sit, aut saltem Medicum desperato jam morbo advocet, funerum multiplicatio facile contingere potuit; præsertim ubi difficilior fortasse prægressus partus fœtui debilitatem aliquam antea impresserat, cum, incertum qua de causa, hoc anno de Dystokia & præmaturo partu non levibus querelis Urbs perstrepuerit.

Reliquum anni, una cum ventorum continua mutabilitate, nebulas inter & pluvias frequentiores, aërem temperatiorem quoad aëriam ejus qualitatem, (nisi quod paulo ante Solstitium hybernum Eurus eundem nivibus asperiorē per triduum reddiderit) expertum fuit, multasque nobis inducias concessi, si rheumaticas post Solstitium dictum, musculis caput attollentibus fastidiosas, lymphæ stases exceperis, quæ solo tamen tum hypocauti calore, tum sufficiuum mastichinorum &c. ope haud difficulter resolvi potuerunt.

Plurimas inter nebulas temperatioremque auram non saltem Annū 1707. inchoavimus, sed porro etiam clementem, & Sole in Aquario versante, humidam aëris temperiem ex-

pertifuius, raro, nec dia durabili frigore, ac multo rarius nive comparent; neque etiam multi, humidas nempe & nocivas alias in aere particulas frequenti ventorum variorum agitatione dispellente, morbi populares aderant, nisi quod Rheumatismi prefati, nec non Febres intermitentes, quamvis pauciores, atque post sumptum lene laxans, essentia corticis Peruviani facile abigendae, continuarent; quodam verò Pleuritides vere, in suppurationem utplurimum terminatae, nec tamen adraudum acutæ, & antimonio diaphoretico, pulveri pleuritico Aug. promte cedentes, puerilem autem æratem sparsim Variolæ, nulla malignitate suspectæ, ac per totum postea anni decursum observatae; alios denique Icteri non adeò contumaces, præsertim sub crebriori essentia Mart. D. Lud. usu, invaderent.

Licer autem circa Martii initium frigus intensum ingruerit, mox tamen post quatriduum temperatiorem in statum denud fuit mutatum, ut Veris præludia multa comparerent; cuius verò amoenitatem ventorum diversorum, Euri imprimis austeritas, cui nebulæ crebrae jungebantur, multum retardavit, aeremque frigore horriduscum reddidit; quo ipso insensibilis transpiratio admodum sufflaminata, serum in corpore auxisse, atque crebetimas ad stagnationes disposuisse visa est, ut major incolarum pars catarrhosis ægritudinibus, pectus, vel nares, aures, faucesve occupantibus adfligeretur; in quibusdam fluxu celerrime, vehementerque gravum cephalalgia & febri incalescentia invadente. Quo tempore etiam Febres, tum quotidianæ, tum ter-

tianæ, ex eadem dubio procul causa, multiplicabantur, atque non raro graviores in principio, magna utpote cum cephalalgia, virium debilitate, & calore, ut continuæ quasi typum referrent, oriebantur, postea verò medicamentis oppugnatæ, promte etiam recedebant; facile tamen ab aeris frigidæ admissione, vel cerevisiæ potu recidivam passæ; quæ etiam Febres in autumnum usque continua- runt; qui humidus admodum & graviori Zephyri vehementia fastidiosus exstitit. Postquam ætas, Sole Cancri signum occupante, magno æstu, rarius à ventis pluviisque temperato, primò sat gravis, ab ingressu autem Solis in Leonem, crebriores propter pluvias, Zephyrique impetus frigidulus utplurimum fuerat; & sic [ut crebriores Catarrhos dentibus præcipue infestos raceam,] non sicut in nonnullis quartanæ, longiori horrore & calore multum molestæ, eoque contumaciores, quo minus ii, qui eadem afflitti ex plebe meam operi implorarunt, in diæta convenienti medicamentorumque usu morigerose præbuerunt, sed etiam Arthritidis vagæ, pulveribus ex coraliis, spodio foss. lap. gammar. cinnabari, aliisque antimoniatis fixis, opii tantillo addito, præter interpolatum laxantium usum, haud difficulter cedentis, generationi ansam dederunt. Hyemis præsentiam in Decembribus initio præmaturum frigus & nives copiosæ ab Aquilone adductæ, indicarunt; quæ tamen post decendum è pluviis eliquatae, quas Zephyrus ante Solstictium hyemale vehementissimus concitaverat; cui cum Caurus, & postea Euronotus successisset, aere nu- bilo-

bilos & nebuloso, ac moderate fri-  
gido, meritis silentibus, reddito, an-  
ni exordium fecerunt.

Anno 1708. dissipatis nubibus, be-  
nignior Euronotus per duas primas  
hebdomadas serenitatem, aliqua tam-  
en nebulosa caligine ut plurimum se  
immissente, produxit; quam po-  
stea humida ac pluviosa constitutio  
exceptit, praesertim cum quatriduana  
circa Solis in signum Aquarii ingre-  
sum Zephyri vehementia ingruisset;  
cui sub ventorum mutabilitate prior  
serenitas circa finem hujus mensis pri-  
mi, & principium secundi succedit,  
atque temperatam adeo brumam, uti  
passim alibi locorum, experti fuimus,  
ut multa Veris indicia ostenderet; do-  
nec Euronotus d. 10. Febr. cum ni-  
vibus frigus adduceret, humida verò paucos post dies, cum intermixto  
quandoque frigore, intemperies à  
Zephyro reduceretur. Quamvis au-  
tem hac sub insolita aëris clementia  
multi graves esse oborituros morbos  
verentur, nihil tamen epidemicci, [ut  
Febris quotidiana & tertianas spar-  
sim & ratus adhuc occurrentes tace-  
ant] præter Variolas, usque dum  
Sol Tauri signum accederet, continu-  
antes, & consueta hoc tempore cat-  
arrhalia incommoda, Tusses praeser-  
tim humidæ, & ab eadem seri sta-  
gnatione capitis Erysipelas in sexu  
muliebri, produxit, quod ex ne-  
gligentiori fortasse partis istius custo-  
dia, præviis in collo tensivis dolori-  
bus, cum febrili incalescentia inva-  
sit, & moderato leæti calore, praeser-  
tim diaphoreticorum terreorum suu-  
cedente, non difficulter discussum fuit.

Humidus autem hic aëris status  
ante & post Äquinoctium vernalē

continuabat, ut pauci sereni dies no-  
bis obtingerent, & licet Solis quan-  
doque radii refocillarent, nebulosæ  
tamen exhalationes eodem sæpiissimè  
deturparunt; usque dum austerior  
Eurus d. 27. April. aërem serenaret,  
atque ab eo, & alternante Cauro mo-  
leustum frigus terræque siccitas produ-  
cerentur, quæ in adultum usque Ma-  
jum, in quo diversæ ventorum ex  
omni plaga mutationes notatae, con-  
tinuabant, donec d. 15. post fulmi-  
na & tonitrua in crebras pluvias mu-  
tarentur; quæ dein humida facies,  
Zephyro & Borea alternantibus, us-  
que ad principium Augusti perdura-  
bat; ubi Zephyro potissimum domi-  
nante, calores magni & multa serenita-  
tas, sæpe tamen matutinis nebulosis  
evaporationibus gravata, usque ad  
Caniculæ occasum inguebant, plu-  
viose ac frigidiusculo aere succedente;  
qui etiam, rara intercurrente serenitate,  
usque ad Äquinoctium antum-  
nale continuabat. Interea frequentes  
Febres heæticis similes, tussis præ-  
sertim & caloribus lenti inordinatis  
stipatae, atque continuato aborben-  
tium fixorum usui obtemperantes, nota-  
bantur. Variolas autem circa Ma-  
ji finem cessantes, Morbilli excipie-  
bant, non tantum in infantibus, qui  
prius sani fuerant, sed etiam, qui  
paulo ante Variolis laboraverant, nec  
non in adultioribus, ut & non paucis  
morbum hunc jam olim expertis, abs-  
que tamen malignitatis nota, & sub  
blandorum diaphoreticorum usu pau-  
cos intra dies periodum suam absolventes;  
qui tamen in mense Julio  
iterum cessaverant; quo tempore  
postea Odontalgia, Ophthalmia,  
nec non dolores spasmodici uterini in  
sem-

feminis, Ischiadicique præcipue in viris frequenter occurrebant, ex lymphæ, uti mihi videbatur, ab aëris inclemencia viscidioris atque idē ad stagnationem proclivioris redditæ vitiō generati, præsertim cum cerevisia acescentis, qua de plurimæ passim querelæ siebant, potus accederet, & nervis ad coxas ac uterum tendentibus spicula sua infigeret, ubi præter lenia eccoprorica, hystericas medicamenta castorina, cinnabarina &c. & ischiadicis blandam per vices dia-phoresin promoventia, non neglecta ut plurimum opiatorum succisa miscella, profuisse expertus sum.

Circa Aequinoctium autumnale per 16. dies serenitas adfuit, raro nubibus aut pluviae exposita, nebulis tamē crebris matutinis skipata, quibus post multam ventorum varietatem, subseqꝝ etiam diebus observatam, Boreas per 14. dies nubes adduxit, à Zephyro postea in pluvias resolutas; quin & post Solis in signum Scorpionis ingressum, Euro flante, nix decidua præmaturum quasi hyemale frigus efficiebat. Ineunte Novembri multa quidem usque ad Solis in Sagittarium ingressum serenitas, crebro tamen nebulosa, præsertim matutina, caligine inquinata; succedente usque ad d. 15. Decembribus fastidiosa, frigida, ob nives, nubila, nebulas intemperie; ubi quidem Sol nubibus discussis, serenitatem non sine multo frigore, crebris etiam nebulis interrupta, reddidit. Interim, præter frequentes Odontalgias, Catarihi inprimis, capiti & pectori infestis, plurimos in M. Novembri infestarunt, tantumque incrementum sumserunt, ut in M. Decem-

bri paucissimi in Urbe essent, quos molestia illa non tentaverat; multos etiam gravius tractaret, qui nempe prægresso acri horrore, febres effervescentias, intensas cephalalgias, aut capitis stupores, virium prostrations, quandoque faucium spasticas strangulationes, vel dolores pleuræ spurios experti fuerunt. Causam continuæ quasi nebulosæ aëris tempestati potissimum adscripserim, quæ non solum particulas suas humidas, impuras, per inspirationem corpori communicare, siveque serosam colluviem augere, & sanguinem inquinare potuit, sed etiam frigore & gravitate sua poros constringendo, ac transpirationem excrementiorum humorum impediendo, eosdem cumulare, incrassare, atque in subtilissimis cerebri, marium, trochæ glandulis ac tubulis stagnare fecit. Cui itaque præter moderatum aëris regimen, medicamentis resolventibus, attenuantibus, absorbentibus, demulcentibus &c. pro subjectorum & symptomatum diversitate, ubi morbi gravitas id depositebat, succurrendum fuit, eo cum successu, ut nullus, qui Libitinæ censem subiisset, mihi innotuerit.

Principium Anni 1709. spirante Euronoto, nebulosum fuerat, altero autem & subsequentibus diebus Zephyrus vehemens pluvias, & noctu, inter d. 5. & 6. Januarii plurimam nivem Eurus, versus Aquilonem inclinans, cum intenso frigore adduxerat; quod indies fere, inter matutinas præcipue nebulas, diesque & noctes serenas, crescendo ea vehementia nos adfixit, qua de longe lateque querelas multiplicare Eu-

ropæ contigit, donec d. 24. prægressa nivosa, vespere Auster temperatorem & pluviosam auram induceret. Licet autem ineunte Februario frigus sterum, tolerabilius quidem, intenderetur, ac variis sub ventis aërisque mutationibus, nive quandoque rariore decidente, ad diem usque decimum continuaret, Zephyrus tamen temperatiorem tunc aërem reddidit, usque dum d. 16. orientalis ventus, ad Septentrionem, nonnihil denuo deflectens, & præsertim biduo post acriter spirans, novo gelu adfligeret; quod incrementa subinde sumens, eo rigore inhorravit, ut d. 27. Febr. intensissimo frigori, d. 21. Januarii observato (testante id spiritu vini in meo thermometro, utrobique matutino tempore ante Solis ortum, ad gradum usque septimum, vespertino autem post Solis occasum ad nonum gradum depresso,) parum cesserit; quod dein multas inter ventorum mutationes, variasque aëris, humidam in primis, constitutiones, tolerabilius redditum, sed d. 12. Martii, & insequente triduo iterum auctum fuerat, spiritumque vini in thermometro ad gradum nonum cum dimidio, vespere autem ad undecimum atque dimidium depresserat: tandem autem remittens, d. 16. dicti mensis spiritum ad gradum undecimum, & sic sensim magis sursum extolli permiserat, ut d. 17. Aprilis gradum decimum quintum mane atringeret. Interea non tantum ventorum mutabilitas, sed aeris etiam, ob crebriores pluvias, humida ac frigidiuscula, interveniente tamen subinde serenitate atque calore, ante & circa Solis in Tauri signum ingressum intensiori, continuarunt,

ut fæcunditatè terræ non modice favent, matutinæ quoque nebulæ tenuiores, ubi pluviae aberant cœlumque serenum erat, tunc & per totum reliquum annum, semper observabantur. Et quamvis post reseratos terræ ab insolito frigore profunde constrictos meatus, indeque diu repressas exhalationes, vapores isti liberiores facti multis gravium subsequendrum ægritudinum metum excitarent, contrarium tamen per DEI gratiam evenit, conglatiata ista terræ crusta sensim resoluta, sive vaporibus non confertim erumpentibus, sed paulatim exhalantibus, atque ventorum perpetua agitatione particulas istas humidas impuras dissipante. Tot tamen aqueæ in atmosphæra Oberantes particulae non poterant non seri proventum nimium in corpore accumulare; præsertim cum per totum reliquum anni decursum mutabilis subinde, præsertim humida & frigidiuscula tempesties (nisi quod Sirius ante & circa sui exortum finemque Zephyro, uti hic, ita etiam reliquo tempore, potissimum prævalente, quandoque per pauculos dies acrius ureret) & hinc catarrhosarum molestiarum, cum hec tibi caloris in quibusdam metu, in naribus, bronchiis, dentibus, artibus, per totum anni decursum, & quæ omnibus fere aliis morbis sese jungebant, frequentiam excitare; præter quas etiam, in vere & aestate, Febres quotidianæ & tertianæ, interdum gravibus symptomatibus, præsertim in morbis principio, uti deliriis, cephalalgiis, spastico nuchæ dolore, narium hæmorrhagia, vomitu &c. stipatae, ex transpiratione insensibili, ob temperiem

aëris sæpius variantem, impedita obortæ, minus tamen refractariæ, non paucæ notabantur. Inter remedias, juxta cum eccoproticis, blanda diaphoretica & absorbentia potissimum curæ partem absolverant.

Constitutio Anni 1710. cum humida & moderatè frigida, sub ventorum, Zephyro tamen prævalente, alternatione, primo continuaret, affectus etiam catarrhosí, imprimis Arthritides nondum desierunt, & mense Martio Febres tertianæ, cephalalgia, deliriis, vomituque in prima invasione sæpius molestæ, non paucos invaserunt; quibus tamen, post pulveris Cornachini, & ubi ventriculus viscido muco obrutus videbatur, lenioris emeticí usum, cortex Peruvianus ad 3*lb.* dñj. &c. semel vel bis in die sumtus, præsentaneam opem ferebat, ut post secundum, aut quartum paroxysmum, sine recidivæ incommode, utplurimum cessarent.

Postquam in Arietis signum Sol pervenit, cum serenitate, (ita tamen, ut hic quoque Annus, cœlo sereno, Soleque oriente, nebulosum nonnihil aërem semper experiretur,) triduanum quidem intensum calorem, Africo flante, excitaverat, quem tamen Zephyrus pluviosus

creber iterum dissipaverat, qualem etiam sextiduanum calorem, antequam Sol in Tauri signum progressus esset, Euro spirante, sensimus, ab occidentalí tamen pluvioso vento iterum temperatum. Et hæc aëris, modo humidi, modo siccí, calidi, frigidiusculi, sæpius nubilosí, ventorum etiam cerebra permutatio in posterum usque ad finem Anni perseveravit, prævalente tamen semper humida constitutione; unde hæc vicissitudo primò terræ fecunditatí multum, postea etiam hyems ut longius abesset, simul tamen variæ catarrhosæ & rheumaticæ invasiones ut frequenter orientur, effecit. Febres etiam tertianæ, quamvis non frequentes, nec non quotidianæ, hec tuncque per totum annum observabantur; mense autem Majo & Junio Morbillis plures infantes, cum vehementi rufi, oculorum gravidine, hemorrhagia sæpe prævia, decumbebant; Variolæ quoque in multis, non quidem malignitate, sed copia, & symptomatum consuetorum vehementia, & pustularum, rariori tamen, confluxu infestæ notabantur. In cura omnium horum morborum remedii, in præcedentibus historiis memoratis, non infeliciter uti datum fuit.

*Constitutio Epidemica Basileensis**Anni 1700. & 1701.*

Dñ. D. JOHANNIS

JACOBI HARDERI.

**A**Stivus calor diebus Canicularibus Anno 1700. temperiem suam non excessit, quin ventis quandoque placidis perfaretur, neque corpori incommodum faceret: Imo

Augusto mense, pluviosis præter votum quandoque infringebatur; September insequens siccus & calidus illo magis fuit, nec tamen sufficiens, qui uvas adoptatam maturitatem undique

perduceret; neque etiam morborum ferax ista anni constitutio fuit: Octobrē nebulaſa, ut ſolet, & ſæpius culē pluvioſa tempeſtate, hyemalem brumam antevertit; hæc ipla autem per Novembrem & Decembrem initio exiit, & quamvis multâ nive montes & juga altiora integerentur, ingruente tamen pluviolo & hoc quandoque uidoſo aëre, ab eadem prompte liberata fuerunt; iſta autem aëris ~~ſtrenuus~~, non modo catarrhalibus febribus, ſed Pleuritidi ac Pleuropneumoniz, etiam ſparſim anſam präbuit.

Anno 1701. Januarii initium Bo-reali vento magis perflabatur, aëris que ſerenitate animum reſecit; imprimis verò ſub meridiem propius accedentes ſolates radii Brumæ matutinæ ſpicula ex voto pepulerunt, & continuauita in Februarium uſque ſua activitate fere inconcuſſa, nives Bo-reamque in arvis campisquetantum non intempeſtive fugarunt, ſiquidem uſque Martio ac Aprili, qui- bus blandiorem Solis Calorem, & hinc pluvias amicabili austro mitigatas ſperabamus, Brumæ rigorem ma-jorem, nivalisque tempeſtatis, ac ni-vis copioso delabentis ſpicula, fre-quenter experti ſumus.

Maji delitias, ſi quas matutinæ auræ fulgor interdum promiſit, mox

nebularum crassiorum cohors, nunc calor subsequens intensior, mox irruentes grandinose tempeſtates, omnimodo amarulentas reddiderunt. Ante Caniculæ autem exortum, & hac durante, Solis æstu longe intensior & tantum non exurens calor, ani-mantibus brutis non minus, quam homini, valde moleſtus fuit, febrium intermittentium ferax mater, & quem neque tempeſtates horrendæ, crebrius ingruentes, uſque attempe-rare valuerunt.

Post Caniculam increbescens tan-tisper pluvioſa & hinc temperatior aëris constitutio, placidiorem motum videbatur promittere, verum alcyonia hæc non diu durarunt, quin redeunte intensiore aëris ſiccitate, ſereno cœlo, ſi nebulas Septembri mense, minus tamen frequentes, manè excipias, in Octobris uſque principium, calor insuetus & immoderatior perſtitit, exareſcentiæ que, ſi non magis, quam majoris fructuum matureſcentiæ parens, & dyſenteriæ ſati atrociſ apud nos, aliisque in locis ſecondus genitor, cui, num pluvia à diebus aliquot, arva præ ſiccitate hisceatia blandè irrigantes, atque hominibus gratiſſima, obicem ſint poſituz, horæ ſubſecuturæ docebunt.

### *Conſtitutio Epidemica Berolinensis Anni 1701.*

Dn. D. GUSTAVI CASIMIRI GAHRLIEP  
von der Mülleſ:

**A**nnum Seculi septimi primum prima Januarii, turbido, ſed ſiccо, cœlo inchoavit, & in vespertinam pluviosam deſiit. Sequens ſequen- da pluviis nivem ad meridiem uſque miſciuit, post discussis nubibus ſer-nior gelu moderatum adduxit. Quod ſequenti tertia continuans ac per qua-

triduum ingravescens, rursusque in nives & pluvias procellæ junctas per triduum delicuit. Cui denud unde-  
cimâ cum nive copiosa leve successit gelu, atque octiduum pauciori quan-  
doque, quandoque copiosiori nive aspersum duravit. Vigesima nebulâ densâ mutationis p̄enuntiâ, sequen-  
tibus tribus, interspersis quandoque pluviis, tandemque gelicidio dege-  
lavit. Vigesima quarta Iris matutina turbidi atque pluvii ætheris nuntia apparuit, sequente per triduum, gelu moderato ac parcis nunnunquam nivibus stipato, quod quatriduum rursus nocturno ac matutino gelu, à meridie ut plurimum degelante varium ad finem usque mensis exceptit. Fe-  
bruarius nebula densa cum gelu mo-  
derato, sed mox in pluvias fatiscen-  
te cepit, cui nubilum successit cœ-  
lum, remittente gelu, & in imbre circa vesperam deliquescente. Mox, tertiâ procellosâ, siccâ & clatâ, à nivosa nocte, die verò, licet Bo-  
reâ flante remisso, ac egelido, nocte tamen rigidâ succedente, ac die ni-  
vosa, sed temperata sequente, à triduo gelido iterum excepta. No-  
na tempestuosa cum successore deci-  
mo gelu in nives deliquescentes resolvit. Quas sequentes duæ noctes in glaciem rursus densarunt, de die pa-  
rumper degelantem. Decima tertia nimboſa rursus nives parcas sparsit, mox aëre temperato solutas. Deci-  
mam quartam cœlo sereno gratam, ge-  
lidum exceptit biduum, quod gelu nocturno & matutino temperato, po-  
meridianum adhuc mitius substituit. Huic aliud successit biduum vento-  
sum, ab octiduo gelido & utpluri-  
mum sereno comitatum, 25ta qui-

dem turbidâ & uida interrupatum; sed triduo rursus gelido & ex parte ob-  
scuro redintegratum, & pluviis non-  
nullis interpolatum, 28. una cum mense desinens.

Martius vernâ temperie initiatuſ, vario cœlo, nunc placido, nunc tur-  
bulento, ventoso, frigido, diversi-  
mode alterato, ad nonum usque &  
decimum gelidos transiit. Tum re-  
mittens, octiduo temperato ac ver-  
nâ amoenitate grato, ad vigesimum  
pluvium initio, tandem rursus clares-  
centem duravit, à quatriduo perinde  
variato exceptum, in noctes ge-  
lidas, sexque dies serenos desit.

Morbos trimestre hoc, præter scorbutum endemium & illius affec-  
tas & affines aluit febres diversarum spe-  
cierum, malignas quasdam variolis  
notatas, alias ardentes, continuas  
ac intermittentes, catarrhales, pleu-  
riticas nonnullas, alias tussibus ve-  
hementibus ac diuturnis, Cephalæa,  
asthmate affligentes, in phisies quan-  
doque degenerantes; præterea Car-  
dialgias, hypochondriacas & colicas  
passiones.

Aprilis, quo Martius tramite de-  
sicit, rursus incepit, nisi quod seren-  
itatem præcedentem cum turbido ac  
ventoso cœlo commutavit, & à te-  
to per quatriduum, nives quandoque  
ut ut raras pluviolis nonnullis in-  
terseruerit, tum gelu nocturno dies  
serenos, & haud inaneos ad 14tum  
usque substituerit. Cui cum 15to  
pluvia nivibus mixta nimboſis, qua-  
triduum successit serenum ac frigidum;  
huic verò biduum turbidum pluviis fa-  
binde & nonnunquam gradine inter-  
polatum, 24to & 25. serenis ac ver-  
nâ gratiâ temperatis, reliqui ad tri-  
gesi-

gesimum usque successerunt inconstantes, pluviosi & nimbosi.

Majus turbido, sed mox serenior inchoavit biduo, subseguente triduo nubilo ac frigido sparsis quoque nonnunquam pluviis ex parte uido, ad septimum totum pluviosum & octavum varium, tandemque nonum serenum ac aestivo calore gratum perrexit. Cui triduo quatriduum, intercalato decimo tertio pauca pluvia irrigato, addidit. Tum 6. dierum sudo planè aestivo ad 20. usque continuavit. Cui ali⁹ sex non æquè sereni, sed varieta te pluviolis nonnunquam temperata, adeoque non in amœnā distincti successerunt, tandemque reliqui ad finem usque mensis verno temperamento commendabiles.

Junius à principio ad 12mum usque in eā temperie, pluviolis tamen quafidoque interpolata perseveravit. A 13tia verna temperies, in aestu sepius satis grandem mutata, & præter nocturnas 16ti & 20mi pluvias feret torridum, ad 22dum usque pluviam nocturnā ac tonitru maturino fractum, cui ad 26tum pluviam moderatā mandentem, quatriduum temperatum; huic verò 27mū paulo calidior, 28vus cum 29no pluviis modicis irrigui successerunt, tandem 30mū sereno & temperato celo amoenus mensem simulque trimestre finiit.

Morbis hujus trimestris præter prædictos endemios, maligni & epidemicī, quantum mihi quidem innovuit, pauci fuerunt, sporadici plutes, febres pleuriticæ, ardentes, continuæ, asthmate, nausea, vomitu, cephalæis molestæ, intermittentes quædam, hemicraniæ, cardiogmo,

cœliaca passione, diarrœa, dysenteria aliisque symptomatis exacerbatae, lipuria quoque, sed unica sola.

Julius sudo ac calore æstivo, quo præcedens recessit, denud accessit, ac ad 13tum usque serenitate jugi ac æstu indies ingravescente, si strum excipias temperatiorem reliquis, ac 6tum paucā pluviā irriguum, continuavit. Sequentes etesis nonnunquam & pluviolis alterati, unico 27mo à meridie spargente exempto, ad finem usque mensis serenitate ac temperie laudabili excelluerunt.

Augustus eodem ferè cœli, utut quandoque rotantis inchoans, mox variabilis fuit: Secundus enim servidior & siccius. Tertius tonitru imbrē, totā nocte durantem, addidit. Quartus manè frigidus sudum diurnum cum æstu substituit. Quintus manè pluviōsus, reliquo diei priore temperatiōr. Septimus sudum nubibus interpolavit, cui cætera similis octavus in tonitru horrendum vesperi & imbiem desit. Nonus sudo antemeridiano pluvias à meridie copiosas; Decimus antemeridiano sudo vespertinas submisit. Undecimus paucis pluviis matutinis, sudum pomeridianum, huic verò vespertinum tonitru fragorosum cum fulgetris fere perpusis, nimboque densissimo. Duodecimus præcedenti, tonitru si demferis & fulgura, compar. His hactenus variis ad vigesimum usque octiduum æquabile, sudo ac æstu paucissimis pluviis temperato gratum, huicque aliud octiduum nebulosum magis, ventis pluviisque subinde madens, illicique biduum serenum quidem & siccum, sed vento frigido flante haud

adeò gratum successit. Tandemque 31mus sudo ac temperato æthere mensem terminavit.

September triduo sereno ac moderato sex dies, pluviis serenitati variè interpolatæ mixtos inseruit. Quibus post noctem procellosam, quatriduum serenum & temperatum, quandoque tamen ventosum & pluviis parce sparsis roscidum successit, sex diebus serenis aliis æstu æstivo ferè compari amoenis exceptum. Vigesimus biduum reduxit paucarum pluviarum aspergine, ut & nebulâ roridum, cui triduum serenum quidem, sed algidum & ventosum, illique rursum aliud temperatus successit, & mensem simul ac trimestre ablovit.

Morbos præter scorbutum & ejus appendices, ut & ejus affinem ante hinc raram, nunc ab adventu Galorum exulum, inter Germanos etiam, infantes præterim, ferè endemiam Rachitidem, hoc trimestre tam sporadicos, quām Epidemicos plures tulit. Et hos inter febres malignas & contagiosas, haud paucis exitiosas, variis ut symptomatis, sic exanthematis miliaribus, purpurâ, morbillis, variolis, petechiis quoque insignitas & distinctas. Præterea ardenttes etiam, continuas & intermittentes, catarrhales, erysipelatodes, pleuriticæ, erraticas etiam. Diarrœas item ac Dysenterias, Lienterias, Colicas, Cardialgias, Tusses ferinas ab æstu præterim humore colliquante oriundas, Hæmoptoës, Cephalæas, Hemicranias, Colicas & Hypochondriacas passiones cum obstructionibus nonnunquam valde contumacibus, Icteros, Scabies & Psoas.

October serenitatem Septembri, præter pluvias secundi vespertinas, quatriduo satis grato orsus sexto & septimo frigidulis & pluvia matutina madentibus, interpositis, quatriduum rursus vernâ temperie gratum dedit. Cui 12mus matutina, 13ius vespertinâ, 14tus nocturnâ pluvia madidi successerunt, illisque stus totus pluvius ac nimboſus. Quem rursus 16tus cum quatriduo perinde procelloso & subinde nimboſo securus. Vigesimus primus sparsa circa decimam pluviolâ rorans, quatriduo sicciori & amoeniori locum fecit. Subsequens quatriduum, vario, nubiloſo ac quandoque rorante cœlo frigidulum, 31mo turbido æthere, geluque moderato menti finem imposuit.

Decembriſ primus torus pluvius, secundus à meridie tantum pluvias sparsit. His successit triduum siccum, sed nubilum & frigidum. Sextus mane nebulosus parce pluit, à meridie siccus. Septimus undosus, octavus serenior, procellosus simul & frigidus. Nonus absque procellâ prædenti similis. Decimus nives addidit ac gelu, sed hactenus moderatum, ab 11mo ad 23um rigidum, sereno ut plurimum cœlo, præter 12.mane ac vesperti, & 17mum vesperti tantum nebulosum. 24to remittens atque circa vesperam pulviolas spargens, noctu gelidium, 26to subsequente nebulâ liqueſcens, à meridie cum serenitate frigus, sed temperatum per biduum stabile reddens, 28vo nives superaddens, 29no ingravescens, 30mo nivolum, 31.absque nive perdurans, sicque cum mense trimestri ipsique anno colophonem imponeſſus.

Morbi

Morbi hoc ultimo trimestri occurrentes, præter endemios scorbuticos, arthritides præsertim & asthmata scorbuto originem debentia, & venereo, Epidemici fuerunt catarthalæs præcipue febres, gravedine molestâ, & tufsigravi & diuturnâ infestantes, ardentes præterea tam continuæ, quam inter-

mittentes varizæ, malignæ quoque variolis, sæpius confluentibus ac petechiis infames, pleuritides graves & quandoque funestæ, Cephalalgiaæ, Diarrœæ & Dysenteriæ pertinaces, Nephriticæ, Colicæ & hystericae passiones.

*Constitutio Epidemica aeris Berolinensis Anni 1703.*

**J**anuarius primo mane cœpit gelu, cœlo succedente sereno, post obscuro, tandemque pluvioso. Secundus siccus ventosus & frigidus cum gelu moderato, successores habuit tertium circa vesperam pluviolam spargentem, reliquos ad octavum usque siccos; hunc verò totum nivosum ethere temperato. Nonus miti cœlo pluviolis subinde uidus. Decimus imbroſus. Undecimus parum gelascens, cœtera siccus. Duodecimus cum decimo tertio cœlo turbido gelidores. Decimus quartus vernâ serenitate ac tempore gratus, vesperi nebulosus. Decimus quintus & Decimus sextus Vernæ ferè antenitatis æmuli. Decimus septimus nebulosus, tandemque imbroſus. Decimus octavus viciſſim siccus & serenus. Decimus nonus cum sequentibus ad vigesimum sextum usque satis rigidè gelidi. Vigesimus sextus parum nivis addidit. Vigesimus septimus noctu pluſculum ejus sparsit æthere temperato. Vigesimus octavus sereno cœlo valide gelidus, ut & vigesimus nonus. Trigesimus nubilus pauloque mitior. Tandem trigesimus primus mitiori, siccо tamen cœlo mensem hunc pri-  
mum clausit.

Februarius temperato gelu, sed tur-

bido siccoque cœlo orsus. Secundus gelu satis rigido sereno cœlo, nonnunquam tamen parum remittente ad septimum usque cum gelicidio grandinem submittentem, postque degelantem continuavit. Octavus regelascens cum nono ac decimo parum sereno & arioso cœlo gelidis. Undecimus gelu paullo intensius cœlo obscurò induxit; ac ad decimum quartum cum sequentibus ad vigesimum usque paulò cum sequenti biduo mitiorem porrexit. Vigesimus tertius densâ nebulâ antemeridianâ remissior. Vigesimus quartus mane turbidus, postea serenus. Vigesimus quintus nebulosus ac ventosus parum nivis sparsit. Vigesimus sextus intense gelidus ut & vigesimus septimus, simulque cum vento nivosi. Vigesimus octavus nive copiosa mensi coronidem imposuit.

Martius biduano gelu intenso cœpit. Tertius noctu gelidus, à meridie remissior, circa vesperam pluviosus ac ventosus, Quartus eodem tenore totâ die continuavit. Quintus gelidus ac nivosus, tandem pluviosus. Sextus totus pluviosus ac ventosus. Septimus mane sparsâ copiosâ nive mox postea in pluviam delicuit. Octavus perinde continuavit. Nonus satis intense gelavit, parumque nivis spar-

sparsit. Decimus copiose nocte ninxit, postea remisso cum parcâ nive gelavit. Sic & undecimus, decimo quarto nebulâ maturina diverso, ad decimam quintum usque sereno cœlo continuavit. Hic manè nivis pauxillum sparsit, post leniter degelavit. Decimus sextus totus fere pluviosus. Decimus septimus noctu gelidus, post sparsâ nive mitior, ut & Decimus octavus cum paucâ nive gelascens. Decimus nonus post pluviam gelidus ac nivosus, post serenor. Vigesimus quoque gelucum parcâ nive miscuit, in pluviam tandem deliquescens. Vicesimus primus totâ die undulosus. Vicesimus secundus manè & circa vesperam pluvius. Vigesimus tertius manè parum pluviae, post vernam temperiem submisit. Vicesimo quarto manè parum nebuloso æther serenus successit ac siccum. Vigesimus quintus ventosus æthere sereno nivum aspergine subinde variato. Vigesimus sextus perinde ventosus nivem cum pluvia ac sereno sæpius cambiit. Vicesimus septimus matutino tempore serenus post turbidus ac ventosus. Vigesimus octavus manè nivosus, à meridie pluviosus. Vigesimus nonus nubilosus, temperatus tamen, Triduo sequente sereno, temperato ac verna amoenitate & repore grato mensem simul ac trimestre primum finiit.

Morbi præter scorbutum, Proteum illum plurimorum symptomatum syndrome variatum ac hic loci endemium, frequentiores fuerunt febres variæ, continuae & intermittentes benignæ & malignæ, catarrhales & causodes, purpureæ, pleuritide ac arthritide quandoque comitatae, ce-

phalalgiae, vertigines, passiones hystericae, asthmata, cachexia & caco-chymiae.

Aprilis primus dies vernæ serenitatis ac temperiei particeps, circa vesperam pluviola madidus fuit. Secundus manè obscurus, à meridie serenus ac frigidulus. Tertius, quartus & quintus primo ex aëre similes, nisi quod postremus paulo frigidior. Sextus manè turbidus cum aspergine pluviolæ, postea serenus. Septimus serenus, sed frigidulus. Octavus ad decimum tertium usque sudo ac temperie, præter decimum paulo calidorem, amœnai. Decimus tertius turbidus ac ventosus manè, post serenitatem pluviolis miscuit. Decimus quartus frigidulus ac ventosus cum aspergine pluviarum. Decimus quintus totus pluviosus, ut & decimus sextus, subinde tamen paulò serenor. Decimus septimus manè pluvias sparsit paucò grandine mixtas, à meridie serenus. Decimus octavus serenus, temperatus & amœnus, nec non decimus nonus exceptâ prinâ nocturnâ talis. Vigesimus cum vigesimo primo secundo vernâ amoenitate grati, nisi quod postremus unâ cum biduo sequenti pluviolarum aspergine sub vesperam roridi. Vicesimus quintus obscurus ac nubilosus, raroque intercedente sudo siccus. Vigesimus sextus vernâ temperie ac pluviolæ subinde aspergite, cum sequenti biduo siccus. Vigesimus nonus variato idem tidem æthere pluvias sudo miscuit. Trigesimus post pluviam matutinam siccus mentem hunc absolvit.

Maji primus temperato cœlo ad secundum manè pluviolæ aspergine uvidum post serenum processit. Se-

catus tertius manè frigidulus, post serenus & amoenus, cui compar ferè quartus aspergine pluviola roridus, cui biduum serenum, siccum & calidum succedit, à meridie tamen sexti pluviolam aspergens. Septimus manè serenus, à meridie nubilus. Octavus ad decimum tertium usque sereni ac vernâ varietate accepti, râ pluviarum aspergine temperati, præter duodecimum cum vento tonitru adducentem. Decimus quartus à meridie modicè, decimus quintus valide tonuit, quos biduum decimo & septimo exceptit sudo ac calore verno gratum. Decimus octavus manè nubilus ac vento, pluviolis quoque subinde sparsis turbidus. Decimus nonus similis, absque tamen pluvia siccus, ac tandem serenus, à vigesimo sereno ac ameno exceptus temperatus ad vigesimum secundum & sequentes calidores, vigesimum sextum æstu gravem, & vigesimum nonum vernâ temperie & amoenitate gratum transiit. Reliquum triduum manè serenum, vesperi pluviolis uidum, trigesimo primo modico fulgorum additamento mensem hunc circumscriptis.

Junii primus nocturno imbre, diurno sudo & æstu orsus, secundum serenum & vesperi pluviolæ aspergine udum comitem habuit. Tertius manè ad meridiem usque pluvius, post temperatus ac siccus, quartum manè subinde pluuentem alias amœnum ac temperatum præcessit, sequente biduo sereno ac temperato. Septimus pluvius, post ventis flantibus siccus. Octavus serenâ temperie amoenus. Nonus pluviolis serenitatem subinde variavit. Decimus manè ad meridi-

em usque imbrofus. Decimus semel à meridie imbre molestus, alias serenus. Duodecimus pluviolarum aspergine quandoque varius. Decimus tertius serenus ac siccus, ventosus tamen simul ac frigidus, compares habuit decimum quartum, quintum & sextum, hunc æstuosum simul valde ac procellosum. Decimus septimus nubilus ac ventosus cum aspergine pluviolarum nonnunquam mixtus. Decimus octavus amœna temperie gratus. Decimus nonus nubilus ac frigidulus pluviolis subinde rorans, cui vigesimus post noctem pluviösane æqualis, temperatâ amoenitate ventis placidis velut Etesis interpolatus. Vigesimus primus denuò serenus ac calidus. Vigesimus secundus æstu paulò gravior. Vicesimus tertius sodo simul & æstu molestus. Vicesimus quartus æstu ventis paulò temperatori. Vigesimus quintus pluviola moderatus. Vicesimus sextus totus ferè cum tonitru pluviösus. Vigesimus septimus manè & vesperi parum pluvius. Vigesimus octavus manè nubilus, postea clarescens. Vigesimus nonus manè serenus, à meridiè pluviösus. Tricesimus manè ad meridiem usque serenus, à meridiem quandoque pluvius, mensem simul & trimestre secundum finiit.

Morbi hoc secundo trimestri infen-siores fuere Cacochymix & Cachexia scorbuticæ variisque alii affectus ejusdem farinx, febres variæ continuae & intermittentes, tertianæ, catarrhales, ardentes benignæ ac malignæ, variolis quandoque comitatae & morbillis, pleuritides veræ utplurimum nonnunquam spuriae, hypochondriacæ affectiones & passiones

hystericæ, tusses in veteratae & graves, phthiseos & hecticæ comites. Icteri, colicæ, passiones, cholericæ, diarrhoeæ.

Augusti primus nubilus ac pluviosus. Secundus obscurus & ventosus subinde pluviolas spargens. Tertius manè nubilus ac parcè pluvius à meridie serenus, triduano sudo ac calido exceptus. Septimus post manè aspergine varium, à meridie tonitru terruit. Octavus manè serenus, à meridie modice pluvius. Nonus sudum, Decimus idem eteis temperatum, Undecimus sudum, æstuosum, æstivum ut & duodecimus eteis mixtum induxerunt, reliqui, excepti decimotertio his destituto, decimo octavo manè semel pluvio, vigesimo quarto vesperi cum imbre tonitru inducente, vigesimo quinto manè nubilo, ac ventis turbido, omnes ad finem usque mensis æstivo æstu perseverarunt, præter trigesimum primum, mensem hunc cœlo turbido vesperi claudentem.

Septembri primum biduum sudo & eteis gratum. Tertius nubilus & procellosus. Quartus manè frigidus & serenus, à meridie nubilus ac turbidus, triduo pluvioso, frigido, ac ventoso exceptus. Octavus cum nono paulo temperatores ac calidores. Decimus serenus ac temperie amoenus. Undecimus sepius pluviosus ac tandem imbrosus. Duodecimus, decimus tertius & quartus cum sequentibus ad vigesimum primum usque præter morem æstivo calore & amoenitate grati serenitate pluvias vicerunt. Vigesimus secundus ad meridiem usque manè pluviosus, post serenus, ut & vigesimus tertius & quartus æstivo calore commendabiles. Biduo intercedente pluvioso rarsus ad vige-

simum octavum usque nubilum, sed reno tempore laudabiles. Vigesimus nonus aspergine vespertinâ pluviolarum, trigesimus nubilo cœlo à prioribus diversi tandem serenitate reduce mensem hunc ac simul trimestre coronide ornarunt.

Morbi hujus trimestris fuere præter scorbuticas ac hypochondriacas affectiones, colicæ, diarrhoeæ ac dysenteriæ, Febres variæ intermitentes & continuæ ardentes, etiam malignæ variolis, morbillis ac purpurâ nonnunquam suspectæ, pleuritides utriusque generis, arthritides vagæ scorbuticæ, paralyses & apoplexiæ, asthmata, dyspnœæ, tussis graves ac diuturnæ, cachexiæ.

Octobris primus nubilus ac ventosus, sodo tamen subinde mixtus. Secundus manè serenus à meridie nubilus. Tertius manè serenus, à meridie turbidus ac pluviosus. Quartus & quintus manè nubili, cum aspergine pluviarum. Sextus vice versa manè serenus, à meridie pluvius. Septimus post nebulam serenus & amoenus. Octavus manè pluvia parum roridus, alias amoenus, nono quoque ac decimo sicque ad undecimum nubilum ac subinde pluviatum transit. Duodecimus nubilus & subsequenter imbrosus. Decimus tertius procellosus ac sepius nimbosus. Decimus quartus frigidulus ac ventosus manè, à meridie serenus, semel tamen imbre madens. Decimus quintus serenus manè ac frigidus, à meridie parum pluvia spargens. Decimus sextus manè nebulosus, post nubilus ac frigidus. Decimus septimus frigidus & pluviis mixtus. Decimus octavus frigido cœlo serenus. Decimus no-

nonus primam nivem sparsit serenante postea cœlo. Vicesimo & vicesimo primo totâ die cum nive pluviae. Vigesimo secundo cum fudo frigus ac gelu moderatum. Vigesimus tertius post manè gelidum pluvias dedit degelascentes. Vigesimus quartus manè turbidus, postea clarecens. Vigesimus quintus manè pluvius, à meridie nubilus cum pluviolarum aspergine. Vigesimus sextus manè pluviosus, postea serenitatis parum subinde miscens. Vigesimus septimus siccus, sed nubilus, solis splendore paucō interdum interlucente. Vigesimus octavus ad meridiem usque pluviolarum aspergins madens, à meridie nubilus ac siccus. Vigesimus nonus manè nubilus, postea serenus, sed frigidulus. Trigesimus frigidus & pruinulosus. Trigesimus primus temperie autumnali gratâ mensem finiit.

Novembbris primus ac secundus frigi sparsa parumper nive, postque pluviola. Tertius & quartus temperati & amoeni, ut & quintus nisi spatâ sub finem pluviolâ turbidus. Sextus manè nebulosus, post vento fri-gido molestus. Septimus nubilo mitior. Octavus nubilus ac frigidus. Nono succedit simile biduum cum fudo frigidulum. Duodecimus nubilus ac subfrigidus. Decimus tertius satis temperatus. Decimus quartus manè ad meridiem usque nubilus, à meridie pluviulosus. Decimus quintus manè pluvius, post turbidus ac humidus. Decimus sextus nubilus, frigidus ac siccus. Decimus septimus idem, paucis interspersis nivium micis. Decimus octavus perinde sed sine nive gelidus. Decimo nono ut & vigesimo iudicium subsequenti noctu rigido

gelu. Vigesimus primus nubilus, ut & vigesimus secundus tandem pluviolæ alpergine mitescens. Vigesimus tertius manè nubilus, aspergine pluviolarum modicâ sub vesperâ rorans. Vigesimus quartus totus nubilus ac frigidus, ut & vigesimus quintus vesperi pluvius. Vigesimus sextus cum septimo temperati & amoeni. Vigesimus octavus nubilosus ac frigidus, siccus tamen. Vigesimus nonus, manè nubilus, post serenus ac temperatus. Trigesimus post modicam pruinam manè serenus ac temperatus, circa vesperam pluvia meniem terminavit.

Decembris primus post nebulam matutinam ut & secundus sereni ac temperati, nec non tertius unica pluviolæ aspergine roridus. Quartus post nebulam matutinam serenus. Quintus fudo frigidus. Sextus quarto similis. Septimus totâ die serenus, circa vesperam maduit. Octavus sereno cœlo procellosus nono quoque continuante procellâ, & pluviâ à meridie interspersa. Decimus manè ad meridiem pluvius, post serenus ac sedatâ procellâ placidus. Undecimus manè serenus, à meridie parum pluvius. Duodecimus totus pluviosus. Decimus tertius manè serenus, à meridie pluviolæ aspergine udus. Decimus quartus totâ fere die pluviulosus & imbrosus, ut & decimus quintus totus nimbosus & sub vespera procellotus. Decimus sextus manè gelidus, post totâ die serenus ac frigidus. Decimus septimus manè nubilus ac mitis tandem in pluviolæ alperginem desinens. Decimus octavus manè nebulosus, post pluviosus. Decimus nonus gelidus manè ac serenus

nus. Vigesimus aëre obscuro gelidus. Vigesimus primus cum sudo gelascens. Vigesimus secundus rigidè gelans. Vigesimus tertius noctu nivem sparsit, post degelascens pluvias. Vigesimus quartus nubilus ac humidus. Vigesimus quintus cælo sereno gelascens. Vigesimus sextus noctu nivosus, post nubilus, mox tandem serenus ac gelidus, ut & vigesimus octavus à meridie serenus. Vigesimus nonus cælo sereno rigidè gelans. Trigesimus ut & trigesimus primus ex parte, ningentes mensem

hunc simul & trimestre quartum ut & annum 1703. absolverunt.

Morbi huic trimestri familiares, præter endemios sæpius indigitatos, fuerunt febres omnis generis ferè, ardentes, malignæ, vatiolis suspectæ, intermittentes tertianæ, quartanæ, ephemeræ, catarrhales, hecticæ phthises, tusses fetinæ & inveteratae, Colicæ passiones, scorbuticæ etiam, diarrhoeæ, Arthritides scorbutice, vagæ & fixæ, paralyses, Cephalæ contumaces, hemicraniae, passiones hypochondriacæ & hystericae &c.

### *Constitutio Epidemica Berolinensis Anni 1704.*

**J**Anuarii primus paucis nivium flocculis gelu orsus, paululum mox rursus remisit. Successit huic triduum cælo sereno gelidum. Quintus cum sexto noctu totoque sequenti die nives sparsit, quorum postremus cessante nive turbidus ac frigidus. Septimus cum biduo sequenti cælo quandoque sereno gelidus. Decimus paucâ interspersa nive circa vesperam remissior. Undecimus cum sequenti duodecimo ventosi ac procellosi. Decimus tertius rigido gelu horridus. Decimus quartus paululum remissior. Decimus quintus rigidum decimi tertii gelu redintegravit. Decimus sextus manè remissior, à meridie robur prioris resumisit, cum sequenti decimo septimo paucos nivium flocculos aspergente. Decimus octavus noctu nives parumper auxit. Decimus nonus gelu pauculos denuo nivium flocculos miscuit, noctu auctiores cum gelu satis rigido. Vigesimo nox cum nive copiosa procellosa inter vigesimum primum & vigesimum secun-

dum sine nive gelidum successit, ut & sequens vigesimus tertius paucâ nive præmissâ serenus. Vigesimus quartus satis rigidè gelidus circa vesperam nivosus ac ventosus. Vigesimus sextus noctu cum pluvia regelans, tandem serenus ac temperatus. Vigesimus septimus è temperie sine pluvia ac nive continuavit. Ut & vigesimus octavus circa vesperam cum sequenti vigesimo nono procellosus ac parum pluvius. Trigesimus post gelu modicum à meridie serenus, tandem cum nive ventosus. Trigesimus primus mensis postremus procellosus admodum ac subinde pluviosus.

Februarii primi nox tempestuosa, succedens dies pluviosus, grandinosus ac procellosus. Secundus illi ex parte similis modicè gelascens, manè parum ac vesperi ningens. Terius vento cum pluviis & pluviolis mixto varius. Quartus noctu gelidus, postea serenus, ac vernâ quasi temperie amoenus. Quintus manè parum gelascens, cætera turbidus, siccus,

tandemque temperatus. Sextus absque omni gelu priori similis. Septimus turbidus ac ventosus, à meridie cum nive nimbosus. Cui triduum successit temperatum, siccum ac tranquillum. Undecimus remissior, sparsis quandoque pluviis uidus ac ventosus. Duodecimus deminâ pluviam priori æqualis. Decimus tertius turbidus, sparsis quandoque pluviis ac pluvialis cum sequenti decimo quarto à priori diversus. Decimus quintus cum decimo sexto noctu gelidi, de die cum serenitate procellosi. Triduum sequens noctu gelidum manè nivosum, tandemque pluviolis aspersis uividum. Vigesimus noctu gelidus ac nivosus, post paulò serenior. Vigesimus primus coelo sereno gelidus, paucō grandine niveo interlerto. Vigesimus secundus & vigesimus tertius manè cælo sereno satis gelidi, à meridie remissiores. Triduum subsequens rigidè gelans. Biduum sequens nive admistâ paulò remissius. Vigesimus nonus nive vacuus mensem absolvit hunc intercalarem.

Martii primus manè gelidus, cætera serenus ac remissior, unâ cum sequenti quatriduo vernâ temperie ac amœnitate commendabili. Sextus satis gelidus, turbidus ac procellosus, ut & septimus, tandem serenior. Octavus paucâ nive turbidus ac aliquantò remissior, ut & nonus ac decimus totâ die tales, prætereaque turbidi ac ventosi. Undecimus serenus vernaque temperie gratus, cum biduo sequenti, cuius tamen postremus decimus tertius paulò obscurior ac noctu gelidior. Decimus quartus cum undecimo vernâ serenitate certans. Decimus quintus manè pluvia cum tempore secundâ

vernâ amœnitate commendabilis, Decimus sextus turbidus ac ventosus, pluviola quandoque riguus. Dextimus septimus manè sparsis subinde pluviolis turbidior, serenitate postmodum gratâ amœnus. Decimus octavus toto mane turbidus à meridiè pluviosus. Decimus nonus cum sequenti triduo manè pluvius, post frigidulus, ast siccus. Vigesimus tertius manè gelidus, paulo post serenus, frigidulus ac parum ventosus. Sequens quatriduum temperate frigidum, ventosum ac obscurum. 28vus mane paulo obscurior, postea fudo ac serenâ temperie acceptus, ut & sequens 29nus, vento frigidiore solùm diversus. 30mus nubilosus, frigidulus subindeque pluvius. Postremus 31mus vento austriño frigido serenitati aspirante temperatus trimestre primum terminavit.

Moibi hac anni quadrâ præter scorbutum endemium & luem fere epidemicam, febres fuere variæ, cum tertianâ, duplicatæ, continuæ & ardentæ, benignæ, & malignæ, catarthalæ & acutæ variis symptomatis stipatae, cum & sine tuſli, hecticæ, in phthisin declines, pleuritides, asthmata, dispnææ, arthritides statæ, & vagæ scorbuticæ, icteri, cardialgiaæ, hæmorrhagiaæ uteri.

Aprilis 1mus nubilosus, pluvialis subinde aspersis frigidus. 2dus manè pluvius post aliquantò serenior. 3tius serenus ac temperatus vesperi pluviosus. Cui congener 4tus subinde pluviolas spargens. 5tus noctu tonuit, à meridie pluit, cætera serenus ac calidus. 6tus vernâ serenitate ac tempore gratus cum biduo sequenti, 7mus tamen paulò frigidior ac ven-

tosus. 9ius manè turbidus ac frigidulus, tandem post pluviam fœcundat serenus. 10mus æthere fœcundâ serenitate, pluviolis interdum interpolatâ, laudabilis. 11mus cum sequentibus duobus verna temperie ac serenitate commendabiles, ut & 13mus circa vesperam paulum pluviae aspergens. 14mus sudum cum nubilo ac pluviis quibusdam miscuit. 15mus cum sequente fœcundo cœlo frigidulo parumper temperati. 17mus exiguum matutinum gelu sudo temperans, sequentibus ad 23tum usque, 19no ac 20mo præsertim æstivo fere calore amoenis, 23io paululum pluviae addidit. Sequens triduum temperatâ serenitate ad vesperam usque postremi paulò obscuriorum continuavit. 27mus manè pluvius, post frigidulus & nubilosus, perinde ut & 28vus absque tamen pluviae, 29us temperatus cum 30. mensis postremo, paulò tamen frigidore & ventoso.

Majus codem tenore cepit pluviosas interdum miscens. 2dus serenor paulo & siccior. 3tius ut & sequentes ad 7tum usque sparsis quandoq; pluviolis udi & subfrigidi, postremus 7tius noctu cum pruinâ grandinosus, manè serenus. 8vus manè frigidus ac ventosus à meridie serenus ac calidus. 9us vernâ temperie amoenus, ut & 10mus circa vesperam parumper pluvius, 11mus serenus ac calidus. 12mus adhuc calidior subsequence sero pluvio. 13ius absque pluviae similis. 14mus manè ad meridiem usque nubilus ac subfrigidus, postea serenus. 15tus & sequentes vernâ serenitate ac spirantibus quandoque erezis quasi æstiva temperie commendabiles, ad 20um usque obscurum, pluviae moderatâ

subinde interpolatum, 21mus cum sequente triduo serenus, calidus & amoenus, parum ventosus ad 24tum usque post tonitru moderatum à vento impetuoso frigidorem. Quatriduum sequens obscurum quandoque cum, alias sine pluviae, ad 29num usque perinde turbidum sèpiusque pluvium. 30mus cum 31mo, mensis hujus postremo, sine pluviae nubilosus.

Junii primus temperatâ serenitate ad vesperam usque parumper pluviam amoenus. 2dus turbidior ac frigidior manè, à meridie serenitatem aliqualem subinde pluviis miscuit. Sequentes sudo temperati, calidi ac siccii ad 9num usque vesperi parum pluventem. 10mus cum 11mo frigidus ac ventosi. 12mus cum sequentibus sereni, calidi ac placidi præter 13um paulò obscuriorum, ad 17mum tota die pluvium, 18vus frigidulus & obscurus, serenitate nonnunquam interpolatus, vesperi pluviosus. 19us ventosus & à meridiè imbrosus. 20mus temperatus, ut 21mus sero parum pluens. 22dus obscurior paulò, siccus tamen temperatus. 23ius serenor præcedenti. 24tus cum triduo sequenti serenitatem pluviis intercalavit, ad 28vum usque & 29num serenos, temperatos, siccios & amenos, 30mus paucis pluviis quandoque intermixtis obscurus mensem simul cum hoc anni quadrante clausit.

Morbi hoc trimestri priori ferè fuerunt analogi, præter nimirum geminos illos endemios, febres rursus variæ generis, intermittentes, tertianæ simplices ac duplices, quartanæ, & continua ardentes, benignæ & malignæ, variis symptomatis comi-

tatae, cum & sine exanthematis, catarrhales, pleuriticæ, in hecticam & phthisin pronæ, variolæ, morbilli, diarrhoeæ, colicæ passiones, cholerae, Melancholiae, hypochondriacæ passiones, Cephalæ, Hemicrania, paralyses, Epilepsie, Asthma cum & sine hydrope, Rachitides.

Julii primus serenus atque siccus. 2dus fudo pluvias miscuit. 3tius serenus ac temperatus vesperi pluviolas sparsit. 4tus priori ferè similis, nisi quod procellæ semel pluviolam aspersit. 5tus fudo absque pluviis, ventum impetuosum intercalavit. 6tus nubilo cœlo serenum absque pluviâ induxit æther. 7mus serenus. 8vus fudo æstivus. 9no manè pluvio, serenitas calorem intensum addidit. 10mus pluvias cum fudo alternavit, perinde & 11mus cum nubilo cœlo sudum. 12mus temperatus ac siccus. 13ius, serenus & æstuosus. 14tus cum biduo sequenti, manè ac vesperi pluvii, cætera sereni. 17nus toto ferè die pluvius. 18vus manè ad meridiem usque pluviulos & ventosus. 19nus manè serenus à meridie bis pluit. 20mus pluviam cum fudo campist frigidulus & ventosus. 21mus manè obscurus pluviolas post quandoque sparsit. 22dus manè quidem serenus, subfrigidus tamen, à meridie pluviolas dispersit. 23tius temperatus, serenus partim, partim pluvius. 24tus amœnus, calidus ac siccus, cum quadruplo sequenti æstuoso. 29nus post pluviam matutinam nubilosus, frigidulus ac ventosus. 30mus temperatus & amœnus. 31mus post matutinam pluviam serenitate mensem finiit.

Augusti primus ad meridiem usque

serenus, à meridie parumper pluvius. 2dus manè nubilus, postea serenus & amœnus. 3tius mane parum pluens, postea siccus & obscurus. 4tus totâ die sine pluviâ nubilus. 5tus manè turbidus, post serenus. 6tus serenus, calidus & amœnus. 7tius nubilus ac calidus pluviolas subinde spargens. 8vus sine pluviâ serenus ac calidus. 9nus serenus & temperatus in æstum vergens. 10mus huic præcedenti analogus, vesperi tonuit. 11mus nubilum cum fudo alternans vento subinde pluviolas aspersit. Cui 12mus similis semel pluviolâ maduit. 13ius manè nubilus ac frigidulus absque pluviâ. 14tus pluvias nonnunquam addidit. 15tus procellam impetuosa, 16to parum remittentem. 17mus manè nubilus circa vesperam serenus ac calidus. 18vus serenus & ob calorem temperatum amœnus. 19nus æstuosior paulò. 20mus remissior manè ac modicâ pluvia secundus. 21mus serenus, calidus ac siccus, præter 23um valde æstuosum, ad 26um nubilum mane ac subfrigidum. 27mus cum 28vo pluviolatum quandoque aspergine ventosi. Biduum sequens serenum ac calidum. 31mus mensis postremus etatis æstum præcedentem temperavit.

Septembri primus nubilus manè post ob ventum frigidulus. 2dus paulo temperatior, 3tius primo ferè similis, subinde pluvius. Tridum sequens manè pluviosum, à meridie serenum. 7mus nubilus, frigidus & siccus, ad usque vesperam pluviolam spargentem. 8vus perinde frigidus, sed sèpius pluviolis madens. 9nus manè ad meridiem usque 7mo compar, à meridie pluit, tandem serenor

nior. 10mus temperatus ac serenus totus, ut & triduum sequens ad meridiem usque 13ii, à meridie quandoque pluens. Pariter & 14tus circa meridiem semel pluens. 15tus ventosus subinde ac pluviösus. 16tus cum 17mo siccí, temperati & amoeni. 18vo sudum urplurimum pluviis sparsim mixtum. 19mus temperatus, serenus & amoenus. 20mus manè & à meridie quandoque pluvius, cætera temperatus, serenus & amoenus. 21mus circa primam pomeridianam parum pluit, reliquo temperatus & serenus. Biduum sequens turbidum, frigidum & ventosum, subinde pluens. 24tus nimbosus ac procellosus. 25tus ut & 26tus nonnunquam pluvias fundens. 27mus toto ferè die pluviösus. 28vus post pluviam matutinam subfrigidus & serenus. 29nus temperatus, serenus & amoenus. 30mus æstiva serenitate & calore mensem hunc simulque trimestre anni tertium absolvit.

Morbi hujus trimestris haud multum abludunt à prioribus. gemini nempe illorum Choragi cum asseclis suis in hâc quoque tragœdiâ personas suas egerunt, præterque illos Febris omnis ferè generis Ephemeræ, hemitritæ, tertianæ simplices & duplices, erraticæ & exquisitæ, cotidianæ, intermittentes & continuæ, putride, ut olim audierunt, & cauſodes, quartanæ quoque, benignæ pariter & malignæ exanthematis se prodentes variolæ & morbilli, pleuriticæ, Erysipelatodes, hecticæ & phthisicæ, Catarhales tandem, Cephalæ pertinaces & enormes, paralyses, Epilepsia, tusses contumaces, asthmata subinde convulsiva, inflammations guttutis, anginæ, hæmop-

toës, stranguriæ, hydropses, Hypochondriaci affectus, Histericæ passiones, Choleræ, diarrhoeæ & dysenteriæ, Rheumatismi, Chloroses, Hæmorrhoides cæcæ & cruentæ.

Octobris primus serenus ac temperatus, 2dus manè obscurus, post serenior. 3tius manè nebulosus, mox serenus. 4tus manè pluvius, vesperi serenus & frigidulus. 5tus procellâ pluviis mixta tempestuosus. 6tus de die frigidus & siccus, vesperi pluviösus. 7tius cum pluvia modicâ procellosus. 8vus serenior, quandoque tamen pluvius. 9nus cum 10mo temperate sereni. 11mus tempestuosus, frigidus ac pluviösus. 12mus serenus & subfrigidus. 13tius manè serenus, postea imperiosus ac frigidus. 14tus ad 23tiū manè pluviolum usque sereni, siccí ac temperati, præter 16tum, 19num & 22dum manè paulò obscuriores. 24tus manè turbidus ac frigidus, postea serenus. 25tus pruinosus & glacialis, cætra serenus. 26tus valide gelans. 27mus paulò remissior. 28vus cum 29no rigidè gelidi. 30mus cum 31mo postremo hujus mensis manè pluvii, post sereni.

Novembriſ primus & secundus mane nubili, post subinde pluvii. 3tius serenus & temperatus. 4tus mane gelidus, postea serenus. 5tus cum modicâ nebulâ gelidus. 6tus & 7tus manè gelidi, vesperi remissiores. 8vus cælo sereno remissus. 9nus nocte remisſe gelascens, aliâs cum serenitate amœne temperatus, cui compar fere 10mus, obscurior tamen paulò, sparsis nonnunquam modice pluviolis. 11mus huic similis vesperi pluvius, 12mus satis alias serenus, semel pa-  
rūm pluviolæ sparsit. 13tius tota fere  
die

die pluviosus. 14tus siccus ac frigidus. 15tus mane pluviosus cum siccitate postea alternavit. 16tus cum 17mo pluviosus. 18vus vento satis forti aspirante serenior, pluviolam raram serò spargens. 19nus frigidus sèpiusque pluviosus. 20mus procellosus insuper. 21mus cum 22do grandinosus quoque, 23tius cum 24to perinde, quandoque tamen sereni. 25tus sudum cum nubilo, siccus sufflante vento campfit. 26tus toro fere die imbrosum. 27mus serenus ac subgelidus. 28vus manè gelidus, post nebulosus. 29nus nebulosus ac frigidus. 30mus mensis postremus spirante Aquilone turbidus, humidus ac frigidus.

Decembribus primus postremo Novembbris ex aëre similis, turbidus, humidus ac frigidus, ut & secundus, sed siccior paulò. 3tius sereno cælo gelidus. 4tus post matutinum gelicidium, cum 5to continuè pluens. 6tus quandoque tantum pluviolas sparsit. 7mus nubilus, siccus tamen. 8vus noctu gelavit, de die serenus. 9nus noctu nixxit, de die sereno cælo gelavit. 10mus satis rigide gelans, 11mus regelavit, 12mus remisse gelidas manè absque pluviâ 13tius & 14tus,

at & 15tus cum sequenti triduo cum pluviâ remissiores. 18vus manè etiam imbre maduit, à meridie sole eluctante parum inclaruit. 15nus gelidus ac nivosus. 20mus ad 23ium usque sine nive gelidus cælo sereno. 23tius remissior nubilus & nebulosus. 24tus cum 25to post nebulam matutinam imbrosi, triduum sequens ventosum regelans ac pluviosum. 29nus parum gelascens atque ningeas. 30mus & 31mus rigido gelu menti huic & trimestri, simulque anno 1704. colophonem imposuit.

Morbi, si scorbutum ejusque comites, & sub illius larvâ sèpius latitanter infarem illam luem, cum appendicibus illorum exceperis, morbi hoc trimestri non adeò frequentes fuere ac præcedentibus. Febres non nullæ ardentes & malignæ, quæ morbillis aut variolis ut plurimum stipatae, catarrhales, pleuriticæ in tusses & Phthisis declinantes, vagæ quandoque, catarrhis suffocativis sociatae, melancholiae hypochondriacæ, & passiones hystericae, cephalæ & cachexiae, tusses contumaces admodum &c.

*Constitutio Epidemica Holsatica Anni 1706.*

Dn. D. GÜNTHERI CHRISTOPHORI SCHELHAMERI.

**H**ic jam morbi penitus silent, toto autem hoc anno variolæ confluentes sævisime sunt grassati, multaque propemodum dixerim milia infantum maximè tum & juvenum & adultorum rapuere per Holsatiam & Hamburgi. Prorsus autem tales se exhibuerunt, quales Sydenhamius des-

cribit. In principio mites, mox 2. vel 3. die erumpentes, optime sibi constantes, neque gravioribus symptomatibus stipatae, præterquam quod deliria statim ab initio usque ad finem, levia tamen, adessent. Ubi verò ad statum perveniebant, & suppurabantur, nihil remittebat calor, pul-

pulsus semper frequens & celer, æqualis tamen nec admodum debilis erat, sed die 9. 10. vel 11. ubi ad summum ascendere oportebat, subito, & quasi in momento foveam ostendebant, confluabant, concidebant, pallebant, instar lepræ, in facie præsertim, & tum actum erat. Alexipharmacis & calidis exhibitis, iterum tumebant quidem, sed mox

redibant ad pristinum. V. S. ubi adhiberi poterat initio, optime cessabat, etiam in infantibus. Nonnunquam petechiae conjungebantur in principio. Ubi vero evadebant ægri, scđitate maxime faciei pulchritudo evertebatur, oculi contorti, imo cœcitas etiam, ingentes furunculi, aut fistulae ossa etiam exedentes brevi sequabantur, & sphacelus.

*Constitutio Anni 1709. Apud Labacenses in Carniola notata*

Dn. D. MARCO GERBEZIO.

**P**oste aquam præteriisset anni 1708. autumnus ferè in meritis nivium cum pluviis, nebulisque vicissitudinibus, subingressus erat annus iamjam ad exitum properans 1709. cum eis nivibus, frigoribusque, quantorum ferè non recordamur unquam. Hippocrates 3. Aph. 17. quidem laudavit frigidas aëris constitutiones, dum dixit *aquilonias constitutiones cogere corpora, firma, agilia, bengue colorata, ac auditu valentiora reddere.* Quantam tamen vim ex ferè universæ naturæ inferre valeant, si frigus suos limites transcendat, quemadmodum factum anno ad finem decurrente 1709. experta est cum maximâ suâ calamitate universa Europa: & propterea quoque nos Labacenses ipsi, quibus planè terra ipsa fuerat à frigoris in Aprilē usque protensi, rarissimisque vicibus ab austris paulisper retusi inclementiâ adeò effera, & infœcunda redditâ, ut Colonis pro suis laboribus vix satorum semen, & illud ipsum effœtum, & ærugine corrugatum reddiderit. Arbores frugiferæ, è quibus persicæ ferè cunctæ

syderatæ, aut nullum, aut parcissimum, & eum ferè verminosum, corrugatum, & certis nigris stigmatibus ab ærugine maculatum fructum portavere: Vites similiter usque ad radices emortuæ omni botrorum opinitate destitutæ, & sic de aliis. Quin faxa ipsa observabantur alicubi p̄æ frigore in arenas comminuta. Et parvi demum æstimari poterat istud, si hujusmodi strages non etiam animata, & inter ea quoque hominem ipsum contigisset: verū deploravimus, & deploramus etiamnum, quod ( ut reliqua animantia silentio præteream, quorum tamen plurima fuere frigore exanimata ) ejus inclemenciam quoque ex incolis nostris pluri- mi, & nonnulli singularissimi viri propriæ vitæ internecione luerint. Tot siquidem vix unquam vidimus apoplexiis repente sublatos, tot vertiginosos, arthriticos, catarrhosos, pleuriticos, phtisicos &c. quot hoc ipso anno. Cui alteri autem imputari poterat strages isthæc, quām rectâ enarrhatæ immensi frigoris immanitati? Cujus, cùm juxta à nobis in Chro-

Chronologia nostra medica Anni I.  
§. XXII. & alibi dicta vis sit refrigerare, condensare, incrassare, coagulare, adstringere, & sanguinem cum reliquis corporum succis ob inhærentes sibi magnâ quantitate nitrosas, vitriolicas, & alias salinas atomos acrem reddere; quâ aliter fieri potuit, quâ, quod intolerabilitate illâ frigoris occlusi cutis pori ingentem alias per insensibilem perspirationem excludendam noxiorum humorum sabbaram in corporibus retinuerint: quæ intus coagulata facile in cerebri meatibus substitit, desuperque aut repentinâ corporum in excalēfactis hypocausitis incalēcentiâ, aut aliâ quâcunque occasione attenuata, & dissoluta eatenus diffusus, ut universos, vel saltē potissimum cerebri meatus, & nervorum inde in reliquum corpus protensorum origines inundārit, obtruxeritque, eoque ipso spiritibus animalibus suam circulationem, & consuetum in subjectas partes influūxum præpedierit. Unde repentinæ illæ, de quibus suprà, apoplexiæ; vel siquà obstructiones tantæ non fuere; tantæ tamen, ut præ iis spiritus animales cursum suum debito sibi tramite prosequi non potuerint, sed potius in gyrum acti fuerint; vertigines illæ, vel saltē certæ fluctuationes cerebri sæpe sèpius apoplexiarum, vel epilepsiarum prodromi; de quibus hoc anno plurimi non solum fuere lamentati, sed quipiam planè apoplectici successivè, vel epileptici facti. Quod si autem tales coagulationes, & subsistentiæ, seu stagnationes dictorum humorum simili modo in aliis corporis partibus quandoque accidere, aliæ ibidem eveniente

indispositiones: veluti in pulmonibus vomicæ, ad quas postea consecutæ sunt primùm tussitationes inanes, successivè humidæ, & sæpe cruentæ; ultimatum planè purulentæ cum totius corporis contabescientia phthileos nomine veniente, & interitu ipso: In collo scrophulæ, alibi alterius generis tumores. Quatenus tales humores autem copiosius ad nares destillabant, ad fauces, aut alias partes, evadebant gravedinum, raucedinum, tussium, & aliarum vulgo diatarum defluxionum causa, sicut arthriticorum, & rheumaticorum dolorum, si ii à frigore justò acriores redditi, inque perioſtiis articulorum, vel etiam interiacentium partium depositi, ea suâ acidine rodebat, lacinabantque &c.

Sicut autem reliquus anni decursus erat quoad aëris temperiem ordinatior, ita erat sanitati humanæ confectionis: excepto, quod vere Aprilis fuit repente à præter morem vigorosis & constantibus Solis radiis adē excalefactus, ut auræ temperie ferè æstatem præ se ferret: Majus econtra ob prædominantem cum Euro Boream, pluviasque adē rursus perfrigeratus, ut præ se ferret autumnum, quod ominosum Hippocrati 3. aph. I. quod tempus propterea etiam notabiliter plurimum erat ferax morborum. Æstate econtra & autumno, utpote quoad auræ temperiem regulatioribus, tantè salubrius vivebatur, neque observabantur in eis facile aliæ indispositiones (exceptis variolis toti anno communibus) præterquam sporadicæ, & quæ potius erroribus circa vietus rationem commissis videbantur esse imputandæ, quâ aëris

vitiis : febres puta potissimum intermitentes , vomitiones , alvi fluxus , colici dolores &c. quamvis & ad hos poterat jam prius aliquod fundamentum jecisse prægressum adeo rigidum hyemale frigus saltem suā acredine : sicut pariter ad vertigines illas , & apoplexias , quæ quibusdam etiam estate ipsa , & autumno fuere perniciose . Probatum siquidem fuit à nobis in prædictæ nostræ *Chronologie Med. Ann. I. §. XLIII.* morbos , qui in temporibus accidentur , non tam ex præsentibus , quam ex præteritis aëris morbidis constitutionibus esse dimitiendos .

Nunc , qui præterit December jam in alteram hebdomadam constantibus zephyris perflaturo cœlo nunc nubilo , nunc pluvioso , jugiter autem vaproso , existente . Metuo valde , ne cum tempore finistri quid parturiat ! Curationes denique hæc tenus enarratorum , & aliorum brevitatis gratiâ præteriorum morborum quod concernit , ex quidem nihil singulare pñæ se tulere , utpote remediis nobis familiaribus , & in similibus casibus in *Chronologia nostra Medica* hinc & inde notatis communiter feliciter institutæ ; sicut tamen apoplexiæ communiter fuere fortes , adeoque ex sententia *Hip. 2. aph. 42. incurabiles* , ita nullam receperè curationem , uti neque confirmatae phthises . Quæ apoplexiæ autem fuere leviores , ex quidem demum rursus fuere superatae , sed valde lentè : quemadmodum in certo arcium præfecto ; quamvis ego cum non tam pro apoplectico habuerim , quam cui memoria adeo erat lœsa , ut sui idiomatis omnimode per aliquot hebdomadas

oblitus fuerit . Reliqui siquidem sensus uteunque sibi constabant , ille se etiam , quantum ex signis colligebatur , super omnia reflecebat : solum , ( quod quid est planè singulare ) nullam prorsus rem significativæ aliquâ voce nominare poterat ; verum quæcunque ad se explicandum loquebatur , vel etiam scribebat , erant articulata quidem , sed nihil significativa , qui nunc demum tamen ad tot usurpata eatenus se recollegit , ut ob defectum vocabulorum significativorum intrâ loquendum raro tantisper subsistat .

Coxæ dolores fuere etiam plerumque adeo contumaces , ut etiamnum sint , quicis jam à Vere hoc accerimè derinentur . Certus Juris Consultus ex eis suppuratis planè interiit . In quo illud admirabar ego , quod priusquam moreretur ille , tuffire , pectori dolere , & cruenta rejicere , purulentaque incœperit , antea nunquam pectori indispositus . Procul dubio pus à venis in ulcere absorptum , & circulando ad pulmones delatum , eos adeo corroserat , ut & illi suppurati successivè in tabem abierint ? Sed sic fit , dum Empiricis , sicut in hoc casu , confiditur : ubi prætermissa methodo curandi artificiali bonus patiens se totum Empiricis concrederat .

In Variolis denique , quarum curationes similiter feliciter succedebant remediis à nobis in *Chronologia nostra Medica* descriptis ( nisi cis accesserint vel petechiae , vel alvi fluxus ) mirabar ego , quòd quantumvis illæ fuerint satis alias malignæ , & propterea multis perniciose ; nullas tamen post se relinquere solitæ sint fove-

foveas. Uti & quod eas haetenus nondum consecutæ sint febres petechiales; quod tamen, quantum haetenus observavi, communiter accidere solet. Nisi id forte primò fiat. Earium siquidem nondum est factus finis.

Quia, quibus accesserant alvi fluxus, communiter obierant, luber curam pro Coronide adjungere, quam ego cum felici successu peregi in puerula novem annorum. Illa sub principio invasionis per superna aliquoties vermes rejecerat, per decursum autem dejiciebat frequentissimè cum torminibus cruenta, atque adeò verfabatur juxta dicta in manifesto vitæ periculo: postquam tamen sequentia ordine usurpasset, convaluit felicissimè. Omnium autem primò ipsi injiciebatur talis clyster abstergens: R. Decoct. hordei cum rad. torment. 3ij. flor. ros. rub. p. 1. facti 1*lb.* fl. mell. ros. col. 3*lb.* m. f. clyster. Cui paulò post succedebat talis ad-

stringens: Rep. Lact. vaccin. chalyb. in quo decoctæ fuere rad. torment. 3ij. herb. polygon. flor. hyperic. & verbas. ana p. 1. 3v. Adde mell. ros. col. 3*lb.* ter. sigil. pulv. 3*lb.* m. f. Clyster. qui per decursum etiam sèpius repetebatur.

S ecundò per os quotidie assumebatur talis bolus: R. Conserv. menth. Elect. diascord. Frac. troch. de ter. sigil. ana 3*lb.* unicorn. soli. gr. v. lap. bezoard. or. gr. iij. M. cum Syr. coral. f. bolulus. Cui semper superbibebatur tantillum de vino cydoniorum.

Tertiò externè abdomini admovebantur calidè à post & ante sacculi herb. chamæm. absynth. menth. polygon. & ros. rub. referti, & in vi no rubro decocti. Potus denique erat decoctum torment. gran. mastic. & crustæ panis. Cibus oryza, panatellæ ex bis cocto &c.

### Constitutio Anni 1710.

**Q**uantum in conservanda, vel lœdenda humanorum corporum valetudine valeant salubres, vel insalubres aëris constitutiones dedimus pluribus in *Chronologia nostra Medica*, & docuit nos proximè valedicturus annus 1710. utpote qui sicut hyeme fuit paucis nivibus perspersus, & propterea toleranter frigidus, ita fuit paucissimis morbis, & eis potius sporadicis, ac ab inordinata vieti ratione, quam epidemicis, ac ab insalubri aëris temperie dependentibus obnoxius: planè aliter, ac postremo præterlapsus annus 1709. quem utpote nivosissimum, frigidis

simumque ante annum recensueramus, fuisse apoplexiis, epilepsiis, vertiginibus, gravedinibus, cephalæis, pleuritibus, raucedinibus, tuftibus, hæmoptysis & omnis generis aliis defluxionibus quam plenissimum. Est verum quidem neque hanc hyemem eis ipsis affectibus omnino caruisse: certum tamen æquè est, eis longissimè minus fuisse obnoxiam. Neque sine ratione: quando enim tempora in sibi connata temperie citra singulares, repentinæ, & multùm sensibiles de calido in frigidum &c. mutationes ( qualiter factum hæc hyeme toleranter boreali, & æ-

qualiter frigida) decurrunt; sicut in corporibus non accidunt singulares alterationes, ita neque singulares morbi. *Mutationes* siquidem temporum teste Hipp. 3. aph. 1. potissimum parunt morbos, & in ipsis temporibus magna mutationes aut frigoris aut caloris. Quales proinde cum non acciderint hâc hyeme, ea non potuit fuisse singulariter morbos. Quod ea verò interea tamen morbis non caruerit; fecrè, uti dixi, potius subinde commissi in vietûs ratione errores, quâm aëris morbos constitutio.

Ver autem sicut erat nonnihil inordinatus, & à septima Aprilis usque ad undecimam ad prægressam mitiorum auram nivoso pluviosum, & ex Borea sensibilius frigidum. In Junio etiam sæpe sæpius tempestuoso grandinosum, consequenter pariter ultra modum asperum; ita memoratis defluxionibus tanto magis dives. Cæterùm verò tamen ob prægressam, ut dictum, mitem, & nivibus ferè expertem hyemem adèò acceptum, ut jam sub dimidio Aprilis omnia essent in virore, & flore: 21. Aprilis etiam præter solitum filigo actuaristas protruderet.

Quod nunc dictum est de Vere, idem planè accipendum venit de æstate, utpote similiter variâ sæpius pluvioso-tonitruosa, & ex potissimum prædominante Boreâ sæpe etiam sub ipsis canicularibus potius frigidâ, quâm more sibi debito æstuosa, & propterea etiam præterquam satis, vineisque nocivâ Catarrhorum, tufsum, arthritidum, & morborum autumnalium, si quæ alia, ferace. Per anni siquidem tempestates teste

Hipp. 3. aph. 4. quando eodem die modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos expectare oportet. Teste Valleriolâ etiam de loc. com. lib. 2. cap. 4. Si vicissitudine quâdam aquilonius flatus austrinum sequatur, fluxionum tum morbi sequentur.

Autumnus denique non fuit quidem adèò varius, ac communiter esse solet, èd quod excepto fine Octobris, quo ex diutinis protractis pluviosis omnia aquis inundabantur, non fuerit admodum pluviosus, neque consueta ventorum alternatione multum inæqualis: in eo tamen erat præ aliis hujus anni temporibus insalubris, quod ferè incessanter aut prædominantur Austri, venti teste Hipp. 3. aph. 5. insaluberrimi, aut aura fuisse nebulosa, crassa, humida, vapidâ, & veluti stagnans diutissime Solis radiis orbata, ac propterea maximè terrica, & præsertim melancholicis adversa, merarum obstructionum fabricatrix. Hinc etiam ferè nunquam tot Consilia medica circa affectiones hypochondriacas habita, quâm rectè hoc autumno. Quamvis præterea plurima passi fuerint etiam arthritici, quartanarii, & colicis doloribus torti cum non raro desuper consecutis epilepticis convulsionibus, aut paresibus. Taceo catarrhos, & omnis generis defluxiones, quorum utinam majores effectus non primò in futurum experiremus, veletiam pestiferæ luis, cum de ejus sævitiae aliâs jam multum spargatur, ulteriore progressum! Nulla siquidem aëris constitutio solet esse hujusmodi malignitatis adèò ferax, quâm rectè talis. Quamvis, uti

uti in *Vindiciis meis medicis aure Labacensis* §. XXIX. memini, apud nos non eò usque; ob vicinitatem maris Adriatici, ex quo in transitu flatibus austriis multum particula- rum salinarum volatilium admiscetur, quibus purredinosa illorum malignitas corrigitur. Plurimum sunt passae etiam in uteris gerentes, propterea saepius vel ante destinatum tempus puerperæ factæ, vel morbosos factus enixa ob acetabula uterorum muco- re ex, tantis aëris humiditatibus con- tracto referta.

Curabantur autem colicis dolori- bus torti feliciter lenibus laxativis per intervalla propinatis, anodynis, quale fuit præprimis ol. amygd. dulc.

& carminativis, quale erat decoctum florum chamomil. rom. cum additio- ne succi stercoreis equini avenâ pasti, & Syr. de althæ. Fern. quartanarii præmissis præmittendis tali specifico: Rep. Cort. peru alcohol. Dij. flor. Salis Armoniaci, Antimonii diaphor. ana Æ. M. f. pulv. detur mane & vesperi, sed methodo tali, ut febris non solum emaneat, quod plerum- que intra hebdomadam fit, verum etiam nunquam amplius revertatur, quod etiam facile præcavetur.

Arthritici denique suis specificis, præsertim off. microcos. phl. pp. Antimonio diaph. cinnab. nativ. mixturâ simplici, lumbr. ter. &c.

## DISSERTATIO EPISTOLICA

*De*

Mulhusini Territorii finitimorumque locorum Constitutione Epidemica

Anno 1700. observata

ad

DOMINUM LUC. SCHROECKIUM,

Cæsareo-Leopoldinæ Nat. Cur. Academiæ Præsidem &c.

*Augustam Vindelicorum transmissa*

à

JOHANNE GEORGIO HOYERO,

Philosopho Med. Doctore & Cæsareo Leopoldinæ Nat. Cur.

Academiæ Collega Apollodoro dieto.

§. I.

**L**IET in historia morborum epi- demicorum primus vetustissi- morum scriptorum Hippocrate desudaverit & dígo quasi filiis artis usus tanti laboris prorsus insignes monstraverit, nescio tamen, quo fa- to sequentium temporum scriptores negligentius ferme tractaverint Epi-

demicā. Postquam autem postlimi- nio exterī Medici, celeberrimus Sy- denhamius de Constitutione Londi- nensi, atque splendidissimum Italīæ fidus excellentissimus Ramazzinus de Constitutione agri Mutinenfis scrip- ta divulgarunt, genus horum scrip- torum non solum ab omnibus solidè doctis

doctis semper fuit expectatum, sed & eorum vicit opinionem.

§. 2. *Enim vero cum non minus Climata, sub quibus laudatissimi Viri suas observationes consiguarunt, ut & virtus genus seu rerum sex non naturalium usus aliaque à nostratis diversissima sint, ipsique Germani, dum pati videntur idem quod Græci, Angli, vel Itali, idem profecto non sit, quis obsecro non commendet, quæ plures excellentissimi Viri de diversarum Germaniæ nostræ provinciarum Constitutionibus Epidemicis concrreibere operæ pretium putarunt & Quibus eruditissimis, si parva magnis componere licet, Epidemicam Territorii patrii Mulhutini Constitutionem superaddere ac perillustri Tuo nomini inscribere non erubesco. Fateor enim, à singulari gratia Tua erga me, de quâ suavissime in literis tuis ad me datis scripsisti, magis me affectum fuisse, quam Herculem Xenophontium illum à Voluptate, ut ea adducar ad hoc suscipieandum amo- rique tuo plusculum etiam, quam fa- cultas & copia mea forsitan concedit, largiar.*

§. 3. Laudatum itaque liberæ hu- jus & Imperialis Civitatis territori- um sub elevatione poli 51. grad. 20. minor. in Turingia & Hassia confi- niis situm ampla & amœna planicie conspicuum, soli polique singulari clementia beatum, quamvis præfi- nitimis locis saluberrimum quidem putatum, nihilominus tam ab aëris & tempestatum injuriis, quam ab epidemicis & contagiosis morbis mi- nime fuit imminue. Nam ut à fine lapsi præcedentis seculi potissimum exordiar (plutibus aliis, quæ duo-

bus lustris, licet minus perfecte no- tavi, data occasione intermissionis hyemale tempus tam finiti 1699. quam auspicati 1700. anni nobis prossus inconstans erat: nunc rigido Boreo ab axe ruente, mox pluvioso nobis Libanoto (vento inter Austrum & Favonium medio) spirante; nunc maxima nivis copia defluente, mox nebulosa ac nubilosa, maximam ve- rò partem pluviosa, rarius procel- losa, intempestate varias subinde mo- lestias creante.

§. 4. Durabat hæc tempestatis va- rietas ad æquinoctium usque vernum: & sicut his mensibus varius macrocos- mi status, ita microcosmus etiam variis symptomatibus & ægritudini- bus erat obnoxius. Tenellorum, qui nutricionis annos nondum ex- cesserant, plures febris catarrhalibus, nonnulli catarrhis suffocativis decumbebant, qui tamen omnes fer- me post adhibita pectoralia balsami- ca diaphoreticis maritata, laxativis & emeticis pro re nata interpolatis ex votu convalescebant. Sub finem mensis Januarii, Morbillis affligi coepérunt, benignis quidem, adeo ut pluribus, modici caloris tempe- ramento servato, sine medicamento- rum usu morbilli copiosi erumperent ac tempore solito rufus evanescerent. Paucis atrocis afflictis bezoardica fixiora, æquæ destillatae & papave- racea proderant, quorum nonnullis, qui medicamenta neglexerant pro- fusi, post exantlatos morbillos tussis cum febre hectica difficultius curanda eveniebat.

§. 5. Adultorum quidam dolori- bus Arthriticis tum vagabundis scor- buticis tum fixioribus [ quales morbi nobis

nobis endemii quasi sunt ] menses hyemales fere durantibus discruciantur , qui tandem per medicamenta specifica , sudorifera interna , nervina & spirituosa externa . Venæsestiones & scarificationes iteratas &c. unguinosis & emplasticis [ nodos & affectus chronicos imo proflus incurabiles causantibus ] vitatis , feliciter sopiebantur . Alii febribus ardentibus & malignis , periculis phænomenis , pleuritide , deliriis , convulsionibus &c. stipatis corripiebantur , non tamen ut annis precedentibus æque lethiferis , nisi forsitan unus & alter vel ab empirica manu vel negligentius tractatus ad plures abiicit .

§. 6. Imminente tempore vernali anni 1700. humidiorem tempestatem status aëris temperatior & siccior excipiebat , qui per hos menses Euro subinde spītante continuabatur : Adeo ut pluviae vernales fertilitatem præsagientes rariores , ipsaque tellus pulverulenta quasi notaretur , & hinc frugum æstivarum spes agricolis dubia redderetur . Id quod eventus ipse pluribus in agris tardius satis comprobabat . Neque enim hordei , avenæ , leguminum , pluriumve æstivorum opimam æque quam hybernum frumentorum siliginis & tritici messem vidimus .

§ 7. Jam Morbillos excipiebant Variolæ apud alios interstinæ , apud alios confluentes : quamvis tam vernalibus hisce quam mensibus æstivis , paucis exceptis , qui diætae limites excederant liberius , minus funestæ . Neque febres more malignarum recurrentes jam cessabant , nonnullis medicamenta proflus insuper habentis .

Tom. II.

bus in nostro territorio lethales . Vicinorum autem locorum , imprimis septentrionem versus sitorum , Liberæ Imperialis Northusæ & aliorum finitimarum oppidorum & pagorum incolis & Herciniæ Sylvæ accolitam præterito brumali quam hoc vernali tempore magis intensæ & pluribus exitiose .

§. 8. His ita contingentibus non potui non ruminari prognosticon , quod anno superiori 1699. grana illa nigricantia majora in silagine copiosissime reperta & per magnum Thuringiæ tractum ab Herciniâ ad Semnam usque sylvam observata ( vernacula lingua *Mutter korn* appellata ) curiosis subministrabant : videlicet ab usu monstrorum ejusmodi granorum inevitabili , non sane farina laudabili & altrice , sed inutili , depravata & insalubri protinus materia ipsiis etiam brutis naufream movente refertorum , variis morbis , febribus , variolis , morbillis , aliis afflictum iri genus humanum .

§. 9. Cui præfigio cum jam responderet eventus , illorum sententiam confirmare videbatur , qui morbos epidemicos non præsentium , sed præcedentium effectus esse persuasum sibi habent . Quamvis à mente mea impetrare nondum potuerim , ut hoc assertum *natura mortis* affirmari posse credam . Certissimum quidem est , prava & depravata alimenta ab annis præcedentibus nobis suppeditata multo usu continuata epidemicos affectus saepe producere : Qualis enim cibus , talis chylus , qualis chylus talis sanguis , qualis sanguis talis valetudinis nostræ status . Enim vero constitutiones præsentes non solum plures

E e e e

epi-

epidemicos morbos , alimentis etiam sanis existentibus , patere , sed illos etiam , quos vitiosis cibis debemus , quasi modisicare seu intendere & remittere cum magno Hippocrate rerum magistro quotidiana experientia testatur. Ecquis enim dubitavit frigidum , humidum , & cœnosum atmosphæræ statum ( qualis supra citata nostra hyemalis erat ) *ad ianuvias* ( quæ illustri *VVedelio* teste Theorem. Med. part. IV. Sect. 2. th. 3. infinitorum morborum & febrium mater est ) peperisse ? De quo pluribus *ingeniosissimus Sanctorius in Medicina Statica Sect. 2. aphorism. VI. & VIII. &c.* videndum.

Ecquis negabit aëris nostri verni & mox dicendi æstivi statum sereniorum epidemicos hos affectus benigniores nobis reddidisse ? Ut jam ea, quæ superioribus annis de periculosioribus affectibus epidemicis à præsenti constitutione unice quasi derivandis notavi, nunc mittam, neque de contagio , de nebulis , de roribus vitiosis & aliis mille malis , [ queis atmosphæra nostra in dies & horas obnoxia ] machinæ humanæ mediante respiratione dictum factum exitiosis hic quicquam memorem.

§. 10. Amplissimus hic aperiretur campus de nebulis , de roribus , imprimis autem de causa dictorum corruptorum filigineorum granorum , rore pura vitioso , mellei saporis & consistentiæ . [ nostratis Honigthan nuncupato ] differendi : sed ne justo prolixior sim , ea , quæ hic inserere potuisse , ad observationes anno futuro , DEO volente , Ephemeridibus Germanorum communicaandas reservo.

§. 11. Post Solstitium tempus æstivum calidius & siccus usque ad æquinoctium autumnale permanebat : Pluviis enim non , nisi expectatissimis , evenientibus cceli serenitas constantissima ridebat , lætamque messem & optaram , flantibus suaviter Etesis , nobis reddebat. Exoptatissimus omnibus erat hujus temporis status : Postquam enim caritas annonæ mortalium myriadas partim fame emaciaverat , partim ad incitas redegerat , jam jam sub auspicio seculi velut è cornu copiæ omnium rerum pro vita substencanda necessariatum Divina Munificentia largiebatur opimam messem. Horrea frumentorum ad laxiorem annonam redeuntium abundantiam vix capiebant: Conclavia , cellæ , pavimenta larga rerum copia & opibus Cerealibus quasi scatebant : Neque vini ultra duo lustra desiderati spes concepta autumno sequente decollabat. Tantæ felicitatis non ultimam sane cautam laudatissimum calorem æstivum putandum esse jamdudum piaſagivit Virgilianum veriloquium Georgic. I. *Magnaque cum magno veniet tritura calore.* Cujus veritatem sicut præcedentium quorundam annorum sterilitas , ita sane præsentis fertilitas per universam Europam satis confirmabat.

§. 12. Interea temporis non cessabant affectus epidemicæ , videlicet variolæ continuæ benigniorum more sua tempora decurrebant , neque malignitas earum jam crescebat. Præter hasce quotidianæ , tertianæ tam continuæ quam intermitentes & quartanæ febres , minus tamen rebelles & rariores observatae & post ad-

adhibita probata remedia brevi fugatæ. Febres ardentes autem suo contagio eo latius serpebant, quo intensior his diebus sentiebatur æstus. Mirmum profecto febres hasce symptomatibus malignis horrendas, minime tamen lethales, hoc potissimum tempore, quod saluberrimum videbatur, invaluisse. Nec inanem locabo operam si plenius paulo tam phænomenorum quam curationis historiam brevissimis hic tradam.

§. 13. Corripiebantur hac febre non solum juvenes, sed mediae ætatis utriusque sexus homines, quin etiam senes. In plurimis horrorem prævium calor totius summè effteratus subsequebatur: Hinc sitis, vigilæ & atroces dolores capitis & aliorum membrorum circa articulos præsertim se exerentes notabantur. Arthriticis hisce doloribus vexati paralyticorum more decumbebant, adeo ut neque pedes neque manus suis fungi possent muniis. Nonnullis alvus & urina vel invitis per aliquot dies effluebat. Deliria leviora paucis saltim aderant: Vires autem omnibus pene valde prostratæ. Aliis vomitus biliosi, aliis diarrhææ sati molestæ. Quibusdam fluxus hæmorrhoidum nimius, ab imperitis pro fluxu dysenterico habitus: Plurimis hæmorrhagiæ narium largissimæ imo prorsus enormes eveniebant. Cumprimis vero quosdam Cardialgiæ summe dolorificæ tanto-pere discruciantur, ut de salute corporis desperantes sacram Eucharistiam moribundi, velut ultimam ad consequendam æternam salutem medicinam, unice expeterent, quin imo à Syncopticis & moribundis discerni vix possent.

§. 14. Neque contagii expers erat hoc malum, dum unico decumbente plerumque feliqui, quotquot aderant, domestici vel unâ vel aliquandiu post eadem febre corripiebantur. Ut enim reliquos tam in civitate & suburbis quam in pagis decumbentes silentio præteream, exempli loco adducam milites à Centurionibus sive Capiteis quibusdam nutu potentissimi Daniæ atque Norvegicæ Monarchæ noviter hic conscriptos, quorum unus & alter hoc febris genere cum forte vexatus fuisset, brevi post eodem malo plures afficiebantur, adeo ut intra duorum vel triam mensium spaciū plures quinquaginta curationi meæ traderentur.

§. 15. Ex phænomenis citatis velut ex ungue leonem causam febris hujus proximam particulas alcalinas massæ sanguineæ cras in seu mixtionem nimis rarefaciendo turbantes, facile dijudicare poteram: Ex quo fundamento curationis methodum formare non adē difficile erat. Scilicet calor æstivus intensior, ætatis vigor, potus cerevisiæ nostratis satis lupulatæ calidior & copiosior, enormes hæmorrhagiæ, omnia & singula phlebotomiam præprimis postulare videbantur, quam plerisque semel, quibusdam pro indicationis modulo bis administrare suadebam. Sanguine vix evacuato, singulari strategemate sudorem, quem quidem Cœlerrimus Baglivius Medicus Romanus Prax. med. lib. I. post sanguinis missionem cum levamine patientis statim apparere scribit, medicamentis procurabam. Quo fine pulveres ex bezoardicis fixioribus C. C. phil. præparat. oc. cancer. antimon. dia-

phoret. rad. contrajerv. corall. rubr. terra sigillata, nitr. anodyn. vel pulv. bez. VVed. addito camphoræ tantillo loco sudoriferi nonnullis eximio cum successu propinabam, atque febrem in prima quasi herba citius ac felicius quam Emeticis vel Purgantibus sine singulari successu quibusdam datis, suffocabam. Morbo nihilominus ingravescente dolorum capitum mitigandorum & delirii præcavendi causa Vesicatoria optato cum levamine nuchæ applicare suadebam. Morbo durante balsamica & bezoardica media ex Tinctur. prophylact. m. d. ess. myrrh. simpl. & balsam. Scordii, Mixtur. Simpl. Elix. p. p. &c. præscribam. Ad restinguendam sitim lolo potus ordinarii vel infusum veronicae vel cerevisia secundaria tenuis valde, cui vel Tinct. rosar. vel papav. errat. vel violar. vel ipse spiritus vitrioli sedulò instillatus commendabatur.

§. 16. Interim vero symptomatis reliquis vel ex maligna morbi natura vel errore diætæ individuo contingentibus, aptis remediis obviare non negligebam. Nam ut verum fatear, majorem curam talia ètricæ postulare videbatur, quam ipse febrilis affectus. Sic urgentissimum symptoma Cardialgia, quod nonnullos tantopere discriuabat, ut ab agonizantibus discerni vix possem, spirituosis aromaticis carminativis vel imprimatis pulvere absorcente VVedelii plerumque curabatur. Dolores Arthritici contumaciores spiritu volatili urinoso bezoardico, ess. anod. nec non pulveribus bezoardicis diaphoreticis cinnabarinis tar-

dius quidem, feliciter tamèn mitigabantur, additis præsertim anodynis. Opiata enim, quæ febre Arthritica epidemica anno 1699. grassante instar salivæ viperinæ vitanda jam velut anchora sacra nobis erant. Vomitus spontanei vel biliosi vel assumitorum, ut & alvi profluvia, quando diutius durabant, Mixturi ex ess. theriacal. tinct. terræ catechu & tinct. opii cum succo cydoniorum per fermentationem parata, nec non pilulis stypticis m. d. pulveribus ex terra sigill. bol. armen. C. C. Ust. rad. bistort. pulv. bez. VVed. &c. compescabantur. Hæmorrhagiae narium aliis quarto, aliis septimo, aliis nono, vel undecimo die contingentes, quæ multum negotii faceſſere solebant, ultra euphoriam & ad lipothymiam usque durantes præter interna refrigerantia & incraſſantia externo probatissimo styptico Anglico ſive in forma ſicca ſive ſpissa cum aceto & goſſyptio, applicato: Hæmorrhoides nimis fluentes præter pulveres è stypticis & bezoardicis conſlatis effent. theriac. traumat. VVed. a Beato Hægendornio in tr. de terrâ Catechu deſcripta ſiſtebantur. Taceo pleuitidem tam veram quam ſpuriam, anginam, alvum per multos dies adſtrictam, alia remediis aptis aliis curata. Adeò ſingula phænomena quamvis periculosa putata facili negotio tollebantur, & quæ à Practicis infidæ crises paſſim notaæ, jam fidæ, perfectæ & ſalutares erant. Hoc apparatu pereſiguum laudatus gregarius miles, cum plures vilioris conditionis homines, DEO benedicente, ex voto curabantur.

tur. Delicioribus nonnullis praeter dicta potiones cordiales confortantes & pulveres bezoardici pretiosiores proderant.

§. 17. Quod vero admiratione maxime dignum, ne unicum satis periculose licet decumbentium, mensibus quidem aestivis vivere desisse memini. Neque Lunæ phases notabilis his febris alterationem attulisse vidi, qualem tamen, cum precedentibus annis 1698. & 99. febris epidemica, quæ nonnullis petechialis erat, hic loci grassaretur, multoties mecum plures curiosi praesertim mensibus hyemalibus & autumnalibus observabant. Mensibus enim his singulis omnibus fere, Luna decrescente vel silente nonnulli febribantes, tam illi, qui ab experientissimis Medicis summâ industria probatis medicamentis curabantur, quam qui naturæ, morborum medicatrieis, ope freti, sine ullo remedii genere decumbebant, celerius opinione Libitinæ tradebantur: convalescentibus plerisque, qui post Novilunium ad crescentem usque Lunam manebant superstites.

§. 19. Vix attentius hæc mentis lance trutinasse, nisi laudissimum *Ramazzinum*, febre petechiali in civitate & agro Mutinensi grassante, idem illud observeasse, dissertationis ejus *decuria quarta, Ephemeridum Germanorum anno quarto insertæ paragaphus XVI testaretur*, aliosque, ut lunæ phases in morbis epidemicis animadverterent, hortarentur. Quam ob rem non desii causam timari, cur febres continuae malignæ, non tamen æque omnes pro mutationibus lunæ, adeo subitaneis

alterationibus, mortem ipsam portentibus, sint obnoxiae? Cujus phænomeni causa quo dilucidius explicetur, suppono

#### I. Juxta tritum:

*Ad luna cursum variant animalia corpus, lunarem influxum ( reliquis tam superstitionis quam senioribus astrologorum opinionibus juxta recentiorum quorundam hypotheses jam fœmotis ) esse extra ullum dubium statuendum, imprimis in morbida animalium corpora, de quo cum laudatus *VVedelius in theorem. med. part 3. sect. 6.* tum præprimis philosophorum recentiorum *Celeberrimus & accuratissimus Sturmius in Philosophia Eclectica disp. de siderum influxu v. m. 632. segg.* legi merentur.*

II. Influencias hasce lunares, quas vel alia sublunaria vel ipsa præprimis ægrotantium corpora sentiunt, vix aliunde quam à lumine lunæ dependere, & sicut tempore interlunii nullum lumen, ita neque influencias habere lunam; videatur *Sturmius loco citato*.

III. Influencias tales esse subtilissimas & quasi spirituales, ideoque subtilissimum succum nervosum, quem spirituum animalium nomine indigunt, potissimum concernere, id quod exempla Epilepticorum &c. totto die manifestum faciunt.

IV. Dati febres, quæ succum nervosum subtilissimum seu spiritus animales magis afficiunt & quasi depauperant quam massam sanguineam. De quibus *Celeberrimi *VViardigii Medicina spirituum* pluribus consulenda*. Ut jam non laudem quotidiam experientiam, quando Me-

dici clinicam praxin exercentes ingeminant: *Urinabona, pulsus bonus, eger moritur*: præsente puta malignitate non æquæ vitales quam spiritus animales pessundante. Ex his colligere licet, utique ab influxu, lunari tempore lunæ decrescentis & interlunii debiliori existente, dependere lethiferas ejusmodi alterationes, in febris præsertim nervosum genus seu spiritus animales potius quam massam sanguineam affidentibus. Nimirum spiritus animales ab inimico miasmate febri depauperati, tantisper refocillantur subinde per influentias lunares lunæ crescentis & plenilunii tempore fortiores, hisce vero tanquam aliquali fomento luna decrescente vel silente defientibus, spiritus ipsi magis magisque deficiunt, defientibus spiritibus vita deficit & ægrotus vivere desinit. Vix opus est disquirere prolixius, num febres petechiales agro Mutinensi & malignæ territorio Mulhusino annis 1698. & 1699. citatis molestæ nervosum genus magis afficerint quam massam sanguineam? cum ipsæ spirituum & sensuum læsiones variæ, Syncope, lipothymia, convulsiones epilepticæ, deliria phrenitica & alia symptomata, quæ febris illis frequentia fuerunt, id satis evincant. E contrario, cuius occasione hæc dicta sunt, ætivam nostram in massa sanguinea radicatam, & hinc prophasibus lunæ tancis alterationibus minus obnoxiam fuisse, per supra memorata clarissimum est.

§. 19. Sed ut è diverticulo redeam in viam, ex illis sane, quæ de morbis ætivis superius allata, luce meridiana clarius elucescit veritas co-

rum, quæ divinus præceptor Hippocrates de Constitutione temporum passim in operibus suis commentatus: quicquid alii in contrarium affere sustinent. Ita sane velut è tripode Apollinis dicta, quæ libro de aeribus, aquis & locis §. III. p. m. 330. recte divinat: *Siquidem astas siccæ fuerit, citius sedantur morbi: Si vero pluviosa, duntur si sunt: & 3. aphorism. 15. Inter anni status omnino siccitates imbribus assiduis sunt salubriores, minusque funesta.*

§. 20. Quæ quam consentanea vero sint, iple equidem, qui sequebatur Autumnus sat is pluviosus etiam contrario exemplo confirmabat. Quippe post Äquinostium autunale circa Michaëlis festivitatem mira cœli clementia hoc usque continuata pluviis assiduis permucabatur, intercurrentibus nonnunquam ventorum injuriis; Quibus ad finem mensis Octobris perdurantibus, Sole ad scorpium accedente, circa vindemiam nebulae pluribus diebus constantes cum frigore sat is acri in scenam prodibant. Mensis sequentis Novembribus auspicium austrinum erat cum pluviis copiosissimis. Hisce post novilunium, aliquandiu cefantibus frigora nocturna Sole interdiu splendente, ventoque inter Zephyrum & aquilonium medio spirante vix diutius durantia notabantur. Mox nivem primam vidimus, sed pluviis subsequentibus ad finem mensis durantibus alternantem. Sole medios Sagittarii gradus perambulante furere cœpit Aquilonius nive & frigore comitatus, phœbo dies quosdam serenante: Sed brevi post Car-

has rediit pluviosissimus. Frigore tandem brumali leniori ad solstitium usque perdurante , tempus autumnale finiente.

§. 21. Intemperas itaque pluviosissima per maximam autumni partem notata non solum deteriore reddebat recensitum haec tenus affectum epidemicum Variolarum , sed novum insuper morbum . Tussimputa contumacissimam , tenellis itidem magis quam adultis exitiosam , chronicam ferme difficulter curandam & hinc tam medentibus quam ægrotantibus molestissimam , præprimis circa vindemiæ tempus ; post nebulam illam dies aliquot durantem , in scenam producebat . Ab hac tussi afflicti materiam quasi purulentam veluri phthisici consummati copiosissimam nonnulli ob tussis vehementiam sanguinolentam (ruptis à motus vehementi & materiae acrimonia venis pulmonaribus ) exscreabant . His pectoralia , resolventia , balsamica , diaphoretica , nervina , anodyna , diluentia decocta levamen quidem afferebant , quibus vero laxativa subinde supperadira non nisi post hebdomadum plurimum decursum curam tandem sigillabant .

§. 22. Delineata interim febris epidemica postquam depontanis quibusdam senibus finem vitæ fecerat , contagio suo plures haud afficiebat , sed cum calore æstivo ferme cessabat . Variolæ vero , quas per menses vernales & æstivos benignas depraedavimus , cum mutabili tempestate suum quoque mutasse genium videbantur , ex benignis & distinctis malignæ , confluentes & quasi *inclusuæ factæ* . Existimarem profecto

cœli & tempestatis singularem clementiam , qua tum verno tum æstivo tempore gavisi eramus , variolas hoc usque nobis conservasse benignas , nisi annus præteriti seculi 1689. contrarium me edocuisse . Licet enim annus citatus pari si non majori cœli clementia tideret , nihilominus Variolæ Brunsvigæ & Hafniæ eodem tempore æstivo grassantes genii malignioris erant , ipsisque Hafniensisibus imprimis adeo infensæ , ut plus mille hominibus , atque inter eos pluribus primariis & ipsis juventutis Principibus , epicedia pararent : Autumnalibus vero mensibus anni citati , præsertim mense Octobri brumali frigore ingueniente prorsus evanescerent : Ut hinc in aprico sit , neque à temporis & atmosphæræ statu Epidemicam constitutionem unice derivandam , sed alias circumstantias , de quibus supra diximus , semper simul & quasi conjunctim considerandas esse .

§. 23 Nostrarum itaque Variolarum genium graphicè quasi delineatum laudatissimus Dr. Sydenhamius in observ. Med. Sect. III. cap. I. exhibet , quando scribit . *Appetente aquinoctio verno , Variolæ caput cœperunt attollere jamque indies latius grassantes sub autumno in suis uerborum factæ sunt* . Cujus quidem phænomeni cautam , quam silentii populo involvit , capite sub sequente secundo paucis innuere voluisse videtur , quando , *Variolæ* , inquit , *quibus annis epidemice grassantur , si regulares etiam sint atque mitiores , circa aquinoctium vernum ingrediuntur* : *Quibus vero annis non tantum grassantur epidemice , sed*

sed & irregulares atque periculoso-  
ris sunt generis, maturius nonnun-  
quam mense puto in iunio invadunt.  
Quasi dicere voluisse: pro varietate  
causæ nunc maturius & maligniores,  
nunc tardius & benigniores conti-  
gunt variolæ, Videlicet Massa san-  
guinea particulis recrementitiis sero-  
lis sulphureis salinis volatileibus &  
fermentificis copiosioribus inquinata,  
Variolæ progenerantur maturius &  
malignæ: iisdem vero in minori  
quantitate præsentibus tardius & be-  
nignæ sunt. Peregrinas vero ac  
morbificas ejusmodi particulas mas-  
sam sanguineam inquinantes, no-  
stratum Variolarum causas, par-  
tim ob vitioæ sanguinis usum, par-  
tim ob fructuum Cerealium usum in  
tenerioribus imprimis comite *ad-  
oxylæ* extitisse facile colligere licet.  
Quamvis interim non negem, usum  
carnium ex laudatissimi *VVedelii* sen-  
tentia in *Doctrina manuscripta de  
febribus cap. 18.* videnda, in locis  
mediterraneis, sicuti piscium in ma-  
ritimis hunc morbum non parum  
vulgare.

§. 24. Inde vero manifestissimum  
fieri censeo, nodum in corpore quæ-  
re, qui Variolas à sanguine menstruo  
materno veluti causa accersere labo-  
rant. Vellem sane ac possem falsam  
ejusmodi hypothesin ab Arabicis,  
imprimis maximo Arabicæ scholæ  
Magistro *Ebusina seu Avicenna  
lib. IV. Fen. I. tract. IV. c. 11. pag.  
434.* efficiam & adhuc hodie in scho-  
lis receptam & ad ravim usque de-  
fensam, pluribus rationibus, phæ-  
nomenis, observationibus tam à pri-  
ori quam à posteriori refellere, nisi  
*Celeberrimus D. Behrens, Practi-*

*cus Hildesensis, in peculiari Episto-  
la de Variolis epidemicis ad Peril-  
lustrem Dn. Frankum de Frakenau,  
S. R. I. Evidem Archiatrum Da-  
nicum &c. data, Ephemeridibus  
Germanorum Dec. III. ann. 3.  
inserta, idem satis abunde fecisset.*

§. 25. Id saltim nostra ætate ve-  
tustæ illius sententiae Patroni expli-  
cent mihi velim, cur ex eadem pa-  
rente prognatorum unus variolæ la-  
boret, reliquis sine exanthematibus  
vel febricitantibus vel etiam belle va-  
leutibus? Cur vice versa plures de-  
cumbant Variolis, uno vel febricitan-  
te vel bene valente? aut quod mag-  
is mirandum forer, cur gemello-  
rum unus variolæ laboret, altero fal-  
vo permanente? Dicant mihi qua-  
so ex fictitia hypothesi, cur unus  
vel una plus una secunda scilicet &  
tertia vice, quod multoties obser-  
vavi, Variolis affligi possit. Di-  
cant denique quomodo nonnulli, qui  
per totum vitæ decursum à Variola-  
rum contagio liberi permanerunt,  
in extrema demum senecta, quod  
nuper vidi, cortipiantur iisdem? In  
quibus quoð ductibus, tubulis, me-  
atibus vel venarum & vasorum an-  
fraðibus veluti latibulis delituissile pu-  
tantum fermentum illud in utero  
susceptum, & per tantam annorum  
seriem à nullis febribus vel alio mor-  
bo, à nulla tempestate, à nullis ci-  
bis, à nullis medicamentis etiam for-  
tissimis & volatileibus, per circulatio-  
nis leges, angustissimos machinæ  
humanæ ductus & poros permeanti-  
bus extricandum vel eliminandum?

§. 26. Ex causis itaque citatis per  
menses vernos & æstivos variolæ be-  
nignæ cum symptomatibus consuetis

& benignis eveniebant, nisi fortassis error individuus diætæ uni vel alteri maligniores redderet. Quo pacto puella quædam satis bella & sana, dum cerevisiam recentem non satis defecatam largius biberet, variolis malignis & confluentibus correpta & convulsa moriebatur, convalescentibus reliquis omnibus, quotquot eodem tempore decumbebant: adauta scilicet causâ morbifica à fecibus cerevisæ recenti permixtis.

§. 27. Autumnalibus vero mensibus intempestate tepida & humida diuīciū continuata, accedente frugum Cerealium (quarum equidem maximam abundantiam ex hortis suburbanis, queis hæc urbs veluti densa & ampla quadam sylvâ cingitur, annis fertilioribus colligere solemus) usu abundantiori & iterato plurimis periculosiores nec paucis lethales eveniebant.

§. 28. Jam præter symptomata ab aliis recensita Diarrhaem, Salivationem, phrenitidem & alia, frequenter notabantur pandiculationes, sternutationes, stridor dentium, angina, vellicationes labiorum & narium. Ex his stridor dentium motibus convulsivis accensendus, periculosus non tamen omnibus æque lethalis erat. Sed periculosior angina, ipsi etiam *Avicenna* loco citato dudum suspecta, à variolis fauces & pectora obſidentibus, tam deglutitionem quam respirationem ipsam inhibentibus, sæpe sèpius omnimodam quasi suffocationem inferentibus. Ut hinc recte *Lomnus*, in observationibus Medicinalibus pag. m. 295. *Quisquis huic malo succumbit ferè, tanquam ex angina*

Tom. II.

*prefocatus moritur.* Ingenui fateor me huic malo, postquam radices egerrat, haec tenus nondum mederi posuisse, quanquam à phrenitide, diarrhæa pluribusque phænomenis (à scriptoribus, pro perniciōsis habitis) vexatos, feliciter cum DEO liberaverim. Id tamen silentio non præterreundum, me certo habere persuasum, posse tale symptoma potu calido præcaveri: Cum neminem decocta vel alium potum calidum nec non juscula avenacea &c. absorbentem, licet linguam & fauces copiosæ variolæ obſiderent, angina correptum vel mortuum fuisse meminerim. Neque assidue vellicationes labiorum, & narium, ab *appassia diarhœa*, perinde ut floccorum compilatio in adultis, febris malignis lethaliter decumbentibus deducendæ, periculo vacabant.

§. 29. Revalescientibus præter moderatum caloris regimen & vietum tenuem, pulveres bezoardicos Sennerti, VVedelii, epilepticum Marchionis, vel ex antimonio diaphoretico, Corn. Cerv. philosophice calcinato, unicornu vero philosophico, perlis, coralliis, conchiis præparatis, nitro anodino pulv. anod. cordiali, camphorâ, lapide bezoar orientali, occidentali, conflatos, magis quam volatilia spirituosa &c. proficia fuisse vidi. Præprimis à solo dicti lapidis Bezoar Orientalis usu plurimos sine præsentia Medici ex voto à Variolis liberatos fuisse multoties obſervavi. Incredibile profecto dictu, quam cito & quam bene ab usu lapidis hujus omnia symptomata, convulsiones, anxieties & alii eruptionis prodromi conqueverint

Fffff

rint

rint, ipsis variolis egregio ægrotantium cum levamine erumpentibus. Hinc non possum non mirari eos, qui pretiosum hunc lapidem, quem factitium putant, infra dignitatem nativorum verbi gratia lapidum cancrorum, concharum vel aliorum de jicere fructu laborant. Refragantibus quotidianis experimentis & Medicorum principum testimoniosis. Quorum plures ut jam non laudem, ipsum equidem Perillustrem atque Magnificum Dominum illmerum de & in Wartenberg, Consiliarium & Archiatrum Cæsareum & Regium &c. lapidem bezoor orientalem magni æstimare atque agonizantibus & alterum pedem velut in tumulo habentibus, tanquam ultimum remedium non absque pereximio successu cum aliis exhibendum suadere ex Decuria III. Ann. I. Observat, LXVIII. Ephemerid. German. pluribus elucessit. Præterea decoctum euphorion ex Corn. Cerv. raspat. glycyrrhiza, scorzoner. passulis min. hordeo, lentibus nec non Emulsiones & potionis bezoardicas cordiales vel expellentibus vel temperantibus pro re nata variatas, instillatis tenui potui Mixturis ex Tinc. papav. rhead. non acidulata, clyso antimon. sulphurat. spiritu nitri dulci &c. multrum profuisse notavi. Neque balsamica & bezoardica media, verbi causa Tinctura prophylactica m. d. ( quam præservandi fine tam in Hafniensibus anno 1689. quam nostraribus utilem deprehendi ) eff. myrrh. balsam. Mixt. Simpl. successu carebant.

§. 30. Nonnulli denique, postquam à malignitate Variolarum prorsus liberati quidem videbantur, vel à

materia morbificâ non penitus elimi-  
nata, vel ab aëris injuriis, vel dia-  
tâ neglecta, vel alia causa procata-  
etiça nescio qua levissima, pericu-  
lis, imo lethalibus affectibus aliis  
denuo corripiebantur. Quod licet  
nonnullis prædicebatur; tantum ta-  
men aberat, ut haberetur fides, do-  
nec propriis exemplis confirmarent  
*Hippocratis lib. 2. aphorism. 12.*  
*Morborum reliquias, qua à crisi*  
*supersunt, recidivos morbos pare-*  
re. Plurimos hoc pacto tuſſis con-  
tumacissima vomitu quandoque co-  
mitata vexabat, febre lenta simul af-  
flictos, qui multis pectoralibus, di-  
luentibus, humectantibus, nervinis,  
balsamicis & laxativis curari vix po-  
terant. Aliis abdomen intumescebat,  
facie inflata, infra caput macie con-  
picua, quasi rachitide laborantibus.  
Taceo tumorem pedum, scabiem  
tam sicciam quam humidam, tineam  
variaque ulcera, quibus affligeban-  
tur alii. Quorum quidem plurimis  
siquidem vires mediocres suppere-  
bant, Laxativa iterata, ex resinâ  
gialappæ cum spiritu appropriato de-  
center solutâ, cinnabari nativa, an-  
timonio diaphoretico, confect. al-  
kermes syrup. rosar. vel violar. &c.  
& Balnea ex herbis siderit. conyz.  
tobac. saponar. origan. serpill. flor.  
chamæm. ocul. popul. &c. instar an-  
choræ sacræ subveniebant. Reliquos  
tabes sensim consumebat.

§. 31. Cæterum nec tempore hy-  
mali imminentे cessantem Variola-  
rum luem, sed satis licenter vagan-  
tem, ne limites epistolaris Differen-  
tiationis digrediar, alia occasione ple-  
nius delineandam reservo.

§. 32. Has vero Observatio-  
nes

nes ad Te deferre persuasit, tam non obscura tua in me benevolentia, quam peracre Tuum in his judicium. Demonstrasti enim te tritas habere manus notandis ejusmodi observationibus & consuetudine legendi. Singularem vero tuam benevolentiam nisi exoscularer, ferreus essem, dum tot Illustribus atque Excellentissimis Viris in Cæsareo Leopoldina Naturæ Curiosorum Academia me quoque Collegam forte indignum adscribere non dignatus. Stabat quidem sententia Cydoniologiam ad normam & formam Academiæ nostræ tractatam publicæ luci nunc exponere; Enim vero postquam Excellentissimum D. D. Georg. Seb. Jungium,

*Aula Cesarea Medicum, Tractatum de Cydoniis Viennæ impressum [ auspiciis à me visum ] conscripsisse, honoratissimæ Tuæ literæ d. 9. Decembribus anni proxime finiti ad me datae pluribus dixere, mentem mutavi, ipsasque schedulas, in quibus hujus pomi Virtutes & usus sane insig-nes rudi quasi penicillo delineaveram, abjeci, ne fortassis Iliada post Homerum scribere putarer. Interim observantiaz ergo, quam Tu nomini debo, hoc qualemque Praxeos clinicæ specimen gratique animi mei symbolum exhibere volui debui, quod ut æqui bonique accipere velis est, quod summopere contendeo.*

*Apollodorus.*

Scribebam Mulhusa Imperialis d. 25. Ja.  
nuarii, Anno Christi 1701.

*Constitutio Epidemica Tübingeris Anni 1701.*

Dn. D. RUDOLPHI JACOBI CAMERARIJ

**Q**uanquam de ratis & epidemiis verum fortè sit illud Galeni, le observandi morbos occasionem præ Hippocrate habuisse commodiorem, cùm unus Romæ vicus plures habuerit incolas, quām integra urbs Græcia, atque adeò ex tantis urbibus, uti & è castris, historia hujus anni epidemia plurimum sibi promittat, non tamen parva negligenda paretur, sed & ex talium particularium collectione formandum aliquid universale, ita juvat nosse, quibus fatis diversa loca ex diversis causis in pace aut in bello fuerint exercita, ut pateat, quid universale anni vel particularē loci fuerit. Decimus per Dei gratiam compleetur

annus, à quo Tübingeram liberam reliquit dysenteria, quæ cùm per tres annos prioris seculi ostuagelimum nonum, nonagesimum, nonagesimum primum, belli injuriis aliás graves, ab æstate in autumnum epidemiacè fuisse grassata, tum more etiam epidemicè requievit, ut cùm interima- ma publicaret ipecacoannam novum antidyentericum, eo haec tenus opus nobis non fuerit, nec experimentatis ejus laudes comprobatae; quibus tamen multum derogat, si verum, quod in novellis legi, pro gallorum exercitu aliud novum remedium antidyentericum in Italianam fuisse mitendum. Nostram pacem sive illas inducas

ducias rupit nupera æstas, & alvi fluxus noviter urbi intulit. Quam prior illa æstas, quæ ante decennium finem dysenteriæ tulit, sicco calore prævaluit duas præcedaneas, tam ultima hæc nupera omnes hactenus intermedias; quamquam illa nonagesimi tertii æstas, dysenteriæ apud nos non ferox, æstuosa siccitatis testimonium habuerit in bonitate sui vi ni & frumenti. Recordor quoque anni nonagesimi noni, quod mense Junio, satis etiam calido & sicco, diarrhoeas quasdam concitari, & metum mali gravius invalidi jam tum incosserit, sed in herba velut suffocatum malum brevi evanuit, quamquam & illa æstas tulerit vinum & frumentum bonum, calidæ temperiei fructus. Quæ itaque & qualis fuerit labentis hujus anni æstas, notoria quidem, determinanda tamen: Primò enim frigida veris constitutio, diu nimis durans, & ad finem usque Aprilis se extendens, nec magnum sivit incalescere, sub inconstante adhuc aëre, nisi versus finem; abhinc autem invaliduit æstuosa temperies, an potius intemperies, audiebantur passim tristes novellæ de calamitatibus gravissimarum tempestatum, quæ per DEI gratiam super capita nostra transierunt ferè innoxiae; rææ percæque pluviae siccitatem temperate non valebant, usque dum finis Augusti aliquale frigus ferret, novam autem denuò subsequam æstatem terminaret pruinosus sub finem September, prævalente hactenus siccitate. Astra qui voler, his applicabit & determinabit ex ephemeridibus. Respondit istis, post tardam utique germinationem, contra

spem bona & messis & vindemia; etenim uvas ab immaturâ postredine, quam minabantur plurium acinorum hospites vermiculi, quod minus latius serperet, cohibuit illa siccitas: Poma autem & pyra verminosa pleraque præcociter ceciderant, nec diu astervari potuerunt, in putredinem nimis proclivia, ne de fagorum foliis gallarum extraordinariâ copiâ obsitis, de brassicâ ab erucis depastâ, &c. dicam. Prius verò & ex vicino quodam vaccarum grege (salvo nostro) hydrops pectoris multas abstulerat, & anserum juniorum strages aliquibus locis tanta fuerat, ut pax factore sepeliri debuerint. Hæc igitur æstas iterum inter nos alvum fluere fecit; primi qui laborare cœperunt, erant infantes, mense statim Junio, plures sequenti Julio, quo etiam adultos (non tamen ex illis diætæ erroribus famosos) invasit diarrœa quædam torminosa, acuta, imò cum vomitibus spasioque surarum cholera. Tandem rati in urbe dysenteriæ, non ita malignæ, casus, frequentiores ex pagis aliisque locis audiebantur, nec tamen ullus illorum fluxuum, uti quidem minitari videbantur, nimis apud nos invaliduit, nec stragem edidit; non desideratis nisi paucis infantibus: Insuper autumno in totum sat cito hæc loci omnis lues requievit. Meatum curæ concretidis succurri, præter usum pulverum pannonicî, antimonii diaphoretici, gelatinæ cornu cervi siccæ, seminis plantaginis in congruis vehiculis, methodo in primis Mortonianâ, succesum secundante Deo, jungens corticem peruvianum cum electuario diacordio per

per syrups in bolos , vel ejus extractum cum nostro bezoardico ant theritiacâ cœlesti in pilulas formando. Ultra illos alvi fluxus nil epidemii tulit æstas , nisi quid eodem tempore puerorum genæ communiter intumuerint , auditæ quoque fuerint catarihi æstivi , sive tuſles plerunque fuscæ , quibus addi possunt tres studiosi unius collegii , quorum unus

hæmorrhagiâ narium enormi , alter hæmoptoe largâ , tertius vomitu cruento sub idem tempus laborunt. Hæc est nostra æstivi fluxus historia , quam propterea norare volui , ut conferri possit cum aliis , utpote spe fretus , fore vel tandem clariorem causam , cur non omnibus sed certis annis fi- ant talium epidemiorum regnus?

*Eiusdem Schediasma ad Historiam Epidemiam Anni 1702.*

**Q**uandoquidem adhuc super nos manet DEI benignitas , quam prioribus annis deprædicavi , quod pristinam epidemiorum morborum malitiam Tubingæ grayem reppresserit , nec sinat hucusque iterum invalescere , idcirco historiæ illorum pro hoc anno per modum appendix tria solum breviter subjungam , quæ notari poterant.

Ante omnia inconstantiae & anomalie , quæ per ultimam hyemem , uti & per duas priores fuit , non satis videntur respondere morbos effectus ; Major illa fuit , & omnino talis , ut sub eâ sanitatem mortaliū adeò benè sibi potuisse constare , sèpè admirationem moverit , dum pauci utique per urbem illo tempore ægrotarent , & malignorum epidemias planè exularet , eorum autem morborum , qui quadranti anni sunt congrui , nec magnus numerus , nec extraordinaria esset ferocia : Hoc est paradoxum , quod vexare possit & soleat practicos , sèvire luem eandem sub diverso aere , & silere ipsam sub tali , quem morbiferum accusaveras.

Quia vero morbos effectus non

statim ipso mense vel quadrante erumperent , sed sequenti demum succedere pehibentur , huc p̄sin referri poterit , quod secundò notari mereatur , scilicet utut interdum propriè epidemium in urbe nihil sit , sed sporadicè multi ægrotent , certo tamè tempore plures ægros abripit , quām alio , per morbos diversos & dispersos : Tale fuit tempus vernum hujus anni sub finem Aprilis & principium Maji , quo personæ diu infirmæ , senes , viduæ , infantes , plures quām alias fuerunt abreptæ . Quomodo singulorum ita fata concurrant , vel in quantum debilitas eorum non ferendo conveniat , facilius est determinatu in thesi , quām hypothesi .

Tertiò , qua de fluxibus alvi mediocritatem adhuc servantibus per æstatem ad annum p̄æteritum notavi , huc reperti possunt pro hoc anno ; nam pariter cum æstate redeentes non invaluerunt ultra gradum pristinum . Illud modò addam , aliundè ad nos advectum fuisse quid mali gravoris . Inter reduces ex castris ad Landavium , qui febre tertianâ & diarîchœa laborarunt , unus ex civibus sub finem obsidionis ibi & Philipsburgi

non nisi per diem unum & alterum commoratus vix domum attigerat, post medium Septembris, cum dysenteriâ dejiceretur atroci. Hæc uti per contagium hausta fuisse videtur, quia non tam errores in diætâ commissos novit, quam conceptum inter infectos horrorem ipse accusat, ita domi etiam se diffudit ad plures, observans quidem fatalem illum morem, quo certæ solùm personæ solent corripi, salvis aliis: Nam conjux omnium sordium injuriis exposita mansit intacta, conjugis autem sotor ipso die septimo à decubitu viri completo dejecta fuit, & die sequente filiolus trimulus sedes tortuosa cruentas frequentare cœpit; evasit tamen illa triga feliciter, & persistit hanc intra domum lues. Multo autem gravior fuit hujus viri dysenteria peregrè allata, quam ulla per urbem sponte oborta, non solùm duratione in tertiam septimam & dejectionum nimis citatâ, frequentiâ, sed & excreti diu sinceri cruroris, dein non muci verum flavoviridis liquaminis, copiâ perquam magnâ, stipata etiam symptomatum molestissimâ vehementiâ, præter oppressionem præcordialem, tortuosa, tenesmum, inprimis dysuriâ & tantum non jugi singulu, de quibus ultra decern dies & præ reliquis majoribus audiebantur ægri querelæ. Cum die sexto, quo decum post tentata domi varia consuli cœptum, ut & diebus sequentibus nullæ distingui possent remissionum & exacerbationum vicissitudines, & urina omnis rubedinis expers, flava & clara, sed turbata admodum facilis, offerretur, paucis, cum non tam febris (nec aph-

thæ unquam nec deliria supervenerunt) quam fluxus & vires urgere viderentur, æger item à meridie per vesperam summas ana duas corticis peruviani & electuarii discordii drachmas, ut ingratam sibi formulam, porrò nausearet, inde purioris cruxis copiam citari prætendens; Itaque pro nocte primum modicam narcotici dosis extractis corticis, tormentillæ & bezoardico addere consultum videbatur, & ob bonum effectum continuare alternatim tales pilulas & emulsiones ex semine paveris albi, plantaginis, amygdalorum, in congruo vehiculo, edulcoratas cum absorbentibus & pulvere anodino, semper ita dosi nocturnæ reservando vim opiat: Per dies vero suis horis dabantur quater scrupuli pulveris ex unicornu foſſili, coralliis, semine plantaginis, priapo cervi, dente hyppopotami, pannonicō, itidem in consimili vehiculo; Quibus tandem accesserunt data subin guttae balsami peruviani cum cochleari syrporum papaveris erratici, rosarum rubrarum, symphiti, & electuarium temperatum cordiale stomachicum, cordiale. Dubia movit potus, cum ab aquâ ceteri alvum, à vino æstum prætenderet æger; Videbatur ergo medium tenendum, concessò modico vino veteri pro pastu, etiam ob languorem & anorexiā perparco, extra id tempus præscripto decocto ex rasurâ cornu cervi, mastiche, & cinamomo; Serum lactis commendatum nescio curatio nauseavit æger, multum autem gelatinæ cornu cervi hausit solutæ in vario vehiculo calido. Externa scrobicula cordis, sedi, membro, ro-

boris & linimenti ergo admota, & cætera, prolixius recensere opus non fuerit. Illud addendum, dysenteriam feminæ cum cruento multo, magnis torminibus, ad usque deliquia, non impediisse tamen, quod mirus die quarto, statu utique tempore, venirent menses, & durarent aliquan-

diu, citius tamen finiti, quibus etiam id dandum videbatur, ut interim parcus insisteretur usui ischæmorum.

Quam in Ephemeridibus Meteorologicis Tubingensibus olim exhibui Tabulam motuum mercurialium per triennium, eam ulterius ad præsens tempus continuatam, perque annos adeo plusquam octodecim extensam, quia brevis est, publicè hic propono, dum ephemerides ipse tot annorum domi latent prolixiores. Observationes quidem circa Experimentum Torricellianum fuerunt inscriptæ alicubi disciles Nugæ; habuerunt tamen suos vindices. Transeat, aut maneat liberum, quorūcumque judicium: meam ego tabulam illis modò destinavi, qui nihil temere prætermittentes etiam Perpetuo tali Mobilis delectantur, utuntur. Horum non modò Curiositas cum propriis conferre alienas amabit observationes, verum etiam sagacitas per eatum sylvam venabitur prædam aut scrutabitur vias, quas in Meteorologiâ non minus ac in Epidemiacâ occulit Natura. Ne asymbolos ipse sin, excerpam unum alterumque casum, cui applicari possint, quæ in tabulâ exhibentur stationes: Si prius monero, sermonem adhuc esse de uno eodemque Barometro illo simplici, cui scalam admotam suis-

se olim monui minutorum decem, qualium palmo remano dat P. Lana; Illam hâc vice subdivisi in gradus viginti, ut evitarem numerorum fractiones. Sic omnium supra statio & altitudo mercurii designatur per semiminuta 20. medium scalæ habet 10. imum o.

Horum sive decem palmi minutorum sive viginti scalæ graduum varietate absolvuntur motus mercurii intra tubum, quibus extrâ respondent motus aeris tanti & tales, ac per hos annos contigisse meminimus magnâ copiâ & differentiâ. Variant anni, interdum nec ac summum nec ad imum scalæ deducunt mercurium; variant menses, interdum diu quasi in eodem tenent ipsum, sub exigua motuum differentiâ; aliâs intra paucos dies fit lapsus à summo ad imum, aut ascensus ab hoc ad illud. Itaque si cui libuerit comparare annos annorumque partes inter se, habebit, in quo se exerceat: occurret autem ipsi communius hyeme gradus supremus, interdum quoque autumno, rarius primo vere, nunquam æstate. Quibus autem mensibus supremus, iisdem quoque infimus: sic æstivis neuter. Adeoque differentia illa motuum maxima decem, novem minutorum est hyberna: autumnalis nunquam minor quinque minutis, saepe fuit major: His æstiva nunquam major, saepè minor. Dantur autem menses omnium anni partium, quibus non nisi trium nam. est differentia: uti dantur interdum dies, quibus quasi suorem motuum dememisse videtur mercurius, hærens diu in eodem.

Sed ad ea, quæ promisi, specia-

lia.

lia. *Diluvium tempestuosum* a. 1702. d. 13. Jul, de quo in ENC. 3. 7. 137. non fuit cum illâ mensis statione humili, quam exhibit tabula, sed cum medio scalæ: Præcesserat descensus non nisi per gradum unum; planè non prolatione talis ac tantæ exonerationis, tam venientis quam fientis & factæ. Belli fluctus, quorum omen illud tunc metuebatur, irruerunt utique nimis heu graves, transierunt tamen DEI gratiæ; quæ vel tandem plenè ipsos compescat! Nondum quippe celsant. Nam nupero demum Augusto hujus anni 1710. noviter fuit præceps vallum nostrarum inundatio; iterum non cum humilitate, quanta solet esse cum talibus exonerationibus aeris hybernis, sed cum gradu modo scalæ sexto.

Ominosum quoque inter alia nimis multa tristia signa videbatur *fulmen extraordinarium*, cum nocte præcise mediâ inter ultimum Decembbris An. 1702. & primum Januarii An. 1703. ad sonum ferè duodecimæ graviter detonaret vetus, aut intonaret novus annus: Utique tristis recordationis. Tulerat serus & ultimus vesper lapsum ad imum illud scalæ, quod in tabulâ, sub austriño, laxo & humido aere. Mansit diu tunc humili mercurius, imò quod non alias factum, descendit adhuc infra illud scalæ imum: Ut non nisi illâ vice differentia motuum fieret major decem minutis. Citò enim, ejusdem quippe Januarii sub finem, conspicuus iterum fuit in altiore gradu illo, quem tabula exhibit. Nescio, num ad causas vel signa fatorum talium spectet, quod

singulare tunc videbatur spectaculum: Mars accedens ad vicinos Saturnum & Jovem; hoc subinnuisse modò sufficiat.

Anno 1705. ad gradum scalæ, quem tabula offert, sextum cecidit Majo mense *intempestiva nix*; nobis quidem pluvia, vicinis autem alpibus utique nix copiosa. Scribebatur tunc ex provinciis germaniæ septentrionalioribus, gravem pati arbores calamitatem, præ nivis mole avulso vel grandes tiliarum ramos: Ad alpes nostras multâ nive testæ & pressæ legetes & vinearum frondes, manerunt tamen in salvo, post paucos dies resurgebant & latè virebant; retardata modò, non uti alias à pruinis, læsa fuit germinatio. Successit brevi, sc. nivi diei 25. aliud die 29. meteorum, cum jam supremam mensis stationem occupasset mercurius, sub aëre nondum quieto, dejiciebat enim granulæ copiam, apiliformis.

Ex An. 1706. *Eclipsis Solis* memorabilis fuit neque cum supremâ neque cum infima Maji mensis statione, sed cum mediâ: Et quod sub Eclipsi solari partiali, magnâ tam, An. 1699. in ENC. 3. 7. 88. annotavi, de barometri nullâ prorsus factâ mutatione, per omne illud obscurationis tempus, idem sub Totali nobis & Annulari pariter omnino se habuit. Stetit mercurius obscuro illo tempore, quasi crepusculo, fixus, planè invariatus, ne pilii latitudine vel demissus vel elevatus, utut thermometri fide aër benè refrigeraretur. Vespere autem comparuit per quartam minuti partem humilior: Tunc nubes pomeridianas,

qui-

quidem diffilarat eurus, sequens ma-  
ne tamen tulit pluviam; & serus  
vesper signum gratiae, Iridem, cum  
altior jam ac ante eclipsin esset mer-  
curius.

Annum 1707. & 1708. *hyemes austriæ* non tulerunt consuetam al-  
titudinem. Januarius 1708. vernus  
potius, quam hybernus; quo in pra-  
tis colchicum, mezereon in silvis flo-  
uerunt. Et insolita tamen illius tem-  
poris lenitas & temperies docente  
thermometro fuisset nobis per aestate  
summa rigiditas. Nunquam illo  
mense altus mercurius, vix semel,  
nec diu, venit ac stetit ultra scalæ  
medium, plerumque multum infra  
ipsum. Cum in imo hæret per de-  
cimum & sequentes dies, mirum  
non fuit cum aere turbulentio, sed sa-  
tis quieto, grato, apud nos, post  
nebulam aut flavedinem vel rubedi-  
nem matutinam, tunc frequentem,  
non pluviosum, sed vel serenus vel nu-  
ribus Solisque radiis alternans. Ali-  
bi forsitan se exoneravit. Die illius  
Januarii 20. & seqq. cum perturba-  
ret aerem ventorum vis, & ferret  
falgura, irides, pluvias, mercurius  
quidem descenderat, sed non eo us-  
que. Interim passim quoque scribi-  
tur aliundè, visa meteora varia, fa-  
cta diluvia, delapsos ignes, &c. Com-  
muniter autem, ex Septentrione, es-  
se potius ver, quam hyemem. Prä-  
gressus December 1707. fuerat non  
minus & aeris & mercurii motu  
apriliformis; differentiam suam qua-  
tuor minutorum absolvens vel vigin-  
ti quatuor horarum spatio, à nive  
ad ejus solutionem: Necad itum  
nec ad summum scalæ, ut alias hy-  
eme solet, unquam pertigit.

Tom. II.

Anno 1709. Januarii *hyems sine pari*, sive gelu extraordinariè lon-  
gum & magnum, non obstitit, quod  
minus caderet mercurius, scilicet ad  
venturam oportunè nivem, tegmen-  
tum segeti. Certè per diem duode-  
cimum & tres sequentes benè humu-  
lis, etiam post nivem adhuc, sub ae-  
re sereno, constanter gelido: Atqui  
mediæ æstate communiter illa statio  
solet esse tempestuosa. Non nisi  
uno minuto humilior stetit die quin-  
to, ante gelu illud, qui tam fuc-  
rat toto cœlo diversus, scilicet au-  
strinus, laxus, pluvius, quem rigor  
venti nocturnus strinxit & mutavit in  
planè alium; tunc enim nix & gelu hy-  
emis illius acerrimæ principium. Hinc  
decimo sexto motus per scalam sur-  
sum, nondum tamen ad summum:  
quod pertigit demum die decimo no-  
no serenato post nebulas constanter  
aere: Tales tunc dies quatuor, inter  
quos unus ex frigidissimis torius men-  
sis, & per quos tamen descensus duo-  
rum minutorum. Cum vero intra  
breve tempus per tria minuta fieret  
ulterior lapsus ad scalæ medium, tunc  
alia venit nix, & comparuit ad ves-  
peram pruina murorum; Hinc mo-  
lestissimi rigoris vel tandem aliqua  
relaxatio. Fuit, siquidem Astrolo-  
gos audire haber, prævia laxitas au-  
strina sub oppositione Martis & So-  
lis. Superveniens oppositio Saturni  
& Mercurii dedit principium hyemis  
per stringentem euroboream. Finem  
fecit oppositio Saturni & Veneris  
cum PL. & aliis ad diem Pauli. Su-  
premam interim mensis stationem &  
inclemtam fuisse non sub istis, sed  
sub quadrato Jovis & Solis, mirum  
forte cuiquam videri posset.

Ggggg

Sic

Sic utique visum quondam fuit M. Slüter, occupato in dextrâ applicatione principiorum *VV Cockii* ad constitutionem, meteorologicam anni 1695, ubi tractat inter benè multa notatu digna questionem: cur calefaciens alias quadratum Jovis & Solis die sexto Decembbris forte gelu tulerit? Transeat hic examen rationum, hoc solū addam: Ante seculum *Heilis. Roslinum* in d. navig. Septentr. [ laudato Belgis libello ] de hoc paradoxo jam monuisse Astrologos. Scilicet hybernum gelu à Saturni configuratione cum aliquo planeta fuisse mitigatum. Contra, Sollem, Jovem, Martem, Mercurium tunc configuratos frigus intendisse Exemplis annorum 1608. 1609. Quo ipso simul innuitur alterum Slüteri dubium, quod scilicet conjunctio Saturni & Solis uno anno liquationem, altero gelu tulerit. Ete-

nim d. 18. Dec 94. sub illâ intensem frigus: anno 95. d. 8. Jan. sub coniunctione Martis & Solis liquatio, ad imum scalæ: d. 13. Jan. post coniunctionem Saturni & Mercurii gelu fuit, ad supremam mensis stationem; Et ad analogiam cum aspectibus & meteoris Jan. anno 1709. Cæterum priores illæ hyemes austriæ uti videbantur favore Pestem Polonicam, ita succedens borealis eandem sperabatur extinctura: Et erat utique silentium aliquandiu; verum enim vero tristia porrò leguntur in novellis publicis. Opponam adhuc illi gelu astum, quem sustinuimus per dies Julii anno 1707. quatuor, scilicet d. 19. 20. 21. 22. insolitum; non tam cum humili mercurio, nec cum magnâ motuum differentiâ, sed à supremo hujus mensis, & communiter æstatis gradu, à nebulâ per iteritatem extremitè calidam ad tempestatem

noc.

### T A B U L A Motuum Mercurialium.

	1691	1692	1693	1694	1695	1696	1697	1698	1699
Januarius	—	20	20	19	6	16	1	20	4
Februarius	—	14	19	4	19	10	18	4	18
Martius	—	15	2	14	2	15	5	14	4
Aprilis	—	14	2	12	6	15	6	10	3
Majus	—	13	4	12	4	12	5	13	4
Junios	—	12	5	13	6	13	8	16	6
Julius	13	7	13	5	13	8	14	6	14
Augustus	14	9	13	6	13	6	12	7	16
September	16	8	16	6	15	4	12	4	17
October	16	9	15	6	17	4	16	6	14
November	15	0	14	4	15	4	14	0	16
December	18	7	20	2	18	0	19	5	14

nocturnam & sensim facto descensu non nisi per quatuor gradus, nec infra scalæ medium. Interim, qui primo die aspivarat adhuc aer lenis, dispellens nubeculas, (quaer quidem solet esse gratia Etesiarum, sive eu-robores & euri, pomeridianum aetrem temperantium) emanebat protus, ne auræ quidem appulsus sentiebatur, urgebat autem calor, quantum thermometri testimonio ab illo tempore nullus annorum sequentium tulus. Hæc, ut dixi ad tempestatem; cui cum succederent ulteriores binis diebus sequentibus, & obtineret insignis temperati jam, in modo refrigerati, aeris inconstantia, tunc quod siccus calor non potuit, procuravit laxa humiditas, scilicet descensum ultiorum, ut differentia tamen stationum sub tam diverso aere fieret octo tantum graduum. Si cui libeat recurrere ad Ephemerides illius temporis astro-

logicas, inveniet Jovem apud Martem, & aspectus forsitan pro etchis quoque & subsequâ inconstantiam.

Cum reviderem Tabulam, offendit, quod æstate rarum, scalæimum ipso Julio anni 1703. Itaque recurrentis ad Ephemerides, deprehendo lapsum per quatuor minuta factum intra 24. horas, & mox reascensum intra horas nou plures, per quinque minuta, die mensis sexto, sub aere non calido, cum pluvia copiâ ventique imperu: Flabat ille ex plagâ à meridie ad occasum, versus quam nobis situs est Lacus Podamicus. Atqui hic ipse tum dicebatur intumuuisse ultra modum; An perturbatus appulsi hostis viciniæ graviter minacis?

Video etiam, quod vix alias fatum, Decembri non stetisse humilem mercurium, sed tenuisse octavum scalæ gradum anno eodem 1703. Inspicienti autem ephemerides occurrit

## five

## Stationes Barometri suprema &amp; infima.

1700	1701	1702	1703	1704	1705	1706	1707	1708	1709	1710
20 0	14 2	18 0	18 0	16 0	18 6	16 10	16 8	12 0	18 2	16 0
14 2	16 2	20 0	10 2	18 2	19 0	16 4	14 8	16 2	16 2	16 8
18 6	12 0	16 4	16 6	12 2	18 0	16 6	16 6	12 2	14 4	14 0
16 2	14 4	—	14 2	14 4	15 2	14 4	14 0	12 2	14 4	14 2
14 5	14 6	—	14 4	12 5	14 6	14 4	12 6	14 4	12 4	16 6
14 4	16 8	11 6	14 6	14 4	14 4	14 6	14 6	12 4	14 6	14 8
16 8	14 4	12 6	14 0	14 6	14 7	14 8	14 6	14 6	14 6	14 6
14 8	16 6	14 4	12 6	14 8	14 6	14 8	12 2	14 6	14 8	14 6
14 8	16 12	14 4	14 2	13 2	16 2	16 4	14 4	14 4	16 6	16 6
14 5	18 6	16 0	14 2	18 6	14 4	14 6	14 0	14 4	16 2	—
20 0	18 2	16 0	18 4	16 2	16 6	14 0	18 4	18 4	18 6	—
19 6	16 6	16 0	19 8	18 2	14 0	18 0	12 4	14 2	18 0	—

rit illa statio die Decembri octavo nubilo, inconstanti, ventoso. *Tempestas* horrenda cum fulg. ton. vi venti insolitâ, vix sine terra motu fuisse credita, quæ in *Anglia*, *Belgio*, & al. mare *Balticum* valdè sœvit, & ruinam multis intentavit vel intrulit, scribebatur tunc nocte inter 7. & 8. Dec. incepisse ex SVV. & durasse ad meridiem octavi; qui turbulentus, ut dictum, apud nos, non tamen tempestuosus, transit de cætero sine damnis. Cui sub tali aere non humilior mercurius? An medius inter oppositiones & post conjunctiones trigonus id non permisit? (Illa verò videlicet apud Astronomos) Certè à NL. tunc ecliptico properavit ad supremam, quæ in tabulâ ibi stationem intra triduum.

Denique finem his imposituro ad manus venit la connoissance des temps, quam Gallica scientiarum

Academia publicari facit, ubi de anno 1708. scribitur, supremam per ipsum elevationem mercurii fuisse observatam d. 17. Novembr. 28. poll. 1. lin.  $\frac{1}{4}$ : Infinam d. 10. Januarii 26. poll. 9. lin.  $\frac{1}{2}$ . Hæc planè convenientiunt cum observationibus meis: Etenim scalæ meæ gradus decimus octavus, qui in tabulâ ad annum 1708. Novembri respondet, etiam non fuit per hunc annum, nisi mane istius diei 17. quo longam nebulam exceptit serenitas: Frigidum utique fuit illud mane, minus tamen, quam sequens, quod habuit mercurium tribus jam gradibus inferiorem. Alterum huic oppositum, ex Januario ejusdem anni, est illud ipsum scalæ imum, de quo supra, ad hyemem austrinam, quod mirabar fuisse sine aeris turbulentia. In quo itaque subsistit: Ad occasionem quamcunque aliam reservans plura!

### *De frigore hyemali Anni MDCCIX.*

**F**rigoris vehementia, quæ Annæ 1709. principium memorabile reddidit, digna est habita, quæ Curiosorum considerationem eruditam, subeat, quos inter præcipue Exc. D. Joh. Guilielmus Bajerus, in ill. Noricorum Universitate Altdorfina Professor publicus in dissertatione d. 15. Februarii edita causam ejus exposuit; & celeberrimus D. Bernadinus Raimazzinus in Antenoreo Lyceo pri-

marius practicæ Medicinæ Professor in Oratione die 13. Maji anni prædicti publice habita, præter causas, in effectus etiam morbosferos algidissimæ hujus constitutionis inquirere voluit. Horum itaque propria verba Lectoris in gratiam, cum paucorum in manus Opuscula devenerint, Historiæ nostræ epidemicæ subjicere libuit.

### *Dn. Johannes Guilielmus Bajerus.*

§. I. **F**rigoris illius post hominum memoriam maximi, quod mense proximo per Europam sœvit,

rationes breviter evoluturi, merito præmitimus recensionem quorundam phænomenorum tam antecedentium

tium, quam durante ejus vi in aëre terraque nostra observatorum, unde totius rei cognitio facile ducitur.

§. 2. Etant jam tum Decembribus dies plurimi gelidi satis ac nivosi, terra frigore tam alte constricta, ut currus onustos superficie sua ferret; neque omnino solvebatur, tametsi per intervalla tepidi venti aërem agitarent & post Calendas Januarias ad Nonas usque pluvia tempestas impenderet.

§. 3. Ipso Nonarum die, cum aquis nivalibus pluviisque telluris facies undique maderet, (latente tamen adhuc subitus glacie,) circa vesperam demum quam maxime humidam, ventus orientalis spirare primum leniter, sed proiecta nocte vehementius, cœpit; post quem sub auroram statim terra omnis nive & pruina visa est obriguisse.

§. 4. Ventum hunc, per sequens biduum & ultra cum assiduo frigoris incremento, sed diverso impetu continuatum, paulo antea Mercurii in Barometro per plures gradus ascensio subita prænunciavat, cum prius ad vesperam usque diei V. Jan. multum infra mediocritatem lapsus esset.

§. 5. Thermometrorum ex adverso liquores subinde majores frigoris gradus notabant ad medium usque Januarium; quo cum ad tantam vehementiam gelu processisset, quantum in nostris regionibus vix attingere posse credebatur, circa diem XVIII. observatum est remississe paululum, sed non diu neque constanter; quandoquidem & per brevia intervalla rursus crevit decrevitque, & diei XXIII. tempore matutino majorem quem antea unquam vim in nostris

Thermoscopis ostendit, post meridiem autem notabiliter defecit.

§. 6. Mercurius interim in Barometro alterno ascensu descensuque ventorum potius, elaterem aeris variantium, vicissitudines indicabat, quam frigoris incrementa & decrementa; nobis quidem haud mirantibus, qui pridem noveramus, & calorem & frigus, & serenitatem & perturbationem cœli cum diverso elateris aerii statu per accidens saltē conjungi: tametsi vulgo ista qualitatum aeris temperatio Barometrorum scalis pro regula consueverit adscribi.

§. 7. Quemadmodum igitur istas Barometri mutationes, utpote param ad hoc negotium conferentes, sigillatim exponere supersedemus; ita nec operæ pretium fore arbitratnur gradus thermometrorum hic enumerare, qui diversi sine dubio sunt non solum in diversis machinarum generibus, (unde eodem tempore v. g. Hamburgi liquor à gr. 60. ad 86. ascendisse, Francofurti ad gr. 21. descendisse, in diariis publicis memoratur,) sed diversi quoque in singulis speciebus, pro diversitate scalatum, liquorum, variaque altitudine & amplitudine vitrorum. Quare facile conjicimus, neminem ex hujusmodi recensione animo percepturum quid res sit, nisi qui vel thermometra nostra oculis usurparit, vel prolīxam eorum legerit descriptionem.

§. 8. Cetera licet eandem observationem, ex observatis Berolinensiū, Francofurteniū, Dantiscañorū, Hamburgiū, Rostochiensiū, Stetineniū, aliisque, quorum copiam diaria publica fecerunt, colligi satis tuto non possit,

ubinam locorum maxime frigus dominum facit, qui gradus diversis locis intercesserint; tamen haec certa & notata digna sunt, quod 1. ] eadem nocte universam Germaniam invaserit gelu, 2.] eadem proportione ubivis creverit decreveritque, 3.) ad supremum ubique culmen, pro climatis ratione, & ultra quam putabatur, pervenerit, 4.) calidiores Europæ intractus, Galliam & Italiam, simili cum rigore penetravit, quin etiam, incredibile dictu, ipsas Theras Aquisgranenses, congelarit.

§. 9. Nec præterire possum, quin memorem, frigus decrescente Lunari lame invalusse, & biduo ante plenilunium maxime remisisse, securus ac vulgo creditur fieri. Quin & ceterorum aspectus Planetarum tanti non erant, ut exinde tales effectum eminenterent Astrologorum regulæ: nisi dicere velis, & H. ♀, quæ die VII. Jan. contigit, biduo antequam fieret, istam mutationem aëri intulisse. Sed nec desunt Calendariorum artifices, qui Jovem beneficium hiemis istius præsidem declararent, & hinc Januario mensi insignem frigoris temperaturam promitterent.

§. 10. Jam vero ut ad causas eventus hujus inexpectati accedamus, è modo dictis patet facile, quam debile, imo nullum subsidium ab Astrologia sit sperandum: Quare missis ambagibus originem memorati frigoris ducimus à vento orientali præcedente [vid *Phen.* III.] hujus autem occasionem ab impedito aëris nostri, per priorum dierum turbulentam tempestatem, elatere, de quo *Phen.* II. & V. loquuntur. Etenim cum

venti tepidi humidique d. IV. V. Jan. leniter spirantes tenuorem fecissent ærem regionum planarum illo, qui silvosis montibus, nixe & glacie rigentibus [Bohemicos intelligo Carpathiosque] imminebat, fieri non poterat, quin sublato sic aëris utriusque æquilibrio, hic in istum gravis irrueret, advectisque secum spiculis glacialibus torum impleret. Ita vero & illi vapores, qui prius atmosphærā nostram confertim occupabant, excusso calore modico simul in pruinias abierunt, & aquam in superficie telluris fluentem pariter suo attractu congelarunt. Namque ipsum terræ solum jam tunc priore à frigore jacuisse constiqtum, *Phenom* I. observavimus.

§. 11. Quid vero sic cœlo soloque juxta gravi ad consummatum frigus debeat? quidve poterat impeditre, quo minus ille ventus Orientalis, æqualem per Germaniam statum aëris offendens (quod relationes publicæ docebant) eadem nocte eam totam pervalserit, & per aliquot dies continuatus, contiguo nostris tractibus aeri similem rigorem longe lateque induceret? quo facto, etiam venti australes & occidentales, alias calorem humoremque nobis aspirantes, jam non nisi vapores pruinatos dabunt, & si quando aer superior modico tempore tangeretur, ille tamen solvendis his inferioribus nimium algentibus haud sufficiebat; usque dum sol, quotidie nobis sublimior factus, primo australiorem terrarum infregit rigorem, & mox inde potentiores ventos calidos ad nos transmisit.

§. 12. Evidem facile prævidemus

mus, adductas in medium rationes non statim omnibus satis facturas cogitantibus, quod intra seculum proximum haud dubie saepius venti orientales supervenerint hyemi liquecenti, (quam nos hoc anno occasionem tali vento fuisse fassi sumus) nec tamen frigoris tantam saevitatem asportarint. Sed haec objecta dimovere nos de sententia non valebant, nisi constiterit, omnes, quae nuper ad effectum conspirabant, causas & circumstantias, etiam alio tempore & celerius fuisse conjunctas: ut ventus flaverit in regione solido ac diuturno frigore horiente, ut incidenter in aerem tot vaporibus referrum terramque intus iam congelatam, ut contrariis ventis non impeditus per plusculos dies regnaverit; & quae huc pertinent alia. Neque vero vel nostra memoria destituitur exemplo simili: quandoquidem anno 1697. circa II.

post Epiphany. Dominic. & Januarium medium, tam subito & acri frigore tellus humida corrupiebatur, eodem vento Orientali intercedente, ut parum differret a statu nupero, praeterquam diurnitate, quae tunc minor, etiam minorem sibi peperit famam.

§. 13. Quando ea inter portentoso huic frigori est natura causas assignamus, haudquaquam exclusam volumus singularem quandam Numinis providentiam, quae forte naturalium corporum actiones solito firmius in istum effectum direxit, eo quidem fini, ut homines, heu nimis cito Dei obliti suisque innixi viribus, novum impotentiae suae caperent documentum, utque armis hostilibus, per hyemem quoque non quieturis necessarias faceret inducias. Huic ergo Numini supremo omnis sapientia, potentia, clementia laus & gloria sempiterna tribuatur.

Dn. D. Bernadinus Ramazzinus.

**L**ubet in prægressæ hyemis algidam & nivalem tempestatem, quæ frigoris vehementia atque asperitate non solum Italianam, verum universam Europam tanta hominum, ut omnium cuiusque generis viventium strage male multavit, philosophica & medica indagine inquirere; quod si tam portentosi frigoris veram & germanam causam in apricum eruere non dabitur, non abs re forsitan neque ad sanitatis custodiæ infrugiferum erit exquirere, quid mali hac proxima æstate ex hac tam male morata constitutione timeri possit.

Nolo autem hujus hybernæ frigoris, quod annum hunc nefastum fecit, &

ad multa Secula memorandum faciet, inclem tam non dicam, sed insolentiam longo verborum ambitu describere; quotus enim quisque repertus est tam denso corio, ac tam fortia natura temperie donatus, qui non in cute solum sed intus quoque & intra ipsa præcordia, ubi vestalis ignis nativos lares, & focum habet, ab algidissimi aeris inspiratu noxam aliquam non persenserit? Magna sunt quæ vidimus, majora que audivimus; vidimus magna flumina tam arcto tam alto gelu adstricta, ut armentis plaustris onustis, & ipsis quoque exercitibus transvehendis sufficerent. Vidimus ad binos & amplius

men.

meuses vim nivium immodicam è Cælo non tacite, ut solet, ad instar velleris labentem, sed magno cum imperio in solum projectam, & quod magis mirere sub Äquinoctium ipsum, quod in hac Civitate prodigio par est. Vidimus in partibus Aedui-  
num interioribus, & in ipsis hypo-  
geis fluida quæque congelari solidi-  
ribus vasis ex opere figlino disruptis,  
ac dum cibum capturi mensæ accum-  
beremus non procul à luculento igne  
vidimas fumantes epulas temporis  
momento gelascere. At vulgaria  
sunt isthæc, & fidem invenient. Ur-  
bem vidimus Adriæ Reginam, cui  
nullum unquam nisi naviis cum ter-  
ra fuit commercium continentí jun-  
ctam, marinis aquis in marmoream  
duritiem solidatis, ut ad septem pa-  
ssuum millia ultrò citroque longo ag-  
mine comearent Viatores, Veteri-  
narii, & annonarie gentes cum  
armentis, & gregibus, ut laboranti  
Civitati viœtales appetias ferrent.  
Quam admiranda porro imò quam  
misera sunt, quæ alibi facta accep-  
imus, velut in Gallia, Anglia,  
Germania, ac tota Septentrionali pla-  
ga, non solùm magnis fluminibus  
marinum æstum pati solitis, sed Occa-  
no ipso conglatiato, ut sublati com-  
merciis centena hominum chiliades  
in civitatibus, in agis inter frigoris  
rabiem, & famis morsus misere pe-  
rierint, ac ex iis, qui militiae sacra-  
mento erant auctorati longè plures  
in castris hyerando, quam in acie  
pugnando in Orci familiam transfe-  
rint. Profecto si cujusque Regio-  
nis, Civiratis, arque Oppidi Ne-  
crogliam haberemus, in quibus co-  
rum, qui è vita dececerint nomen,

clatura continetur, ac ratio iniri  
posset, quot hominum myriades  
duorum vel trium mensum spatio in  
Libilitæ censum deduxerit intoleran-  
do suo frigore funesta hæc hyems,  
nulla certe pestis ut ut truculenta &  
pernicialis, nec ea, quæ apud Hi-  
storicos, & Poetas adeò pervulgata,  
quæ universam Græciam depopulata  
est, algidissimæ hujus constitutionis  
pestis, si ita fas loqui, ullo pacto  
esset conferenda.

Ast unde nam quæso tam violenti  
frigoris petenda est origo? Si ab  
Aquilone frigoris Promondo ma-  
lum hoc venit, cur hoc Anno tam  
violentum, tam diuturnum, ut quot-  
quot in viventium numero adhuc ex-  
tant provectionis ætatis homines, &  
silicernio jam proximi tam enorme  
frigus nunquam se persensisse memi-  
nerint, nec scriptorum quisquam pro-  
digium hujusmodi literis prodiderit.  
Scire optatis, quam proportionem  
habuerit hujus anni frigus ad præce-  
dentiū octo annorum, quos in hac  
Civitate observare mihi datum, sum-  
mum frigus? Psicrometro teste pro-  
portionem habuit sesquialteram, hoc  
est ut ternarium ad binarium. Is fuit  
hyberni frigoris hoc anno supra ce-  
teros excellus, qui in regnum quo-  
que vegetabile defæviens, non so-  
lum plantas, quæ hortorum orna-  
menta sunt, sed quod dolendum  
Oleas & Vites ad internectionem usque  
abruptis. Meherclè si in hujusmo-  
di tempora incidisset Cardanus, eam  
quam de frigoris natura opinionem  
mordicus tenuit, dubio procul abie-  
cisset; non esse frigus quid re vera  
subsistens, sed simplicem caloris pri-  
vationem ventosque omnes plus mi-  
nus

nus calidos esse, inter tuas subtilitates recensuit Vir ille, quem censoria virgula fugillans, severissimus ille Cardanomastyx hisce verbis sic eum interpellavit. *Abjice soleas, ac pileum, Cardane, quo tempore ex Alpibus rheticis urit vos Boreas; frigidus enim, & secus est.* Hic autem mihi haud quaquam mens est in frigoris naturam curiosius inquirere, neque quodnam primum sit frigidorum, num Aqua, ut Aristoteles, an Terra, uti Parmenides, & num venti aërem comprimento frigus efficiant aut illius Vectores sint, cujusmodi quæstiones Philosophos tum veteres, tum recentiores excuere, & adhuc exercent, sed solùm in votis mihi esset causam perspectam habere, quæ hac hyeme tantum frigoris ac tam ex improviso exciverit. Jam praecedens brumale solstitium exigisse nos, & Annū cum satis placido aëris statu clausisse lætabamur, ut spes esset hyemis reliquum eodem tenore processurum. Ast tanto imperio nascenti anno Janus fores aperuit, ut nobis ferale bellum indicere visus fuerit; illico enim, ex boreali plaga ventorum turbines bido tanta vi efflarunt, ut omnibus horrore essent, illos acerrimo frigore comitante, & continuo nivium descensu subsequente. Grande igitur aliquid in hyperboreis contigisse credendum est, quod tam subitam in aereo mari magno tempestatem excitari? Anne magnum aliquem terræ hiatum ex improviso apertum fuisse putandum est, unde una cum ventis algidissimis tanta nitrosci spiritus copia cruperit, quæ totam atmosphærā frigotificis particulis ad saturita-

tem usque opplerit? Quanta vi polleat nitrum ad sensum frigoris inducendum, satis monstrat experientia, dum nivi & glaciei commixtum illarum activitatem exacuit, ac in earum defectu nitri portionem in aqua dissolvendo modum habemus, quo media æstate vina & frigidas potionis nobis comparemus, non aliunde autem quam è terræ sinu tam horrendi frigoris causam deducendam arbitror; ad tam subitam enim & adeo turbulentam ventorum irruptionem locum aliquem in aerea regione intra polarem circulum fingere oporteret, in quo spiritus adeo furentes conclusi essent & effracto carcere subird erumperent, quod tamen Poetae, quibus quidlibet audiendi data est potestas, ausi non sunt, qui ventorum turbam in antris terræ obscurioribus abditam esse voluerunt, ac insuper Regem illi statuere, qui imperio premeret, & laxas sciret dare iussus habenas, Minus porrò rationi congruum videtur cœlestia illa corpora culpare velle, quæ suō lumine & afflato in nostram perniciem conspirarint. Quid novi enim in Cœlo à syderalis scientiæ peritis antea fuerat observatum? Num ferales Cometae visi sunt aut alia hujusmodi portenta? Num planetæ in choreis suis agendis à pœscriptis sibi legibus exorbitarunt, ut novis syzigiis & insolitis motionibus Cœlestem illam harmoniam perturbarent, ut postea propter illorum aberrationes nos plectendi essemus.

Sit quidem, ut ajunt, multum pollere lunare Sydus ad perfrigerandum, ac illius lumen ad nos reflexum, licet à Sole prodeat aëtu fri-

giūdum esse, seu ut alii putant vi magnetica calorem terræ & aeris ad se elicere sive frigefaciendi vim habere, at fortan Luna hoc anno propius ad nos accessit. Haud sum ne scius ab Astronomis, à veteribus Agicolis, à Medicis quoque perioribus, ut olim ab Hippocrate ad prænoscendam futuræ hyemis indolem observari solitum plejadum occasum, & ortum Arcturi, atque ut monebat Virgilius Georg. I.

*Frigida Saturni sese quo Stella  
recepit?*

At isthæc singulis annis observantur & adventantis hyemis signa sunt potius quam causæ. E magnæ Parentis utero itaque monstrosum hoc frigus prodiisse, à vero non procul alienum videtur; Terra enim tota intus cavernosa est, & non secùs ac animalium corpora suos habet ventres distinctos & magnas cavitates, in quibus non hospitantur tantummodò silentes umbrae & segnis aer; sed varia & admiranda intercurrente spiritu exercentur opificia. Nusquam certe operosior Natura est quam in subterraneis officinis ad generacionem intenta tot pretiosorum lapidum, fossilium, mineralium, & metallorum, quæ si hominum avaritia potius quam curiositas & abdictiona quæcumque investigandi cupidio surripiat effossis terræ visceribus, non minus natura sollicita est in illis suo tempore reponendis, & damno resarcendo. Hinc innumeri penè fontes è terræ scatebris erumpunt non solum aquarum dulcium, sed medicatarum quoque, quales sunt ferratae, æneæ, sulphureæ, aluminosæ, nitrosæ, aliæque omnigenæ. Cum autem bore-

alis plaga in finu suo nitri multum recondat, quod satis norunt nitri Colectores pro tormentario pluvere conflando, qui è parietibus & locis boream respicientibus longè plus nitri obtinent quam ab iis qui Austrum, cur suspicari non liceat in regione illa inhospita, & Solis radiis ad plures mentes inaccessa ex subito & præcipiti montis alicujus in magnas illas cavernas lapsu, ut in Apennino & Alpibus aliquando contigisse legimus, portam ingentem algidissimis ventis & nitroæ exhalationi aper tam fuisse. unde tam horrida tempestas hac hyeme ortum duxerit: In Islandia magnam cavernam esse referunt, ex qua venti frigidissimi expirant, qui glacie fragmina identidem in altum protrudant. In Hetruria penes lacum Vulsinensium ad radicem cuiusdam montis Boream versus antrum extat, in cuius latere rima visatur, ex qua,estate præcipue, ventus efflat adeò frigidus, ut sine noxa perferri nequeat, in quo specu si vina reponantur, ad pauca temporis minuta penè gelascunt, & fructus pruinosi educuntur, magnum utique blandimentum ad exhilaranda convivia, quæ ab Indigenis illis, cum Procyon furit, celebrati solent. In Peruvia duo Oppida Platam, & Potosam describit Acosta, quæ non multum inter se distent, ac utraque in montanis locis posita, quorum unum, Potosa scilicet temperaturam hyemis habeat, Plata vero vernali similem, cujus prodigii in calidissima regione cautam in argenti fidinas referunt, & terræ spiracula, unde aura algidissima expiret. Quando igitur longè probabilius est frigus

ab imis terræ visceribus in aerem efferi, quām ab ætherea regione in hæc inferiora descendere, tam grandis Phænomeni, quod hæc hyems præ se tulit, & cui aliud simile illa ætas non vidit, nullam aliam causam communis possim quām magnam terræ scissuram recens factam, paratum tamen me protestans ad expendum ex animo meum hoc commentum, sicubi aliqui feliciori sorte meliora proferant. Si ergo forte ita evenit uti conjeci, tam horrendi frigoris, ac tantarum nivium descensus causam tenere mihi viderer; Nitrofa enim emanatio illa unà cum ventis validissimis longè latèque diffusa tam magnum algorem efficere, & vapores, aquei elementi sobolem, in aere suspensos arripiens, iisque se consocians nivem conformare potuit, atque illi suis capillamentis sexangularem & stellatam figuram impertiri. Non adspersandam nitri portionem nivibus inesse chymica enchirisis ostendit, qua nitrum in sinu nivis deliteſeens educitur, & Medicus usus comprobat, dum ex aqua nivis ratione nitri in illa contenti parantur remedia in æstuofissimis febribus exhiberi solita.

Verum dictum illud è sacris paginis mihi forsan obtrudet aliquis, *Nunquid ingressus es thesauros nivis*, tu, qui adeò fidenter modum tradis, quo in aere conflentur nives? Ultrad fateor, non esse apud me ipsum tantum ponderis, quas produxi de nivis conformatioне, & credito terræ hiatu conjecturas, ut veram & germanam tam inusitatæ frigoris causam è Democriti puto hauiisse me persuasum habeam; Conjectoris tamen

non protus improbandi munus obiisse me arbitrabor, si in negotio tam astrulso ita fieri potuisse naturæ legibus non repugnet, nil enim amplius à rerum naturalium scrutatore in re obscura exigebat Peripateticorum Princeps. Quid ergo in quæſtione tam ardua & impervia dicendum? Num ad effugium illud histrioniam excentibus adeò familiare recurrendum, qui ubi fabulæ negotium ita implexum & involutum est, ut modo solvendo humani ingenii acies non sit satis, pro more habent, Deum aliquem è machina in Scenam inducere? ita sane. Ut ergo aliquid proferam, quod pro vero accipi possit, de hac tam horrida Constitutione dicam, quod magnus Hippocrates de mōrbis populariter grassantibus, ubi Phænomena quædam apparerent, quorum ratio in abdior esset, dicere consue verat: *ἀναδεῖται εἰ τι θεῖον ἔργον εἰ την πέτασον, considerandum an sit quid divinum in morbis*, illud itaque θεῖον apud Medicos tamen in morbis quām in remediiis adeò celebre hic quoque vim habuisse censendum est, ab ipso Deo nimirū tam rigidam tempestatem fuisse excitaram, ut corruptos Seculi mores & vitia novo & inusitato pena genere expiatæ. Neque enim in suis armamentariis justissimum illum criminum vindicem solum ignem & fulmina habere credendum est, quæ multorum metu & paucorum periculo jaculetur in terras; in iisdem enim habet, *Glaciem, & Nives, quæ faciunt verbum ejus*. Ille est qui, ut cecinit Regius Vates, de thesauris suis ventes educit, qui temporis momento aerem non min-

nus quām maria, in magnas tempestates agant, & palam faciant, cui serviant, cui militent. Illud sanè admirationi fuit, quod toto eo tempore, quo à sexta Januarii usque ad Äquinoctium fere pertinacissimum persistit frigus, nunquam hiscere ausi fuerint australes venti, quod in hisce regionibus perrarum est, cum vel media hyeme rigidiori identidem caput efferre soleant ab ora meridionali calidores flatus, adeò ut ex improviso liquecant nives & regelent flumina, si quæ priùs glacie erant adstricta, ut quandoque campos inundent, quasi Deus borealium ventorum ministerio plectere nos volens australes flatus intra suos lates unde ortum habent conclusos voluerit, ne blando suo tempore inflictæ pœnæ rigorem delinirent. Sic eleganter non minus quām ingeniesè Ovidius Jovem, qui totum mortale genus aquarum eluvione perdere statuerat, finxit reposuisse tela manibus fabricata Cyclopum, in antris autem æolis Aquilonem aliasque ventos nebulas fugare solitos clausisse, emisisse autem Notos, Euronotos, atque Austrum pluviarum pincernam.

Utinam autem malorum hic finis fuerit, & hujuscem anno felicior sit exitus, quām fuit initium. Quām infesta, quām pernicialis humano generi fuit hyemalis hæc constitutio, & quānam morborum genera invexerit, nemo est qui ignoret. Frequentissima fuere in hac Civitate, ut de aliis racciam, funera, ac nulla penè domus visa est, quæ pullam vestem non induerit. Primo quidem tenebos infantes, decrepitos tenes, &

valetudinarios fere omnes, mox juvenes, & robustiores viros, nec solum minutam plebem, sed non paucos quoque ex Procerum ordinibus hiberni frigoris, violentia in Libitanæ censem deduxit. Tusses, destillationes, pleuritides, peripneumoniae, dyspnoæ, & morbi id genus dominatum obtinuere. Rationi autem consonum fuit, ut hujusmodi affectus populariter grassarentur; sicuti enim austrina tempestas capiti infensa est, ita Aquilonaris spiritalibus organis est maximè infesta. Possumus equidem adscititiis comis, adversus aeris injurias calvariam munire, ac bene chlamydati, & palliolati corporis extima à frigoris rabié & mortu possumus tutare; at quomodo visceribus in pectoris cavea contentis ab aere rigidiori prospici potest, si ab indesinenti & reciprocame aeris inspiratu & expiratu vitam præcariam habemus? Non est ergo quod miremur, si hæc hyems, glacialis aura per ostium patens thoracis penetralia subeunte, tam diram hominum & cujusque generis animantium cladem edideiit.

Verum anne putandum hanc male moratam constitutionem totam sævitiam suam explevisse, ut in nostris corporibus labem nullam reliquerit, quæ nova morborum genera hac æstate non possit arcessere? Si Coi Senis, cui futurorum mens divinatrix divini nomen adscivit, oraculum adeamus, responsa referemus, quæ non multum nobis arrideant. De temporibus, ajebat ille, si quidem hyems sicca & aquilonia fuerit, ver antem pluviosum & austrinum, necesse est æstate acutas febres fieri,

lippitudines, & intestinorum difficultates. Observatione profectò argumnum est, quomodo Hippocrates, Vir in prædicendo alioquin cautissimus tam fidenter & absolutè pronunciarit, quod si hyemem aquilonarem. Ver austrinum & pluviosum excepterit, ex necessitate subsequi debeant æstate acutæ febres, & alui profluvia. Astratio sic fieri oportere satis evincit; etenim si hyems plus æquo algida & nivosa sit, parum perspirant humana corpora, ac ea præterim, quæ debiliora sunt, unde ferolam colluviem cumulari necesse est, eamque augescere si ver pluviosum successerit, qua postea per æstivum calorem diffusa & in motum concitat, acutæ febres & alui fluxus oriantur necesse est. Nec quis putet Hippocratem nisi experientia prius edictum tam grande effatum pronunciasse; in libris enim Epidemiorum Constitutionem habet, in qua pars hyemis posterior, ut in nostra evenit, aquilonaris fuit cum magno frigore & nivibus, cui ver successit pluviosum, unde postea memorati affectus Æstate & Autumno apparuerint.

Ver equidem, quod modò excurrit & cuius medium jam tenemus, atque hyemi algidissimæ successit, sub initium vitum est ad pluviosum propendere velle, non paucos tamen Aprilis mense dies habuitus siccios, sine ullis omnino imbribus, sed ita calentes, ut à canicularium dierum æstu parum different, sub finem tamen mensis tam magna ac subita facta est à calore ad frigus conversio, ut unica ferè die rariores syntheses & holoserica deponere necesse fuerit,

ac è vestiario pannosæ vestes reposcere, quam mutationem postea subsecutæ sunt ingentes pluviae. Quo tenore veris pars altera processura sit, solus novit, qui fecit tempora, dies, & annos. Id tamen certum est hujusmodi temporum anomalias, & à sua temperie aberrationes ominosas esse, & morborum mali moris, quod Superi avertant, pñnuncias. Nam ex eodem Hippocrate, in legitimis temporibus & convenientem servantibus temperaturam morbi legitimi & boni judicii sunt; in intempestivis autem non legitimi & mali judicii.

Sed quid frugis ex hujusmodi apparatus datur colligere ad præcautionem & sanitatis custodiam? Paucis dicam quod sentio. Adversus temporum tam enormes intemperantias magnum erit præsidium Temperantia, neque solum in vietū sed in omnibus, quæ res non naturales vocant Medici. Non inopportunum tamen erit purgationes instituere, & si opus fuerit sanguinem mittere. *Quibus cunque convenit venæ sedio vel purgatio hos Vire purgare, vel venam secare oportet*, ajebat idem Hippocrates: Magna certè animadversione particula illa disjunctiva digna est; Practicorum enim non pauci magnum piaculum committere sibi videbentur, si purgationem verno tempore instituentes venam simul non tunderent. Ast quā longè à divini Præceptoris vestigiis aberrent, nemō non videt. Est ubi tentum sanguinem mittere oporteat, est ubi solum purgare liceat, est ubi utrumque remedium conveniat. Si vero aliquis ex memoratis affectibus hac

sestate populariter vagari incepit, boni & periti Medici erit, non tam properè & inauspicatò communibus remediis, ut in morbis sporadicis, curationes aggredi, rectè propterea Celsus de pestilenti febre verba faciens ajebat. *sanguinem non facile mittere, alvum non facile ducere.* Suspenso pede igitur procedendum erit, atque attente observandum, qua methodo Natura morborum medicatrix in iis utatur, qui spontè aut

paucis remediis evadant; illa enim sibi vias & egressiones invenit, quas prænoscere & divinare non possumus; fateamur enim necesse est, quandounque aliqua epidemica affectio ex improviso se prodat, esse nos juvenes ac tyrones, licet medendo ætam triverimus, idèque oportet, ut Naturæ quam *autoſidantur* & doctam sine Magistro Hippocrates dixit nos erudiendos tradamus.

*Constitutio Epidemica Augustana, Anni 1711.*

& sequentium.

Dn. D. LUCÆ SCHROECKII.

**A**ëris status, quo Annum prægressus fuit finitus, in principio, quoque Anni 1711. persistit, humidus nempe ac multo frigore molestus, variorumque ventorum agitationi expositus, usque dum d. 7. Eurus serenitatem, & post octiduum Zephyrus pluvias, tandemque nives frequentiores adduceret; circa finem autem mensis hujus primi Eurus denuo prævalens, cum serenitate frigus diurnum & intensem excitaret, ut mei Thermometri liquor ad gradum 8. (quod etiam d. 3. & 13. Februarii contigit,) descenderebat, præcipue postquam Zephyrus d. 4. Febr. & Cauros post quadratum, nec non Eurus quietiduo abhinc nivem admodum copiosam sparserant; quæ sub Afrio, comite pluvias & frigoris remissione, d. 18. Febr. liquari coepit; & quamvis nova subinde nix, occidentali vento (sæpe ad meridionalem, quandoque etiam septen-

trionalem plagam inclinante, rarius vero ab aliis ventis interpolato,) spirante, usque ad d. 10. Martii cadereret, eadem tamen pluviosis supervenientibus brevi denuo resolvebatur. Interea, præter Febres quotidie vel alternis diebus recurrentes, licet ratiōres, in vere tamen crebrios, & in principio sæpe continuatum specimen præ se ferentes, primum tenerioriætati, in progressu autem adultis magis infestas, ut & catarrhosatum ægritudinum multicudinem, Variolæ benignæ inprimis, usque in Aprilē frequentes, ast circa Solis insignum Canceri ingressum, una cum Febribus evanescentes, continuarunt, nec non Pleuritis notha, atque Coxendicum dolor [diaphoreticis, Tinctura præsertim Bezoardica, juxta cum eccoproticis, utrique malo operi ferentibus,) multos lecto adfixerunt.

Ver cum ventorum varietate, Zephyro

phyro tamen prævalente, aura nebulosa, humida & temperata (catarrhosis ideo morbis, præteritum Odontalgiis, Apoplexis etiam letalibus opportuna) primo erat prädictum, quæ circa Aprilis medium in serenitatem mutabatur. Majus frigidiusculus potissimum Euro spirante comparuit, in medio tamen calor is lat acris per decendum particeps, paucosque dies serenas per totum reliquum suum decursum numerans, crebrioribus autem tempestibus grandinosis, e longinquo tamen nobis tantum se ostendentibus, viciniæ autem admodum damnosus. Cum Junio Eurus, interdum ab aliis diversis ventis interceptus, serenitatem caloresque magnos proferebat, usque dum post solsticium æstivum Zephyrus dominium obtinebat, & mutabilem aëris statum, sæpius vero pluviosum producebat; quæ humida aëris intemperies postea etiam continuabat, diesque caniculares magis temperatos quam fervidos efficiebat. Et licet postmodum cum Sol in Libra versaretur, Eurus serenitatem quandoque redderet, antequam tamen signo hoc excedebat, Zephyrus, aliquoties valde impetuosus, pluviis frigidis denuo molestus extitit, quin & pluviosa illa intemperies usque ad finem Anni persistit, nisi quod in Decembri crebræ nebulæ, & serenitates quandoque, Euro præcipue, Austro & Africo intervenientibus, compareret. Ceterum præter Catarrhos nihil epidemicorum malorum prioribus istis temporibus observabatur; post Canis tamen occasum Variolæ denuo multos infantes invaserunt, conflu-

entium jam specie gravius aliquæ adfligentes & negligentius habitæ non paucis letiferæ; paulo post tamen, usque ad Anni exitum, & in Januarium usque Anni sequentis, ulteriorisque, sed rariiores discretæ mitioresque comparentes. Diarrhoeæ circa finem Novembris, & per Decembrem in multis, pravio unplutum vomitu, terminibusque stipatae, promptie tamen stomachum roborantibus cedentes, notatae fuerunt.

Circa finem æstatis, & per autumnum Lues illa, quæ bubulo generi per Germaniam Italianamque tam infesta fuit, postquam ex Hungaria versus Danubium sensim progressa, ubique luctuosa sui vestigia reliquit, nostra quoque confinia attigit, ac insignem stragem, integra etiam numerosa bovilia evacuantem, apud nos, ac pluimis vicinis in locis edidit; quam non aëris ex vitio, sed contagio per boves ex regno illo adductos exortam fuisse, vel inde fatis nobis potuit, quod illa primum loca, ubi pascuis frui illis advenis contigit, invaserit, amentis vero omnino pepercit, ad quæ illi, vel alii ab his infecti haud pervenerunt, atque ubi consortium illorum, ad quos contagium jam penetraverat, evitatum fuerat. Miasma vero hoc per salivam animalium infectorum, quo gramina inter pascendum consupcarunt, se primo, postea etiam per exhalantes vitiosas a corruptis humoribus visceribusque particulas ulterius, his in terris, propagasse, atque cauticæ acredine infestum, fauces, ventriculos ac intestina hostiliiter invasisse, inque spasmodicos me-

tus non tantum nervosas partes irritasse, sive ob constrictos ex invadentrum sanguiferorum tubulos inflammationem excitasse, sed ipsam etiam eorum substantiam ad putridinem dissipuisse, credibile videtur: Id quod lingua in quibusdam inflammata, & veliculis rubris referta, ventricali, praesertim omasus, & intestina non minus inflammata, & non tantum sanguinea, sed fetida etiam & purulentæ excretiones, ut Dysenteriae malignæ speciem ut plurimum præse tulerint, nec non intestina hepatis contigua bile suffusa testabantur. Unde etiam, quæ in prima invasione notata fuerunt symptomata potiora, adpetitus nempe dejectus, difficilis respiratio, calorque præternaturalis ortum habuisse videntur. Cæterum caro lue hac demortuorum boum quamvis pluribus, egenis præcipue in cibum primo venerit, nec sinistri quid ipsis inde accidisse reticulum fuerit, tutius tamen esse iisdem abstinere, tum ratio suaderet, qua ex viscerum observata labore promte etiam eandem carnibus communicari, quia & nauseam, facile exia oriundam, multum nocere posse evincitur, tum exempla confirmant, quibus noxiū quandoque extitisse carnium contagiosa labore infectorum animalium etiam constat: Vid. præter alias Nob. D. Rosini Lentili Miscell. med. pract. part. 2. pag. 519. Liceat etiam memorare exemplum, ab Exc. Da. D. Johanne Meyerø, Arch. Elect. Palat. & Physico Neoburgenfi, Anno 1712. d. 16. Julii ad me prescriptum, duobus nempe rusticis, cum bovem ægrotantem mastassent, & quia licet palmonesque male

constitutos invenerunt, sepeliissent, carbunculos in brachiis fuisse exertos, cum febre acuta, vomitu & diarrhoea, duos autem canes, qui carnes istas degustaverant, eodem die mortuos fuisse. Ex Hungaria quidem Venetias advectorum boum dysenteria laborantium carnes innoxias quondam Medici aliqui Patavini insignes pronunciaverunt, ast tutius esse talibus abstinere, celeberrimi olim Jenenses Medici, Guern. Roflincius in Ord. & meth. spec. comm. lib. 2 sect. 3. cap. 60. & Joh. Theodor. Schenckius hist. gener. humor. cap. 2. judicarunt. Prout etiam Collegium Medicum Augustanum circa Casum hunc ab Illiustr. Senatu requisitum, hujusmodi carnium ulteriore venditionem, ad noxas inde emergendas præcavendas, dissuadere tutius duxit, atque per Senatus Decretum impetravit.

Circa principium Anni 1712. Zephyrus, interdum ad unum alterumve latus declinans, cum frigore nivem, sed ratiorem sparserat; & licet sepius aer serenus postea redderetur, semper tamen nebulosus una fuerat: frigus quidem in progressu remissius, ast brevi post, flante Euro vel Austro, denuo intensius factum est: usque dum d. 3. Febr. Zephyro redeunte, pluviis, quæ per decendum durarunt, obortis cessarunt. Varius abhinc aeris status, quoad temperiem tolerabile frigus, crebriores autem nives attulit, usque dum circa Äquinoctium vernum Eurus temperiatorem aëtem redderet, mox vero diversis sub ventis humida & pluviosa constitutio usque ad Solis in signum Tauri ingressum valde molesta

lestæ exstitit, quam Euro prædominante, calida & siccæ exceptit, sæpius tamen postea variando: Sole vero Leonis signum occupante, occidentales venti pluvias multiplicarunt, &c. d. 6. Augusti cum serenitate calores magni oborti fuerunt; qui etiam, licet circa finem mensis hujus, delapsis pluviosis, remiserint, mox tamen denuo comparuerunt. Ceterum hucusque præter contuetos hyemales catarrhalos insultus, in mensibus vernalibus Tusses ferinae puerilem æratem admodum adfixerunt, eccoproticis repetitis, absorbentibusque, nervinis, ac demulcentibus ægre profligatae; Febres etiam quotidianæ non valde contumaces, purgantibusque præmissis, per antimoniatas calcis, arcanum duplicatum, & corticem Peruvianum &c. devitæ, per æstatem plures occurserunt; in Augusto autem non paucæ Diarrhoeæ, in nonnullis quoque Dysenteriae, ut & Choleræ, (ed benignæ, omnes facile, post rhabatbari non-nihil tosti usum, in primis pulveribus dictis præcipitantibus, coraliis, unicorno fossili, quandoque etiam tormentilla, succo catechu &c. curatæ. Hasce ægritudines in progressu mensis Febris catarrhalis exceperat, sine sexus æratisve discrimine, magis tamen adultos quam pueros, cum febri in horrescentia, subsequente calore, cum cephalalgia, & hinc productis per vigiliis, quas interdum deliria nocturna comitabantur, oculorum item, dorsi & artuum dolore, ac tussi ut plurimum invadens, & instar ephemerae, altero, vel tertio, quartove die, sponte, aut impetus ubi vehementior erat, post modera-

tum sudorem, modo per volatilia, modo fixa medicamenta, pro subiectorum diversitate, excitatur, recedens; nisi quod tussis quandoque pertinacius insisteret. Qui meribus uti multis, remotis etiam in locis, ita nostra quoque in Urbe plutimos invaserat, ut vix domus esset, ubi eo laborantes non deprehendebantur; atque nobis ex præcessa humida æris intempeste, similes in corpore nostro particulas angente, ac magnis deinceps ejusdem caloribus, lympham in corpore fundentibus & agitantibus, subito tamen tempestatis frigidæ aliquoties obortæ interventu, quæ transpirationem ob poros inde occlusos sufflaminabat, condensatam generata mihi videbatur. Nec aliam causam Pleuritides hanc in mense Octobri excipientes, non admodum refractariæ habebant, atque ideo sudoriferis moderatis præcipue, ac satis prouite cedeant. Aliorum morborum minime ferax erat Autumrus, qui satis temperatus & serenus in principio, in progressu autem, præterim Zephyro ut plurimum, & quidem nonnunquam multa cum vehementia spirante, humidus ac pariter temperatus se habuit; sicque continuavit hæc temperies: ante solsticium tamen quatriduanum figit, & tale etiam in fine Anni, Euro flante, experti fuimus.

Non prætereunda hic est Lues admodum gravis & funesta, quæ in Vere equos potissimum extra Urbem & in Vicinia, ratissimos in Urbe invasit, multosque trucidavit, postea etiam bobus, foris, quin & porcis, anseribus atque gallopavonibus, quibusdam in locis, non pepercit,

& adultum usque in Julium tragœdiam suam ludere perrexit. Oriebantur fere semper in pectore, aut etiam in inguine, aliisque locis tumores duri, qui paulo post in amplius spatium se diffundebant, & intra breve temporis spatium interimebant. Hos ab ictu crabronum, qui copia & magnitudine insolita prædicti observabantur, ortum habuisse mihi credibile videbatur. Ut vero cadavera boum elapso anno demortuorum, nec ubique alte satis in terram defolorum & putrescentium Insectis hisce pabulum gemitum exhibuisse, (in cavernis enim & sub terra nidos ab eis fieri, carnibusque vesci, Aristoteles lib. 5. hist. animal. cap. 23. Plinius lib. 11. hist. nat. cap. 21. aliisque testantur, ) sive multiplicationi & augmento eorum, humoris que venenati, quem glandula in imo abdominis, cui aculeus nigricans & caesus, juxta nobil. D. Johannis Murralti relationem in Eph. nostr. Dec. 2. Ann. 1. obs. 56. implantatus est, majori acrendi velificasse, non improbare est: ita venenatae etiam haæ atomi in humoribus animalium ab eis ictorum sese multiplicare, atque dein alia quoque animalia sic inficere potuerunt: quale exemplum in prædio vicino Illust. cuiusdam Baronis equum hac lue defunetum, & in fovea non alte satis effossa, terra obrutum exhibuisse scio, cuius ideo pes unus extra terram prominens a servo cum securi amputaretur, profiliens exin humor in ejus oculum, mox tumorem & inflammationem excitaverat, alterum etiam oculum, & successice totum caput occuparem, atque cum ope medica destitue-

reter, mortem brevi accelerantem. Salis ex acero potum adversus crabronum virus præfatus Plinius lib. 32. cap. 9. & Catp. Schyvenckfeldius Thesaur. Siles. pag. 526. remedio esse tradunt, eque vestigio luxisse vehementius, suctuque infixos aculeos, vel potius humorem virulentum revulsisse: Inter alia sane remedia, theriacam, alium, bolum vulgarem, nittrum &c. cum acero propinata, quibusdam (uti etiam in superius memorata boum lue, ) profuisse, ab aliis non infeliciter tumores sacrificatos, aut etiam ex incila cute fuisse extractos, relatim fuit.

Anni 1713. principium, sub variis ventis potissimum occidentalibus, frigore, quod cum primis in medio Mensis Januarii intensum valde fuerat, & serenitate, usque dum Sol Pisces signo ad proximaret, gaudebat: Ubi post pluviis pluvias cœlum nebulosum, versus finem autem Februarii serenum, cæterum valde temperatum reddebat; quæ tempestes, sub mutabili cœli facie etiam usque ad Äquinoctium vernum & ulterius continuabat. Reliquus vernalis & astivus decursus quandoque temperatus, ut plurimum autem pluviosus, & tæpe una frigidiusculus exstitit. Mensem vero Septembrem, in quo Eurus spirabat, serenitas commendabat; in reliquis autem tribus mensibus crebræ nebulæ pluviaeque (quibus in Octobri nives sæpe interriscabantur, ) aderant. Humida hæc præpollens aëris constitutio, Zephyro majori ex parte comite, multorum superveniendorum morborum timorem nonnullis pariebat, nihil tamen singulare apud nos inde evenit.

nit. Attamen præter varias catarrho-  
sas molestias, Variolæ discrete, rari-  
us confluentes, nec mali moris,  
per totum Annū, frequentiores ta-  
men post solstium æstivum, & per  
reliquum Anni; præterea etiam Fe-  
bres tertianæ ac quotidianæ, ut &  
quandoque Icteri, facile omnes fa-

nationem admittentes, parsim, in  
Majo plures infantes Morbillis beni-  
gnis laborarunt; in Decembri non  
pauci Febre petechiali, cuius in pa-  
gis vicinis multum grassantis conta-  
gium in Urbem delatum fuerat, inte-  
rierunt, brevitamen iterum per DEI  
gratiam malum cessare contigit,

*Constitutio Anni 1712. Apud Labacenses in Carniola*  
à Dn. D. MARCO GERBEZIO,

*Apud eosdem Physico, & Medico ord. medice considerata, & Au-  
gustam Vindelicorum d. 28. Decembris 1712, communicata.*

**F**rigori alias Hippocrates non vi-  
detur imputare singularem insal-  
ubritatem, dum 3. Aph. 17. ab eo  
corpora firma, agita, & bene co-  
lorata reddi afferit: quam id tamen  
insalubre esse soleat, saltem dum  
modum excedit, docuit nos præter-  
quam hyems Anni 1709. si quæ alia  
nivosa, & frigida, quoque curren-  
tis Anni 1712. hyems ob non multo  
demissiores nives & frequentes  
aquilonares ventos similiter ultra  
modum frigida. Sub ejus siquidem  
decursu plurimi a febribus catarrha-  
libus, tuſſibus, raucedinibus, pleu-  
riticidibus, phthisibus, cephalalgiis,  
gravedinibus, hemiplegiis, cache-  
xiis, hydropibus, & aliis a variis  
modis peccante lympha dependenti-  
bus indispositionibus fuere appre-  
hensi. Quamvis tamen forte per se  
non tam frigus fuerit causa tantarum  
indispositionum, quam prægressa  
elapsi Anni 1711. austrina, & plu-  
viosa autumni constitutio, quæ a  
præsentis anni perrigida hyeme ex-  
cepta humiditates, elapsi autumno

in corporibus aggregatas, occlusis cu-  
tis poris, & per id impedita insen-  
sibili transpiratione, in corporibus  
retinuit, coagulavit, stagnare, &  
extravasari fecit, præsertim dum su-  
binde tamen etiam intercurrerint au-  
strini flatus, qui eas rursus soluerunt,  
& exundare fecerunt. Si vissitudine  
quadam, dicit Valleriola lib. 2.  
cap. 4. locor. com: aquilonius fla-  
tus austrinum sequatur, fluxionum  
tum morbi fuit. Quemadmodum  
& nos in *Chronologia nostræ Med.*  
*An. 1. §. XX. & XXI.*

Sic Ego ipse mox sub anni ingressu  
cum pluribus aliis a febri catarrha-  
li apprehensus eram, sed brevi li-  
beratus intus consumptione mannae gra-  
natæ in jure dissolutæ quantitate unc.  
trium, & sudatione ad tales pulve-  
res specificos mane cum decocto her-  
bæ theæ assumptos, &c. Spec. dia-  
marg. frig. diatrag. frig. 3ij. diaphor-  
ana. 3ß. succin. alb. præp. flor. Δ.  
ana gr. iiij. M. f. pulv. in triplo. Aliis  
præterea subinde venæsectione san-  
guinem imminuebam, & alia pecto-

ralia propinabam, puta decoctum pectorale cum syr. de alth. Fern. de farfora, aut similibus specificis dulcificatum. Item Trochisc. bechicos, ol. amygd. dulc cum facch. cando, vel Julapio violato &c.

Certus puellus quinquennis non pridem pro capitis, & reliqui corporis scabie abigenda, nescio quo, periret, & præterea ab extra perfrigeratus in eam dyspnœam inciderebat, ut suffocandus videretur. In subsidium vocatus sua seram, ut eum syr. Mannati unc. j. & jalap. pulv. D. expurgarent. Hinc in jure dissolutam spermat. Ceti 3j. propinarent. Nec non ad sudorem cogerent his pulvisculis:  $\text{v}.$  spec. diamarg. frig.  $\text{z}.$  diaphor. ana.  $\text{D}\beta.$  pulv. March. succin. alb. præp. ana. gr. iij. flor.  $\Delta.$  gr. j. facch. perl. gr. iij. M. F. pulv. in triplo. Et sèpius cochleatim propinarent de tali mixtura appropriata:  $\text{v}.$  Extract. helen. fum. ana 3j. croci gr. V. subigantur in Aq. asthmatis. chærefol. ana  $\text{z}\beta.$  syr. de hyssopo  $\text{z}\beta.$  M. f. potio. Atque, nisi malum remitteret, utique brachio vesicatoria applicarent. Diutum, factum, & puellus præter parentum expectationem convaluit.

Hyemem quidem cum majore amoenitate excipere velle videbatur Ver, utpote sub ejus ingressu ex amoenis Solis radiis adhuc residuæ nives successive optatissime dissoluebantur. Postquam autem in Aprilis progressu sèpius intercurrere incepissent pluviae austriæ, a 20. Aprilis usque ad 25. autem ex Euro pristina hyemalis auræ asperitas, adeo desolati evadere incæperamus, ut adhuc vel tunc nobis non melio-

ri. de corporum valetudine, quam de futura fatorum ubertate ominari tristes occipsemus. Quando enim in nostris oris nives, & hyemale frigus eo usque, & ultra æquinoctium vernum protrahuntur, experientia annua edicti nunquam messem optimam, fructus arborum copiosos, & vindemias lètas nobis ad promittere audemus. Emori siquidem accidit vel in ipsa radice hyemalia sata, flores arborum fructiferarum emarcere, & primos vitium pampinos a pruinis, & nocturnis auræ asperitatibus exitialiter aduri: quemadmodum id etiam, ut postea dicetur, hoc ipso anno evenit. Nec minorem stragem valetudo humana perpetua est, Corpora siquidem hyemali asperitate enervata, & per tot intercurrentes auræ vicissitudines alterata, nec non per tot vernas pluvias nova humorum illuvie repleta, non poterant non solum ab adhuc hyemalibus inditpositionibus optimi, verum & vernis subjacere, porosissimum eis, quæ a peccante lympha, quales sunt omnis generis vulgo defluxionibus imputari soliti affectus, produci solent. Non minus autem Majus erat inconstans, & inamoenus, quam Aprilis, utpote fere quotidie versus vesperum pluviosus, quin imo subinde & tempestuosus, quemadmodum secunda Maii, qua excussum ex nubibus fulmen arcis horologio adjentis turris testum magna parte disiecerat. Junius erat quidem non nihil ordinatior, & versus exitum utcunque astivus, aliquoties tamen æque tempestuosus: quin ita ad festum S. Medardi ex aquilone plane frigidus. Ut adeo neque ipse plane

ne inculpate transire posuerit.

Certus archi-hypochondriacus jam tribus annis consequenter semper circa dimidium Aprilis dererius affectus, & praeletum de capitis gravitate & obsfuscatione quadam lamentatus 13. Aprilis inexpectate factus epilepticus intra bihorium obiit. Obiisse quoque observati sunt alii repente eodem tempore facti epileptici. Memorabile est a jam dicto hypochondriaco notatum discrimen inter auram civicam, seu Uribis arcis subiacentis, & inter auram sublimem arcis ipsius Labascensis. Alferabat is enim, quod quoties adiisset (solebat autem diebus amoenis facere frequemissime) arcem, considerissetque aliquamdiu sub tilia, supermitatem montis amene coronante, vel obambulasset; se semper notabiliter melius sensisse, caputque habuisse serenius; quamprimum vero redux domum versus subjacenti urbi appropinquaret, se illico rursus deterius sensisse. Ut adeo plane dubitare non liceat de veritate eorum, quæ nos in vindiciis nostris Medicis de aura Labavensi §. 37. de discrimine inter salubritatem urbium, & locorum liberæ auræ expositorum, campestriumve docuimus.

Ad repentinam Junii circa festum S. Medardi perfrigerationem pluritus factus Jacobus Ubez expertus Chirurgus corpore ultra modum obesus, & plethoricus elusis quibuscunque adhibitis remediis quoque intra triduum obiit, cæterum homo apparenter sanissimus. Obesii videlicet facilius moriuntur, quam gracieis ex Hippocrate.

Aestas habuit quidem sua interval-

la utcunque conaturalia; quod toutes tamen intercurserint tempestuosa pluviae cum tonitruis, fulgurationibus, & fulminationibus, subinde etiam cum grandine, cum communiter tuberculata notabili æra perfrigeratione, quemadmodum 21. Augusti, qua mane hora media septima fulmen in suburbio Tyrau dicto octo nautarum casas, non obstante densissima pluvia, in cineres redegerat; pro vix temperata, & vernam temperiem assecuta haberi poterat. Ob quam causam sata tardius matrata messem tristissimam colonis prebuerant.

Adhuc parum siquidem illud, quod hyemalem rigiditatem, & ultra æquinoctium protractas nives subterfugerat, perque vernas pluvias in lolium conversum non erat, per toties iteratas corrusiones adeo exustum fuit, ut arisæ vel steriles planæ evaserint, vel grana macra efficerentur, & potiore farina orbata prægenerarent.

Neque humana valetudo interea minimum passa. Vidi mus siquidem, quod, quæ per Junii, Juliique decursum ob immunitas successive per hyemem, & Ver in corporibus aggregatas humiditates utcunque sublidere inciperat, mox sub Augusto labascere vila sit a febribus tertianis intermittentibus, subinde & quartanis, & tertianis nothis, continuis, diariæis, dysenteriis, vomitionibus &c. impetrata. Quæ febres vel in eo fuere singulares, quod non solem raro consuetum typum in paroxysmis observaverint; verum etiam, quod communiter post aliquot paroxysmos in continuas mutari solitæ fuerint,

similiter adeo inordinatas, ut eti-  
typum tertianarum dupicum præse-  
ferre viderentur, tamen subinde 24.  
& plures horæ intercurrerint, qui-  
bus in pulsa nulla fere alteratio ani-  
madvertebatur, urinis fere crassis,  
& lateritio sedimento refertis existen-  
tibus, desuper vero tamea rursus in-  
sistente continua alteratione, persæ-  
pe cum maculis petechialibus scarla-  
tiosis saltē per brachia dispersis,  
sæpe etiam cum diarrœis & vomita-  
tionibus, vel copiosissimis sudoribus:  
vix tamen aliquando cum ægrotum  
interitu, et si semper cum tardissima  
integræ valetudinis recuperatione.  
Quod Medici communiter febriliter  
cum succo pancreatico justo acidiore  
effervescenti bili, sed multæ pituitæ  
admixtæ imputabant; & vel propte-  
rea non tam ardentes, acutæ fe-  
bres producenti, quam potius no-  
thas, minus acutas, & diuturnas.  
*Quando astas fit similis veri, su-  
dores in febribus multos expectare  
oportet. Hipp. 3. Aph. 6.*

Curabantur autem febres illæ, si  
quandoque persistere intermittentes,  
pulvere Cornach. diebus a febri libe-  
ris justa dōsi assumpto, & sale febrili  
Myns. una alterave hora ante paroxysmos in aqua card. ben. vel cent.  
minoris propinato. Si qua vero eas in  
continuas degenerare accideret, præ-  
terea venæsecchio celebrabatur in pe-  
techialium macularum absentia, alias  
vero scarificatio dorsi cum subjunctis  
cucurbitulis. Quamvis viderim apud  
unum alterumve opificem, cui etiam  
actu prostantibus petechiis, sed pro  
publicum morsibus habitis, erat san-  
guis venæsecctione emissus, & qui tamen  
æque convaluit, ac alii, quibus san-

guis emissus non erat. Unde conji-  
cere licebat eas solita sibi malignitate  
non fuisse prædictas. Per reliquam  
morbis decursum autem insistebatur  
usui pulverum pan. rub. de gem. frig.  
CC. phil. præp. & diaph. arcan. du-  
pl. bezoardico min. additis, si diar-  
rœa symptomatica urgebat, troch.  
de terr. sigill. unicorn. foss. &c.

Certa filiola, quæ simili febre  
continua cum maculis petechialibus,  
& dysenteria detinebatur, conva-  
luit ad subinde pro necessitate injec-  
tos clystères primum abstergentes,  
postea adstringentes, & ad quotidiana-  
m intro sumptionem pulv. pan.  
rub. troch. de terr. sigil. CC. phil.  
præp. unicorn. foss. & lamaragd. præp.  
cum facch. rosato dulcificatorum.  
Quodque præterea linguam haberet  
aridam, eam humectabat mucilagi-  
ne sem. cydon. aqua prunell. ext.  
addito Rob. diamor. & lap. pru-  
nell. eluebatque frequenter os aqua  
& acero invicem commixtis, abster-  
sa lingua dentiscalpio, non intermit-  
sis externis astringentibus.

Certus nobilis denique plane adhuc  
pluribus habebat opus, Laborabat  
is vero hemitritæ, febre ex æstu fe-  
brili continuo, & febre intermit-  
tente cum rigore & duplicato æstu  
alternis diebus intercurrente constante,  
& quod deterius erat, semper  
cum quadam veluti Cholera seu ex-  
cretionibus numerosissimis per super-  
na, & inferna materiæ variæ veluti  
æruginoſæ. Hic erat primum pur-  
gatus decocto sen. c. ihab. Myns.  
Hinc ipsi vena secabatur, & pro at-  
temperatione æstu febrilis præter  
mixturam cordialem ad intro porti-  
gebant pulv. de gem frig. CC. phil  
præp.

præp. tium diaphor. arcan. dupl. Ast intercurserat tertius paroxysmus cum ea violentia, vomitibus, & alvi dejectionibus, ut æger, si sèpius taliter invaderetur, malo succubitus metueretur. Hinc postridie illius paroxysmi loco arcani duplicati memorato pulvri Cort. peruviani & troch. de terr. sigill. ana 3. erat additus. Vespere autem ante somnum pridie quarti paroxysmi febris intermittentis talis bolus: Rx. Conserv. menth. rofar. Elect. diotcord. frac. ana 3. cort. peruv. subtil. pulv. Dij. troch. de terr. sig. gr. vi. M. cum faceb. F. bolus. Et non solum quieverat ea nocte utcunque æger, verum & a vomitionibus illis, aliisque dejectionibus fere liber erat, præterquam totus debilis, & a continuante æstu febris continua totus anxiosus. Qui propterea pro possibili cordialibus & caponis juie cum gelatina permitto reficiebatur. Quodque expectare ut accessus quarti paroxysmi mox a meridie, quatuor horis ante cum fuit ægio talis mixtura specifica propinata: Rx. Aq. cord. saxon. secundæ, card. ben. ana 3. syr. coral 3. cort. peruv. subtil. pulv 3. Θ absinth. gr. V. M. f. pot. Et desideratissime emanterat, quem adeo non minus nos, quam æger ipse metuerat, paroxysmus. Ut adeo nobis nihil superfuerit expugnandum, quam adhuc febris illa continua, vitiumque prostratio: quibus preindre diligenter continuatione pulv. de gem. f. CC. phil. præp. tij diaphor. & Ω perlat. nec non mixturis cordialibus opem ferre eo usque conabantur, usque dum successive & ista feliciter sopita fuere. Corre si in

quo alio, in hoc manifeste periculoso casu se Herculem exhibui cortex peruvianus, rite ob conjunctam Choleram stomachicis associatus.

Autumnus denique usque ad extreum Octobris erat satis commodus, ut adeo Vindemiz quidem in oportata aëris temperie potuerint peragi, sed vel ex eo tristes, quod magna botrorum pars, uti in constitutione veina dictum, aut in primis adhuc pampinis vere emarcuisset, aut astate a tantis corruscationibus, & rubiginosis pluviis, ipsis etiam arboreis foliis, & arboreis fructibus propterea copiosissimis maculis notatis, & ad putredinem pronissimis notanter infensis, adusta penitus arida e vitibus decidissent, postea autem, & toto Novembri, Decembrique Mensibus usque ad 13. Decembbris adeo pluviosus, ut fere non intercesserit dies, qua non pluisset, aut saltem nubilum, & ad pluvias proclive non fuisset, & ex Austro jugiter (excepta 20. & 21. Novembribus, qua primæ nives ex Euro ceciderant, & 8. Decembr. qua per quinque continuos dies Aphricus vehementissime furebat) flante veluti tepidum. Hinc non mirandum, quod interrupitis dictum continuis, tum intermittentibus febribus econtra tumultum irruerent febres Catarrhales, hemicraniae, vertigines, hemiplegiae, arthritides, & post 20. Novembribus repente perfrigerata raucedines, gravides, tusses, pleurites, obauditiones &c.

A 13. Decembbris ex Aphricum excidente lenti Aquilone demum saltem a prandiis serenum cum successiva aëris perfrigeratione usque fere ad

anni exitum, nisi quod postremis diebus constanter obnubilatum cœlum nos Solis radiis privaverit. Atque adeo appetet totum hunc annum, excepta hyeme, quæ saltem frigoris acerbitate excescerat, fuisse valde insalubrem, & ob tot pluvias, corrusiones, & potissimum prævalentes ventos Meridionales, non minus terræ fructibus, quam hominibus magnopere infensum. Num vero & animalibus, que etiamnam crepare continuant? sub judice lis est. Interea certum est, tot æruginosas pluvias eorum pascua non reddidisse salubria, quin potius insalubria. Quamvis probabilius videatur, istam interitus anni naliū continuationem potius contagii semel eis impressi propagationi esse impattandam, quam pascuorum vitio: eo, quod & alibi terrarum graffetur tale malum, ubi forte tamen tot corrosive pluviae non cedere, quot apud nos.

Duo hemiplectici fere plane & qualiter affecti, id est uterque cum immobilitate brachii dextri, & loquendi impotencia, fuere fere & qualiter percurati, ita ut etiamnum fere pro labitu moveant brachia, & loquantur libere. Purgabantur videlicet hac potionē:  $\frac{1}{2}$  Mass. pil. cochiari.  $\frac{3}{2}$ j. dissolvatur in tamillo aqua apopl. adde syr. de stochad.  $\frac{3}{2}$ j. spin. lili. convall. gutt. VII. M. f. potio. Hinc uni eorum, qui plethoricus erat, emittebantur ex doto mediante scarificatione circiter quatuor unciae sanguinis. Urtique vero erat injunctum, ut pro corroborazione spirituum bis de die assumerent, castaneæ quantitate, de hac opiate:  $\frac{1}{2}$ .

conservæ flor. beton. salviæ, anthos, majoran. ana.  $\frac{3}{2}$ ß. spec. contra apoplex.  $\frac{3}{2}$ ß. specific. cephal. Michaël.  $\frac{3}{2}$  sp. ceras. nigr. lili. conval. ana. parum M. cum syr. flor. tunica F. opata. Cui superbibatur unum vel alterum Cochlear aquæ apoplecticæ.

Item, ut spinam dorsi cum nucha ungerent unguento nervino, & ol. lumbr. terr. atque os frequenter eluerent spiritu lil. convall. cui theriaca esset admista.

Quinta morbi die fuit repetita potio purgans, atque subsequentibus septem diebus sudor procuratus decocto lignorum cum ligno rorismar. & vilco querc. Et, uti dixi, successively convaluit uterque.

Non multo absimilius tractatus fuit etiam certus mercator ex hemiplegia saltem oris torturam, & palpibꝫ dextri oculi, ita, ut eam circa manus subsidium occludere non posset, resolutionem passus. Purgabatur is nempe his pilulis:  $\frac{1}{2}$ . Extr. cephal.  $\frac{3}{2}$ ß. castor. gr. j. Resin. jalap. pin. sub. gr. VII. lpir. mac. gutt. j. M. cum spiritu ceras. nigr. f. pil. N°. IX. Nucham calide unixerat ung. nervino & ol. succini; pro corroboratione utebatur eadem opata, qua duo illi hemiplectici, & post triduum repetitis pillulis sudabat ad potum decocti sudoriferi per octiduum, prætereaque pattern affectum fovebat lacculis speciebus nervinis refertis, & in vino albo decoctis. Et eatenus restitutus fuit successively, ut vix animadvertisatur, quod aliquando fuisset lœsus.

Armamentarii Cæsarei præfector tamen, postquam jam antehac ter fuisset

fuisset a simillima hemiplexia similis remediis feliciter restitutus, circa dimidium Novembris brachio sinistro, quod alias prioribus vicibus erat intactum, resolutus cum omnimoda loquendi impotentia, frustra adhibitis quibuscumque, ad initium Decembrii interierit.

Ex quartanarii certus sexagenarius ad solas has pilulas:  $\text{r}\frac{1}{2}$ . pil. tart. Schröd. 3b. extr. gentian. cent. min. ana. gr. IV. Resin. jalap. pin. subt. gr. V. M. cum rind. tart. f. pil. N<sup>o</sup>. IX. Et ad sectionem salvatæ manus sinistæ, atque ad gr. iij tart. emet. Nec non ad continuatum usum hujus tinturæ convaluit:  $\text{r}\frac{1}{2}$ . Essent, absynth. Elix. propr. parac. tint. tart. spir.  $\Theta$ . \*ci ana 3j. M. Dosis gut. XXX ex aqua absynthii. Alii tres quartanarii vero priusquam fuere liberati, præterea usi sunt suis temporibus his pulveribus specificis:  $\text{r}\frac{1}{2}$ . corr. peruv. subtilissime pulv.  $\Theta$ ij.  $\Theta$ \*ci, & diaphor. ana gr. Ut M. f. pulv. Aliorum affectuum curationes, utpote

magis obviis, studio prætermitto, excepto solo adhuc Materialista illo, qui 20. currentis Decembris in ædibus Carpenteriæ ad ecclesiam S. Floriani ex diurnis Coli intestini doloribus, & ossis pubis, illicque apostemate obiit. In eo siquidem illud erat singulare, quod ex aperto apostemate in femore aliquot digitis infra os pubis ob commodiorem puris evacuationem cum pure genuinæ alii feces profluere animadversæ fuerint. Propterea demortuo post octiduum circiter ægro, jam pridem penitus exhausto, erat inquisitum in dictaruna facum transitum; & deprehensum, quod colonintestinum, ea, qua coxam spectat, parte fuerit ad imperialis numi amplitudinem excusum, perforatumque, & inde facto successive cuniculo per pure excavatos musculos, partes illas contegentes, penetrasse ex læso intestino feces illas alyina usque ad incisum locum. *In-duta est scilicet caro hominis putredine, & sordibus.* Job. cap. 7.

*Constitutio Anni 1713.*

à Dn. D. MARCO GERBEZIO,

*Medico Labacensi, communicata d. 15. Januarii A. 1714.*

**A** Deo varius erat apud nos Labacenses, quoad auræ temperiem hujus anni 1713. decursus, ut ferre vix præterierit octiduum, quo ob jugem omnis generis intercurrentium ventorum vicissitudinem alia non fuisse introducta aëris constitutio. Solus Januarius sibi hyeme aliqualiter constabat, æstate Augustus, & autumno posterior Novembris, &

anterior Decembris pars cœlo ex solo maturius partis nivibus, easque secuto flatu aquilonio sernato. Cæterum vero toto reliquo tempore varietas, potissimum cum pluviis, & auræ asperitate conjuncta: proinde sic ut terræ frugibus maxime incommoda (qui propter ea exceptis montanis locis, ubi solum natura sua atidius est, non solum creve-

K k k k

re

re per pauci, verum & impuri, & vi  
ciis, zizaniisque plenissimi, arboreis  
fructibus quidem itidem saltē in  
montanis existentibus utcunque copiōs,  
verum & ipsis ob nimias plu-  
vias veluti eviratis, & solita sapidi-  
tate destitutis, consequenter minus  
sanis, plurimisque hominum eis in-  
discrete vescientium febrium dia-  
rhearum, dysenteriarum, vomition-  
um, & ventris corrosionum causa )  
ita sanitati humanae maxime impor-  
tuna. *Mutationes* siquidem *tempo-  
rum*, teste Hipp. 3. aph. 1. par-  
iant *morbos*. Quod ea tamen non  
tulerit singulares aliquas, præter co-  
piosas defluxiones, epidemias, qua-  
lium alias feraces esse solent similes  
annorum constitutiones; existimo  
in singulare nostrum commodum fe-  
cisse, quod dictæ illæ varietates nun-  
quam repente irruerint, sed successi-  
ve, & veluti inadvertibiliter, neque  
diu tales perseverarint, neque mag-  
nae fuerint: quod tamen requiritur  
ad inducendos in corpora ex aëre  
morbos populares. *Magnas* siqui-  
dem, dicit Hipp. citato loco, *muta-  
tiones facere morbos* 3. aph. 7. autem  
dicit: *si annus magna ex parte talis  
fuerit.* Quod ipsum sentit & Galen-  
nus *Comment 1. in lib. 1. Hipp. de  
morbis vulgaribus*. Quandoquidem  
igitur hic annus, juxta dicta, ma-  
xima ex parte fuerit varius, & fre-  
quentissime pluviosus: tales consti-  
tutiones vero solent esse defluxio-  
num, seu morborum a peccante lym-  
pha dependentium feraces; mirum  
non est, quod potissimum tempore præ  
quibusunque aliis affectibus vige-  
rint defluxionum morbi.

Curationes eorum non adduco, sed

relego benevolum Lectorem ad  
*Chronologiam meam Med. elapsō*  
Vere Francofurti una cum Intricato  
Extricato meo Medico recusam. Ne  
vacuæ tamen omnino sint hæ pagi-  
nae, aliorum morborum hoc tem-  
pore observatorum, & solum bre-  
viter meminisse hic lubet certæ no-  
bilis Matronæ, elapsa quadragesi-  
ma a me ab hydrope ascite feliciter  
percuratæ, elapsa autumno vero ex  
eodem malo tamen, sed per errorem  
defunctæ. Hæc tota elapsa æstate  
circa querelam vixerat: quod ea ve-  
ro horariis fructibus nimium indulsis-  
set, & alias licentiosius pro ordina-  
rio muliercularum more vicitasset,  
sub initium autumni de novo crarib-  
us intumescere occuperat, successi-  
ve & abdomine; sed quod cum nes-  
cio quo inventre motu: se concepisse  
suspicari incœperat, & propreterea  
omnia remedia, ne inde forte abortus  
periculo se se exponeret, negli-  
gere, usque dum exacto, sua opini-  
one, gestationis tempore, dum pa-  
rituram se existimat, vitam cum  
morte commutari. Apertum prop-  
terea Cadaver, ut foetus eximeretur:  
aut ejus loco aliud non repertum,  
quam ingens in abdomine aquarum  
colluvies. Ut adeo manifeste con-  
jicere licuerit, morum illum, quem  
foeti illa imputabat, aliunde non  
fuisse, quam a flatibus, aut collu-  
viei illius aquosæ in abdomine con-  
tentæ, & sub corporis motu, aut  
ventris contrectatione perceptæ flu-  
ctuatione. Si infelix mulier alias  
tempestive ad rem fecisset ( quamvis  
gravidas a similibus generosis reme-  
diis indigentibus malis circa abortum  
liberare, sit ex nostra in Intricato

Ex-

Extricato nostro medico tradita doctrina , perarduum ) forte non minus juvari potuisset , quam adjuta a me fuit Sutorissa illa , cajus ut talis curatio proposita fuit in Chronologia meæ Med. Anno I. §. CXXI. In simili siquidem peccantium humorum aggregatione remedia etiam valentiora , qualium hydrops præ aliis affectibus indigeret , non tam factum , utpote rem domesticam , & naturæ congenitam , quam humorem peccantem , utpote quid a natura alienum , citra abortus consecutionem , aggrediuntur. Prout id pluribus deductum a me fuit in jam allegata Chronol. meæ Med. Anno II. §. CXXVII. & alibi. Ut taceam , quod in tali casu præstare videatur saltem matrem etiam cum aliquo abortus periculo salvare , quam Matrem & factum evidenti periculo expositum , relinquere. De imaginariis conceptibus alias si quis plura legere cupit , inspicere potest Sachsum in Scholio ad observ. 1. Anni I. Decuria I. Ephem. Nat. Curios.

Meminisse item lubet duorum febricitantium , quorum uterque in sextum usque mensem intermittenter febricitabat , non obstantibus variis a suis Medicis sibi ordinatis remediis , quos Ego tamen solis sequentibus mox ad anni principium celerime liberaveram. B. Pil. tartarear. Schræd. 3b. extr. gentian. cent. min. ana. gr. iv. Resin. jalap. pin. sub. gr. vii ol. mac. cont. ij. M. cum tinctura tartarii F. pil. N° IX. Sumantur die a paroxysmo libera. Hinc pro ventriculi corroboracione , & cruditatum correctione sumantur quotidie mane ex juscule de sequenti

tinctura in diuturnis febribus specifica guttae XXX. B. Essent absinth. agrimon. Elix. propriet. parac. s. acido tinct. tart. spir. sal. \* ci ana. 3j. M. Atque ab extra lienis regio- ni applicetur Emplastrum de Cicuta cum ammon.

Sique videretur , memorata pilulae adhuc semel iterentur. Et exacte observata interea vietus regula uterque constanter convaluit.

Ad certum quinquagenarium hypochondriacum sèpe tæpius ventris corrosionibus , & nocturnis vigiliis tortum pro dando consilio vocatus , dum vidissim , quod ei a Medico suo Ord. frequentissime ad vesperum pilulae de cynoglossa aliquot granis laud. op. acutæ concederentur ; carundem itam frequenter usum absolute disfluaseram veritus , ne ex forte successive caput ad apoplexiā disponenterent. Quod in eo vero mihi non obsequeretur patiens , ut ipse asserebat , alleviari solitus ; ei ultimatum cum suo interitu obtigerat , quod Ego ipsi pridem prædixeram. Sæpe siquidem etiam ea , quæ prodeße videntur , obsunt.

Prosperiore sorte sibi econtra procuratum fuisse per sex hebdomadas frustra desideratum in arthritide vaga somnum , mihi eodem tempore fide dignissimus narraverat certus Soc. JESU pater , charta , in qua multo tempore involutus in officina aromataria asservabatur crocus , capitii obvoluta. Ut adeo non vane suaserit V Vedelius apud Friccium in singulari suo tractatu de virtute Venenorum Medica cap. XXIII. de croco , crocum sacculo inclusum , & infantum , si qua

dormire non possunt, capitibus suppositum, cum admonitione tamen, ut, ne is eis forte nimium soporem inducat, postquam obdormivere, is iterum subtrahatur.

Adjicio rarioris illius affectus, quem ob involuntariam, & justo copiosorem crudæ, & facto haustui analogæ urinæ profusionem, Diabetem vocant Medici, succinctam, sed felicissime peractam curationem. Certus in honorifica dignitate constitutus 52. annorum Sacerdos, temperamento arrabilarius, & ob plurima negotia, vitamque sedentariam factus, utidicitur, hypochondriacus, inter reliqua hypochondriacis familiaria accidentia successive defnum etiam de urinæ ardore, & multo in urina fabulo lamentari cœperat. Hinc præter reserandis obstructionibus dicata plurima remedia etiam abstergentibus, leniter diureticis, & urinæ acrimoniam obtundentibus usus est, quale præ aliis erat decoctum Foresti, & syr. de althæa Fernel. Taceo stomachica, & alia, quæ subinde ab urgentibus circumstantiis exigi videbantur. Inde sublatus quidem fuit molestissimus ille urinæ ardor, sublatum etiam cum urina excerni solitum fabulum; verum ejus loco inducta memorata illa involuntaria, & nimia crudæ, & potui colore plane analogæ urinæ profusio cum ea marasmatica corporis contabescencia, ut venerabilis æger omni prorsus appetitia, & somno destitutus sine fine fitibundus proxime interitus videatur.

Hinc itum in consilium, & conelatum, ut posthac cura tota eo dirigeretur, quo urinæ nimia illi pro-

fusioni corporis substantiam catenus depascenti idoneis remediis occurreretur.

Statutum propterea, ut æger ab omni difficulter digestibili abstineret, vitaret vinum, & ejus loco pro siti, quamvis pulsum vix alteratum haberet, biberet jus carnis bubulæ perfigeratum, & ab omni pinguedine per præviam per pannum lineum colatram liberatum, subinde autem emulsionem amygdalarum dulcium, exhilarato quandoque sitiente ore cochleari vini cydoniorum, vel granatorum acidorum, quandoque etiam granis ipsis pomorum granatorum. Pro cibo vescetur juribus caponis, in quibus concusus sit vitellus ovi tec. contusis, amygdalatis, evenatis, hordeatis, & pulibus ex ovis, & pulpa panis triticei paratis, malis cotoneis &c. sique posset, carne vitulina, caponum, pullorum, avicularumque montanarum. Mane etiam & vespere assumet bonæ castaneæ magnitudinem de hoc specifico.

℞. Conserv. ros. rub. ʒij.

rad. symphill. maj. ʒij.

spec. diatrog. frig. ʒi.

coral. rub. prap.

terra sigil. ana ʒi. M.

cum syl. cydon. F. electuarium.

Regionem renum ungeret ungu. rosoato refriger. Gal. & Comitillæ. Spinam dorli autem & pectus ungu. resumptivo. Quibus constanter continuatis redit successive tantus appetitus, ut sibi a cibis vix temperare valuerit. Item somnus, vires, & carnium consumptarum recuperatio ad admirationem.

Con-

*Constitutio Anni 1714.*

à Dn. D. MARCO GERBEZIO,

*Medico Labacensi, Labaci in Carniola observata.*

**S**I unquam aliquis annus fuit irregulariter constitutus, fuit apud nos Labacenses annus 1714. cuius constitutionem quoad aëris temperiem in praesenti communicamus: excepta siquidem sola hyeme, qua fuit cum paucis nivibus aquilonia, & per totum toleranter frigida, & secca, totum reliquum ejus residuum. Ver videlicet, aestas & autumnus, excepto Novembri mense & dimidio Decembris, quotum dies in accepta aëris amoenitate decurrerant, erat meritis varietatibus, & veluti quotidianis pluviis subjectum. Unde tot, tantæque aquarum exundationes, ut nec sata maturescere, nec gramina defalcari, siccarique, nec semina opportunis temporibus terræ mandati potuerint; quæque terræ mandata fuere, aut propterea non adoleverant, in semine suffocata, aut adulta ameritis viciis, zizaniis, & loliis adeo conspurcabantur, ut usui esse vix potuerint, aut ab ureidine adusta grana effixa, & farina fere destituta tulerint. Unde insueta annonæ penuria, & propterea præterim Croatianam versus, fere communis inter plebejos famæ.

Qua stante aëris constitutione qualiter humana valetudo substiterit; nemini credo difficile fore conjicere, qui ex Hippocratis *lib. tertio achor.* & alias novit, qualium tales annorum constitutiones soleant esse fera-

ces corporum indispositionum; præsertim, si is præterea perpendere, qualem vietus rationem in simili rerum penuria, & caritate fuerit observare necesse, & quali, quamvis insalubri qualitate debuere fuisse prædicti non solum terræ, verum & arborum, vitiumque fructus, utpote dicta ureidine adeo exesi, adustique, ut vix fuerit reperire pyrum, pomum, vel etiam botrum, qui integrer, immaculatus, & connaturali suo sapore prædictus fuisset: quamvis & talium parcissimus fuerit quæstus. Substitit videlicet, si unquam aliquis, lamentabiliter. Eo, quod similes temporum constitutiones, soleant esse ex Hipp. citato loco, & nostra in *Chronologia Medica* tradita doctrina, morborum feracissimæ.

De hyeme quidem nobis non erat, quod adeo quereretur, utpote quæ utcunque tolerabili suo frigore siccitateque corpora potius reddebat *firma, agilia, & bene colorata*, adeoque bene valentia, quosque tulerat morbos, eorum saltem solum accidentalis extitit causa; quatenus videlicet humiditates a prægresso pluvioso anno in corporibus nostris aggregatas altius impresserat, coagularat, & a discussione per insensibilem perspirationem impediverat.

Quod ipsum puta & de Novembri mense, Decembrisque anteriore dimidio, utpote similiter leni aquilo-

ne perflat, & potissimum amena serenitate illustratis. Ast tanto maiores querelæ nobis fuere contra Veris, æstatis, & reliqui autumni [utpote adeo pluviosorum, ut vix intercurrit duorum triumve dierum serenitas, Solisve illustratio, quæ a pluviis, aut saltem nubilo cœlo cum plane insueta aëris asperitate non faisset interrupta] decursum: Qui propterea tantis cum ægrotis negotiis nos oneraverat, ut iis expedientis vix sufficerimus. Quin imo, postquam affinem nobis Styriam ad Judenburgum peste infectam perceperamus, nobis plane de adhuc deterioribus metuere inceperamus. A quibus tamen præservavit nos hactenus gratiosum Numen.

Morbi autem, a quibus adeo impetebamur, erant præter omnis generis defluxiones similibus temporum constitutionibus semper familiares, arthritides, colici dolores, pleuritides, hydropses, febres tam intermittentes, quam continuae, & ex eis multæ plane malignæ, diarrhoeæ, dysenteriae, vomitiones, lumbriæ, variolæ, morbilli, & rubeoæ: nulli tamen funestiores, quam febres petechiales, & præsertim Decembri Mensæ variolæ. Quibus propterea etiam multi præsertim Augusto mense, & Septembri plane succubuere. Quamvis, qui victus rationem observarant, riteque curabantur, potissimum reconvalescerent.

Singulare quid duobus fratribus acciderat: Utrumque prævio totius corporis rigore febrilis incalcentia apprehenderat. Hinc plane intollerabiles lumborum Puncturæ. Desuper unum petechiæ scarlatinæ seu pur-

pureæ, alterum petechiæ nigrae, & variolæ purissimo sanguine soliti puris loco suffusæ. Et ille tertia morbi die, hic septima inopinata succubuit.

Certa etiam 10. annorum hercula cortice peruviano vix a febre quartana liberata in variolas confluentes densissimas inciderat, quæ successive etiam eo perductæ fuere, ut contraëstis crustis instantaneæ abscessuræ crederentur, herrulamque pristinæ valetudini more solito restituturæ. Ast ecce quam inexpectatum fatum! præterquam enim, quod crustæ etiam sepius oleo amygd. dulcium perunctæ nullatenus recessissent (persistente interea semper febre acuta continua, & tussicula) ultimatim ex eo deductæ fure, ut si quam casu tamen abscedere accideret, ea post se ardentissimum ulcus absque omni pure relinquoret, usque dum miserabili herrula ultimatim, 21. scilicet morbi die, e vita exceedere fuerit necesse. Usque adeo de variolis, nisi cum eis & febris, & reliqua accidentia recedant, nunquam venit triumphandum.

Certus Mercator Goritia Labacum cum intensissima & ea continua febri in maximo frigore delatus, de intensissimis & fauicium, & artuum doloribus lamentabatur: a quibus demum etiam idoneis remedii liberatus erat. Sed desuper [persistente adhuc febre] toto corpore minutis, & densissimis hidatibus, seu vesiculis aqua refertis, adeo fuit perspersus, ut quis eam undique fervidissima aqua fuisse perfusum, perustumve citra dubitatio-

tionem jurasset. Et non obstantibus quibuscumque remediis quoque ipse 18. morbi die obiit.

Certus Lib. Baro econtra usque ad desperationem asciticus, dum proxime expiraturus crederetur, superveniente tumidissimo scroto, inflammatione, & abscessu, sponteque evacuatiss inde aquis præter omnem expectationem convalluit. Utque adeo desperandum nunquam: sed dum spiramus, speremus.

Carbonum suffocatorum illorum, quibus fabri ferrarii uti consuevere, vapores esse nocentissimos, nemo facile est, qui necia: noxios vero & que esse ordinarios illos ab aperto igne combustis lignis relictos, non facile credo fuisse observatum. Accidit tamen, quod elapsio Decembri ex intenso frigore domum reversus faber ferrarius septuagenarius, eo quod sese ad talium carbonum ignem excalescisset, in eum seporrem, cum maximo stertore incidet, ut is ab astantibus omnibus pro fortissime apoplectico, adeoque ex sententia Hipp. 2. aph. 42. pro omnino desperato haberetur, successisse quidem clystere acri, frictionibus, sternutatoriis, vesicantibus, & volatilioribus antiapoplectis rursus excitatus, ultimatum vero, decima tertia videlicet morbi die tamen e vivis sublatus.

Simillimum fatum accidisse recordor ante annos Iggensi rustico in noviter calefacto, & non pridem extrecto fornicato cubili, qui vero

libero aëri expositus sese tamen rarus recollegarat. Sed septuagenario illo longe junior erat.

Singularis molis calculum in vesica gestare absque eo, quod ab eo saltem subinde urinæ excretio intercipiatur, meo judicio pro raro habendum est. Factum id tamen fasce detexerat nobis nuperime dissestum corpus nostri Labacensis Ecclesæ Decani. In ejus squidera vesica ad digitii crassitudinem corrugata deprehensus fuit trium unciarum calculus, qui tamen urinam nunquam intercepisse fuit observatus; quin potius is, postremo præser- tim anno, continui urinæ crudis- fuisse profluvii exitiit causa. Sed sciendum venit, calculum hunc ab ætro semper fuisse pro hernia ha- bitum, quem propterea a pluribus annis semper sursum cingulo hernio- sis consueto religatum gestabat, im- pediebatque hoc medio, ne is un- quam ad vesicæ orificium devolvi, & urinam omnino præcludere po- tuerit: quin potius, quatenus totum contractæ vesicæ spacium sua mole oc- cupabat, cauta erat, ne a renibus jugiter affluens urina ibidem subsiste- re potuerit, sed potius veluti gutta- tim jugiter excerni debuerit. Ju- varet propterea quoque forte alias (nisi lithotomiae remedio periculoso & sape impossibili sese subjicere mal- lent) tali medio uti, ut taliter sal- tem ab eis alias consueta urinæ præ- clusione liberi viverent.



# INDEX

## RERUM ET VERBORUM

### Totius OPERIS.

- A** Bortus curatio. Pag. 435  
Acupunctura in Hydrope reicitur. 503  
Aëris terrenis effluviis inquinatus Epidemicorum morborum cause. 22. 146  
149. 511  
Aëris dispositio sola Pestem vix potest suscitare. 65  
Aëris manifeste qualitates morbos Epidemicos varie moderantur. 22  
non tamen eos producunt. 117. 511  
Aëris mutatio in febribus ekronicis non-nunquam valde est salutaris. 57  
Aëris mutatio quo tempore fieri debeat. ibid.  
Aëris occultum quoddam vitium utriusque gignit morbos. 63. 117  
Affectus quidam scorbuti nomine perpetram insigniuntur. 39. 173  
Alba profluvia vid. Fluor muliebris  
Alexipharmacæ plerunque calida sunt. 68  
Alexipharmacæ occulta quadam indole agere nec dum constat. ibid.  
Alexipharmacæ sudores solum movendo videntur operari. ibid.  
Allium landatur in hydrope incipiente. 502  
In variolis Confluentibus pedum planis aamovendum. 402  
Alvi profluvio & vomitus à sudore sedantur. 75  
Amentia sive Maria post febres intermitentes autumnales. 60  
Ambustorum curatio optima linteo mandefacto in spiritu vini. 169. 679  
Anatomiae quanam notitia Medico necessaria. 495  
Anethum non semper proscriptis singulatum. 43  
Angina à quo aëris temperamento plurimumque oriatur. 22  
Angina descriptio. 176  
Curatio. 177  
Angina Epidemica. 160  
Aniculæ Medicorum Simile stolidæ ac infelices. 92. 94  
Anima mundi. 77  
Animi pathemata spirituum systema solvunt. 480  
Annorum constitutiones varia ab occulta aëris alteratione. 22  
Anodina vid. Paregorica.  
Antimonialia Emetica nunquam tuò exhibentur puerulis infra adolescētiam constitutis. 33  
neque tuto præbentur nisi probè dilata fuerint. 32  
Aphæ in Dysenteria. 109  
Aphæ febri supervenientes quomodo removenda. 515. 523  
Apoplexie curatio. 663  
Apostema quid sit. 100  
Apostematis cum febre analogia. ibid.  
Apozema

# INDEX RERUM ET VERBORVM.

- Apozema aperiens & antiscorbuticum. 644  
 Apozema pectorale in Pleuritide. 165  
 Apozematis post febres autumnales usurpandi formula. 58  
 Appetitui agrorum licet incongruo sapientia indulgere oportet. 394  
 Aquæ cardiaæ temperatae. 112  
 Aqua distillata in Podagra. 471  
 Aqua mentha in Vomitu egregie confert. 45  
 Aqua minerales cur non in omnibus ventris terminibus Salutares. 521  
 Aqua minerales mulsum vitande in gonorrhœa. 365  
 Aqua minerales ferrea quando hystericis præbenda. 424  
     cùm non transeunt ab iis planè abstinentia per diem unum alterumve. ibid.  
 Aqua minerales eadem in quibus calculosis tuò usurpentur. 603  
 Aqua minerales quibus Podagricis minus convenient. 604  
 Aqua rosarum capiti applicata vigiliis medetur. 41  
 Ars Medica valde adhuc imperfecta. 141  
     non rectius quam ab ipsius usu addicitur. 3  
 Artis Medica incrementum in quo consistat. 6  
 Arthritis. 170  
 Arthritis Naturæ medicatrixis instrumentum. 20  
 Arthritidem præcedentia & consequentia symptomata scorbutica mentiuntur. 173  
 In Arthritide materia morbifica recursus summè noxius. 70  
 Asthma siccum. 169  
 Asthmatis inveterati curatio. 681  
 Authoris integritas. 392  
 Autumnio humores sunt viscidiores quam hyeme. 49
- B Otanica sensuum testimonio debet inniti. 26  
 Bubones in Peste. 72  
 Bubonum in Peste exortus. 67  
 Bubo pestilentialis interdum ex improviso disparet. 69
- C Æci dantur meatus ex abdominis cavitate in intestina. 495  
 De Calculo humano Martini Listeri disseratio medicinalis. 619  
 Calculus rerum prævenitur copiosa cerevisia tenuis sub noctem compotatione. 477  
     item. potu diatetico loco potus ordinarii. ibid.  
 Calculi magnitudo vrreteris capacitatem hand superans quomodo cognoscatur. 665  
 Calculi curatio. 485. 664  
     Manna in sero lactis solùm commendatur. 664  
     Laudantur & aqua chalybeate nisi major calculus rerum adfuerit. 665  
 Calculum Renum simulans affectus. 132  
 Calculum vesicae simulans affectus. 132  
 Ejusdem memorabile exemplum. ibid.  
     Vulgaria contra calculum vesicae remedia hic nocebant, proderat vero narcoticum. ibid.  
 De Calculo Vesica disputatio medica sub Preclarissimo viro Carolo Drelinchurtio habita. 605  
 Calor Adolescentium juxta cubantium interdum debilibus mirè confert. 39
- Canis rabidi morsus. 680  
     Curatio. ibid.  
 Capillorum abrasio in Phrenitide confert & cur. 517  
 Cardiaca quibus conferunt & quo morbi tempore exhibenda. 35. 36  
 Cardiaca moderata. 36
- .ibid. L1111 Eorum

# INDEX RERVM

- Eorundem formulae. ibid.  
 Cardiaca generosa. 61  
 Cardiacorum virtus. 56  
 Cataplasma in Rheumatismo. 171  
 Catharri Epidemiei anno 1675. 136  
 Catharticorum exhibitio nimia in plurimis affectibus noxia. 420  
 Catharticum pro Infantibus tenellis. 645  
 In Catharticis exhibendis cautio per quam necessaria. 421  
 Cerevilia purgativa. 645  
 Chalybs vid. de ejus usu in hysteris affectibus. 423  
 Chalybs cum nihil profecerit in morbis curandis aqua mineralis ferrea adenda. 424  
     cumque ista minus conferant aqua calida sulphurea, quales Bathonienses, adenda. ibid.  
 Chlorosis quomodo curanda. 423. 678  
 Cholera morbus quo anni tempore invadere solet. 23  
     quandiu grassetur. 104. 667  
     ejus descriptio. 106. 667  
 Curatio nec cathartica nec adstringentib[us] molienda. 107  
     quo pacto perficiatur. 667  
 Cholera Epidemica. 184  
     ejus curatio. ibid.  
 Cholera sicca. 106  
 Chorea Sancti viti. 517. 662  
 Chronicis morbi indigestionibus debentur. 472  
     modus quo gignuntur. ibid.  
     quomodo cum preveniendi tum curandi. 473  
     qualis interim dieta observanda. 475  
 Chronicis morbi plures scorbuti larvam gerunt. 172  
 Chymia quousque utilis. 497  
 Chymica morbos non ita mirè debellant. ibid.
- Chymica preparatio medicinas deteriores sape reddit. 419  
 Cicatrices Variolarum illitionibus nequeunt praecaveri. 95  
 Cicatrices Variolarum regimine moderato praecaventur. ibid.  
 Cicatrices Variolarum praecavendi ratio. 148  
 Clyster in Dyarrhoea. 43  
 Clysteres in soporosis affectibus valde utiles. 128  
 Clysteres in quibusdam colicis plus nocent quam profunt. 129. 133  
 Clysteres in serum febribus minus tuti. 34  
 Clysteres fumi tabaci commendantur omnium potentissimi. 522  
 Clysterum frequens usus in febrium declinatione vitandus. 34. 152  
 Clysterum frequens usus in hypocondriacis & hysteris nocet. 152  
 Cocta non cruda sunt medicanda. 102.  
     139. 470. 526  
 Colicæ biliosa & hysterica quam diversæ esse debeant curationes. 431  
 Colica biliosa descriptio. 127. 666  
     Causa. 128  
     Curatio. ibid.  
     Enemata nullius hic usus. 129  
     Equitatio in declinatione laudatur. 130  
     Dieta. - 131  
 Colica Hysterica descriptio. ibid. 669  
     Anodynus sedatur interdicitis venæ sectione & catharsi. ibid.  
     Nisi in valde Sanguineis. 133  
     Præservatio. 669  
     Sape desinit in Iterum. 133. 669  
     Cujus curatio ostenditur. 134  
 Colica hysterica & hypochondriaca curatio eadem. ibid. 669  
 Colica Pictonum. 168  
 Color excretorum sape nullam Practico suggerit

# ET VERBORVM.

<i>suggerit indicationem.</i>	133	<i>Anni 1703.</i>	752
<i>Colorum speculatio admodum incerta.</i>	415	<i>Anni 1704.</i>	756
<i>Comatis Febri supervenientis curatio.</i>	138. 517	<i>Constitutio Epidemica Hassiacâ anni 1693.</i>	
<i>Coma in Variolis.</i>	85. 97	<i>&amp; 1694. Michaelis Bernardi Valentini.</i>	272
<i>Cosatio in Febribus quid.</i>	35	<i>Anni 1695.</i>	283
<i>Constitutioni aëris praesenti intermittentibus febribus omnino faventi successum videtur febris Depuratoria, quam regnaturam per aliquot annos Pestis tandem excipiet.</i>	511	<i>Constitutio Epidemica Hildesiensis anni 1685. cum Epistola Bertholdi Behrens ad Lucas Scroockium super hanc rem.</i>	292
<i>Constitutiones Epidemica vid. Epidem.</i>		<i>Constitutio Epidemica Holstatica anni 1706. Dn. D. Guntheri Christophori Schelhameri.</i>	761
<i>Constitut. De Constitutionibus anno- rum 1690. 1691. 1692. 1693. 1694 Dis- sertationes tres Bernardini Ramaz- zini.</i>	202 & seq.	<i>Constitutio anni 1709. apud Labacenses in Carniola notata à Dn. D. Marco Gerbezio.</i>	762
<i>Constitutio Epidemica Augustana anni 1695 Luca Scroockij.</i>	273	<i>Anni 1710.</i>	765
<i>Anni 1696</i>	284	<i>Anni 1712.</i>	803
<i>Anni 1697</i>	713	<i>Anni 1713.</i>	809
<i>Anni 1698</i>	718	<i>Anni 1714.</i>	813
<i>Anni 1699 &amp; 1700</i>	300	<i>Constitutio, sive Historia Epidemica Mans- feldiaca anni 1697. &amp; 1698.</i>	315.
<i>Anni 1701. 1702. 1703. 1704. &amp;</i>	1705. 347. & 735		316
<i>Anni 1706. 1707. 1708. 1709. &amp;</i>	1710.	<i>Constitutio Epidemica Mulhusini Terri- torii finitimarumque locorum obser- vata anno 1700. ad Dn. Luc. Scro- eckium à Johanne Georgio Höyero transmissa.</i>	767
<i>Anni 1711. &amp; sequent.</i>	798	<i>Constitutio Epidemica Posoniensis anno- rum 1695. 1696. 1697. Dn. D. Caroli Raygeri.</i>	729
<i>Constitutio Epidemica Basileensis anni 1695 Joannis Jacobi Harderi</i>	277	<i>Constitutio Epidemica Sangallensis, finis anni 1696. &amp; principiis 1697. Dn. D. Sylvestri Samuelis Anhornii de Hart- vijs.</i>	727
<i>Anni 1698.</i>	720	<i>Constitutio Epidemica Tubingensis anni. 1701. Dn. D. Rudolphi Jacobi Came- rarii.</i>	779
<i>Anni 1699.</i>	310	<i>Eiusdem Schediasma ad Historiam Epi- demicam Anni 1702.</i>	781
<i>Anni 1700. &amp; 1701.</i>	746	<i>Constitutio Epidemica Vratislaviensis anni 1699. 1700. &amp; 1701.</i>	321. & seq.
<i>Constitutio Epidemica Berolinensis anni 1695. Gustavi Casimiri Gahrliep, von der Mühlen,</i>	277		
<i>Anni 1696.</i>	288		
<i>Anni 1697.</i>	721		
<i>Anni 1698.</i>	724		
<i>Anni 1699.</i>	306		
<i>Anni 1700.</i>	318		
<i>Anni 1701.</i>	747		
<i>Anni 1702.</i>	342		

LXXXII 2 Confite

# INDEX RERUM

- Constitutio de frigore hyemali anni 1709.* 788  
*Dn. Johannis Guilielmi Baieri.* 788  
*Constitutio de frigore hyemali anni. 1709.*  
*Dn. D. Bernardini Ramazzini.* 791  
*De Contagiosa Epidemica Boum Differ-*  
*tatio habita à Bernardino Ramaz-*  
*zini.* 437  
*Cotagium quomodo propagetur.* 154  
*Contusionum curatio* 487. 680  
*Convulsio Dentitioni Infantum superven-*  
*nens sola Vena sectione curatur.* 122  
*Specifica vulgaria hic minus tanta*  
*sunt.* Ibid.  
*Convulsiones pro partium quas invadunt*  
*diversitate varios gignunt vel simu-*  
*lant affectus.* 132  
*Præstant hic Narcotica præ omnibus*  
*alii.* 143  
*Convulsivi motus non semper evacuatio-*  
*nes prohibent.* 517  
*Correctivorum purgantibus immiseri*  
*solitorum incommoda.* 364  
*Corroborantia primi ordinis.* 192. 425.  
*Corroborantium omnium maximum est*  
*equitatio.* 476  
*Inter Corroborantium usum Cathartica*  
*nunquam intercalanda.* 502  
*Cortex interior sambuci laudatur in*  
*Ascite grandiore.* 499. 672  
*Cortex Peruvianus inter anti quartana-*  
*ria hactenus unicum.* 55  
*Conferre etiam poterit in Tertianis.*  
*189. 56*  
*Febrem sèpius suspendit quam de-*  
*bellat.* 55  
*Methodus eum exhibendi.* Ibid. 189.  
*193*  
*Cortex Peruvianus laudatur quoque in*  
*affectionibus hysteris.* 425  
*In podagra.* 471  
*Corticis Peruviani incommodeum inRheu-*  
*matismo scorbutico.* 173  
*Quare Cortex ita male audiat.* 185.  
*Ibid.* 188  
*Quomodo intentari ejus discrimina evi-*  
*tari possint.* Ibid.  
*Quod immerito inculpetur.* 425  
*Quòd inter Corticem exhibendum de-*  
*cubitus in lecto, & cardiacorum*  
*assumptio sint diligenter evitanda.*  
*Ibid.* 190  
*Quod omnes evacuationes post ejus*  
*usum sint interdicenda.* 191  
*Cortex febribus inflammatoriis curandis*  
*ita non confert ut planè obfit.* 198  
*In febre que Quotidianum aliquate-*  
*nus imitatur inefficax.* 191  
*In Sanguine & spiritibus confortandis*  
*egregium est remedium.* 425  
*In afflictionis hysteris & hypocon-*  
*driacis.* Ibid.  
*In podagra prævenienda.* 471  
*Cortex in electuariis & pilulis exhibitus.*  
*Ibid.* 188  
*In infusione.* 190  
*Copula febres producit.* 160  
*Croci metallorum infuso.* 97  
*Quoties in hydrope repetenda.* 498  
*Curationis in morbis acutis rechè insi-*  
*tuta character.* 119  
*Curis affectionum curatio.* 175  
**D**ebilibus adolescentiorum accubi-  
**tus mirè interdum prodest.** 39  
*Decoctum album ex pane & Cornu cer-*  
*vi.* 112. 125  
*Decoctum amarum purgativum.* 645  
*Decoctum amarum quando usurpandum.*  
*Ibid.* 191  
*Decoctum aperiens & antiscorbuticum.*  
*Ibid.* 644  
*Decoctum diateticum.* Ibid.  
*Decoctum Pulii in cholera laudatur.* 107.  
*Ibid.* 667  
*Dentitioni Infantum superveniens con-*  
*valse*

# E T V E R B O R V M.

<i>vulso sola Vena sectione curatur.</i>	122	<i>Diarrhoea in Variolis distinctis noxia, in confluentibus salutaris.</i>	94
<i>Specifica vulgaria hic minus ita sunt.</i>		<i>Diarrhoea post Morbillos curatio per re- ne sectionem.</i>	122
<i>ibid.</i>		<i>Diascordium.</i>	33. 91
<i>Despumatio in febribus Intermittenti- bus.</i>	46	<i>Diascordium singulti medetur.</i>	43
<i>Diabetes.</i>	676	<i>Digestiva medicamenta.</i>	470
<i>Diabetis curativa indicatio.</i>	192	<i>Digestiva ob materia crassitatem evacua- tioni premittenda.</i>	100
<i>Remedia medica.</i>		<i>Quantum valeant in morbis chronicis debellandis.</i>	474
<i>Dieta febrem praecavens.</i>	151	<i>Quandiu perseverandum in eorum usu.</i>	ibid.
<i>Dieta in luc Venerea observanda.</i>	368	<i>Dogmaticorum exprobatio.</i>	480
<i>Dieta podagricorum.</i>	475	<i>Dolor partium à convolutionibus.</i>	132
<i>Dieta qualis in morborum chronicorum curatione observanda.</i>	474. 475	<i>Dysenteriae descriptio.</i>	109. 665
<i>Dieta lactea in Podagra censura aqua. ibid.</i>		<i>Curatio.</i>	111. 112. & seq.
<i>Diaphoresis non convenit in omni febre.</i>		<i>cum sero lactis.</i>	114
<i>Periculi plena est intertianis &amp; quoti- dianis.</i>	140. 526	<i>laudani solius usu.</i>	116
	186	<i>Dieta.</i>	115
<i>Diaphoresis quanam profit, quanam ve- ro noceat.</i>	140	<i>afflictus est periculosus.</i>	109
<i>Diarrhoeæ curatio.</i>	31. 112	<i>duturna definit in Tincsum.</i>	110
<i>Diarrhoeam ubi vomititioni conjungi- tur ab Emeticô non ab adstringentibus propriè fisti.</i>	32	<i>Dysenteria Endemica Hibernorum.</i>	ibid.
<i>Attamen Enemate adstringinti fisti posse si minus valeat Emeticum.</i>		<i>Dysenteria Epidemica diversorum anno- rum.</i>	104. 105
<i>Diarrhoea melius curatur Vena sectione &amp; Sanguinem contemperantibus quam quibuscumque.</i>	43	<i>Dysenteria Symptomatica.</i>	134. 135
	102	<i>Dysenteria quo anni tempore intradere soleat.</i>	108
<i>Diarrhoea in febre continua Epidem. ab anno 1661. ad 1664.</i>	31	<i>Dysenteria quandoque per annos aliquot affligit.</i>	115
<i>Diarrhoea in febribus unde oriatur.</i>	99	<i>Eiusdem per repetitam Vena sectionem curata exemplum.</i>	ibid.
<i>Diarrhoea Epidemica ab anno 1667 ad 1669. 79. 102</i>		<i>Dysenteria cum torminibus siccis cura- tio.</i>	114
<i>Diarrhoea Symptomatica anno 1675.</i>	135. 137	<i>Dysenteria sapienti se jungunt &amp; phæ.</i>	109.
<i>Diarrhoea Pleuritidi superveniens.</i>	99	<i>In Dysenteria consumaciō quid agen- dam.</i>	116
<i>Diarrhoea in Variculis.</i>	97	<i>In Dysenteria intestina quandoque gan- grava afficiuntur.</i>	109
<i>Diarrhoea Variolarum confluentium co- mes.</i>	83	<i>In Dysenteria meri Sanguinis dejecto in- teriorum minatur.</i>	ibid.

# INDEX RERVM

- In Dysenteria mucosa dejectiones unde.*      ibid.  
*Dysenteriae circa aquinoctium autumnale  
grossantes.*      25  
**E**bullatio humorum in febribus Inter-  
mittentibus.      49  
*Eclegmata incrassantia in Tussi.*      644  
*Electuarium hystericum & emmenago-  
gum.*      432  
*Electuarium roborans in podagra pre-  
stantissimum.*      471  
*Electuarium roborans in Tertiana dupli-  
ci.*      55  
*Electuarii antiquartanarii formula.*      56  
*Emeticæ quibus exhiberti convenit, &  
quibus non convenit.*      31  
    quo morbi tempore exhibenda.      32  
*Emeticum Authoris.*      ibid. 644  
*Empirici agro assidue medicamenta so-  
lent ingerere.*      158  
*Emplastrum hystericum.*      646  
*Emplastrum Episphaistica cervici in febribus  
caput potentibus cum fructu applican-  
tur.*      138  
*Empyema.*      164  
*Emulsio in pleuritide.*      165  
*Enema adstringens.*      43  
    in Calculo.      485  
    in dysenteria.      112  
*Enemata fumi tabaci commendantur  
omnium potentissima.*      522  
*Enemata vene sectionis locum quandoque  
supplent.*      34  
*Enematis abstinentum in progressu mor-  
bi.*      ibid.  
*Epidemicæ morbi qui dicantur.*      21  
*Epidemicæ morbi regulares & irregula-  
res.*      22  
    Vernales & Autumnales.      23  
*Epidemicorum morborum diversitas.*      21  
*Epidemicorum curatio quam varie insi-  
gnenda.*      ibid.
- Epidemicarum constitutionum quinque  
genera enumerantur.*      156  
*Epidemicæ constitutiones generales suas  
habent periodos.*      106. 149  
    ab occultâ aëris crassi pendent, non  
à manifesta.      22. 117. 511  
*Epidemicæ constitutio anni.*      1661. 62. 63.  
    annorum 1665. 66.      62  
    annorum 1667. 68. & partim anni. 69  
    annorum 1669. 70. 71. 72.      104  
    annorum 1673. 74. 75.      134  
*Epilepsia adultorum qua methodo cura-  
ri posse videatur.*      519  
*Epilepsia paucorum.*      676  
*Epileptici insultus in Infantibus Variola-  
rum sepe sunt prænuntii.*      80  
*Epistola Conradi Bertholdi Behrens ad  
Lucam Schroekium de constitutione  
Epidemicæ Hildesensis anni 1685.* 292  
*Epistola responsoria due à Thoma Syden-  
ham, prima de morbis Epidemicis ab  
anno 1675. ad annum 80. ad Robertum  
Brady M. D. secunda. De luis  
Venerea historia & curatione ad Hen-  
ricum Paman M. D.*      355  
*Equitatio est confortans maximum.* 426  
*Equitatio est exercitium omnium prima-  
rium.*      481  
    Est in Colica aliisque morbis chrono-  
cis exercitium utilissimum. 130. 131  
*Equitationis beneficia in morbis rebelli-  
bus devinciendis.*      476  
    In Tabidis Phthisicisque.      427. 681  
*Exemplum Hypochondriaci deple-  
rati equitatione mirè restituti.* 427  
*Equus septem annorum.*      47  
*Erysipelatis descriptio.*      174  
    curatio.      175  
*Evacuationes spente à natura fieri solitas  
imitari velle sapè stolidum est.*      140  
*Exanthe-*

# E T V E R B O R V M

<i>Exanthemata pestilentia post nimios &amp; coactos sudores.</i>	72	<i>Febris Infantum hellica.</i>	525. 677
<i>Exercitio calefacci sollicitè vitare debent frigus.</i>	160	<i>Febris hellica.</i>	173
<i>Exostoses Venerea quomodo transtanda.</i>	368	<i>Febris cum scorbuto.</i>	39
<i>Expectoratione Pleuritiidem curare velle periculofum.</i>	166	<i>cum Tussi.</i>	151
<b>F</b> <i>Febris quomodo fiat.</i>	20	<i>cum Variol.s.</i>	83
<i>Febris est natura instrumentum ad impuritatum secretionem.</i>	35. 100	<i>Febris sub torminibus ventris delitescens quomodo expugnanda.</i>	516
<i>Febris natura primaria.</i>	288	<i>Febris continua species quomodo ab aliis Epidemicis cum grassantibus dignoscatur.</i>	157
<i>Febris continua omnium quas Author novit, maximè uniformis.</i>	28	<i>Febris certam semper speciem è phenomenis elicere difficile est.</i>	118
<i>Febris continua constitutionis annorum 1661. 62. &amp;c.</i>	29	<i>Febris cum Apostemate analogia</i>	ibid.
<i>curatio.</i>	30	<i>Febris Nova natura quomodo investiganda.</i>	158
<i>Constitutionis annorum. 1667. 68. &amp;</i>	69.	<i>Quæ demum cantela indicationes curative sumenda in exortu nova febris.</i>	ibid.
<i>Constitutionis annorum 1670. 71. &amp;</i>	78	<i>Febris Nova anni 1685. descriptio</i>	511
<i>ditta Dysenterica.</i>	116	<i>curatio</i>	513
<i>curatio.</i>	118	<i>dieta</i>	516
<i>Constitutionis annorum 73. 74. 75. 134 curatio.</i>	135	<i>curatio in infantibus.</i>	523
<i>Febris nulla verè continua Authoris visa est ab annor. 1680. nisi forte ob rem male gestam.</i>	197	<i>Febris species unde possit dignosci.</i>	524
<i>Febris Intermittens, vide. Intermittens febris.</i>		<i>Febris hyemalis descriptio</i>	505
<i>De Febre Miliari sive Vesiculari tractatus Davidis Hamilton.</i>	531	<i>curatio</i>	507
<i>Febris Miliaris historiarum fasciculus.</i>	ibid.	<i>Febris eadem hyemalis pro nova potius febris venditur specie.</i>	512
<i>Febris pestilens vid. pestis.</i>		<i>Febris putrida Variolis confluentibus supervenientis descriptio</i>	593
<i>Febris pestilens per diaphoresin, pestis per abscessus propriè solvi videtur.</i>	69	<i>curatio</i>	595
<i>Febris depuratoria.</i>	156. 643	<i>Febris scarlatinae descriptio</i>	162. 648
<i>Febris Erysipelatosa.</i>	174. 655	<i>curatio simplicissima.</i>	ibid. ibid.
<i>Febris in Angina.</i>	161	<i>Febris praecavans dieta.</i>	151
<i>in Pleuritide.</i>	ibid.	<i>In Febre, commotionis vocem prestat usurpare quam fermentationis vel ebullitionis.</i>	29
<i>Febris Infantum Intermittens.</i>	651	<i>In Febre quadam Epidemica materia in Sanguine crassities.</i>	184
<i>Febris Infantum dentitioni superveniens quomodo profligenda,</i>	524	<i>In Febre Sanguis commovetur vel ad heterogenei secretionem, vel ad novam suscipiendam diathesin.</i>	30
		<i>Febre non raro, acceditur purus Sanguis.</i>	ibid.
		<i>Febre</i>	

# INDEX RERUM

- Febre non raro corripiuntur sani. ibid.  
 Febre sublata probè purgandus est ager,  
     non autem prius. 58  
     Finita purgatione paregoricum ex-  
         hibendum. ibid.  
 Febres Adolescentulorum vigentium. 53  
 Febres autumnales continua & intermit-  
     tentia qua in re à se invicem diffe-  
         rant. 54  
 Febres Continua Epidemica diversam  
     medendi methodum exposunt. 21  
 Febres Continua quare paucæ occurrant  
     vere nisi in constitutione Epidem-  
         ica. 49  
 Febres cum notabili symptomate. 160  
 Febres è levi dia: & errore. 56  
 Febres Epidemica à manifestis aëris qua-  
     litatibus varie mutantur. 117  
 Febres Hysteriarum quomodo tractanda.  
     609  
 Febres Intercurrentes qua  
     numerantur sex. 2 159  
     In iis curandis ad anni febrem serio  
         attendendum. 160  
     Ex anni tempore innotescit an effen-  
         tiales sint an symptomatici. ibid.  
 Febres malignæ. 38  
     Quæ vere tales sint. 63  
 Febres morbis Epidemicis juncta haud  
     aqualiter cum ipsis seviunt. 117  
     Seviunt præstertim mense Julio. ibid.  
 Febres nonnullæ brevi evanescunt. ibid.  
 Febres nonnullæ in principio sola diatæ  
     curantur. 53  
 Febres præter communia symptomata  
     etiam certas peculiares genii sui notas  
         gerunt. 161  
 Febres quare tot Nova vulgo audiant.  
     117  
 Febres quadam Nova vulgo dicantur  
     nec tamen sunt. ibid.  
 Febres refrigerantium aut Clysterum usu
- subinde Chronica fiunt. 52  
 Febres stationarie, que 2. 647  
     Quomodo à manifesta aëris qualitate  
         pendeant. 117  
 Febres sunt due ferè tertia omnium,  
     qua sunt, morborum. 408  
 Febres vernales raro sunt continuae. 49  
 Febres vernales pauciora post se relin-  
     quunt symptomata quam autumna-  
         les. 58  
 Februm Autumnalium Epochæ certissi-  
     ma est Julius, sicut Vernalium Fe-  
         bruarius. 48. 106  
 Februm Continuarum Epidemicarum  
     speciem exactè dignoscere arduum est.  
     158  
 Februm Contin. Epidem. speciem qua  
     ratione possimus expisci. 157  
 Februm Epidemicarum symptomata alia  
     propria sunt, alia adventitia. 117  
 Februm Epidemicarum Symptomata pro  
     varia constitutione temporis variant.  
     ibid.  
 Februm quadam species sudore critico fi-  
     niuntur. 140  
 Februm quadam Symptomata subinde  
     pro Morbis essentialibus perperam  
         habentur. 107  
 In Februm curatione semper resipienda  
     est anni constitutio, quatenus huic  
         alterive Epidemico producendo favet.  
     153  
 In Februm curatione viam evacuatio-  
     nis nosse præcipuum est. 161. 524  
 In Februm principiis cur subinde eva-  
     cuaciones instituende. 140  
 In Februm principiis sudorifica sape vel  
     Phrenesim vel Pleuritidem inferunt.  
     164  
 In Februm declinatione clysterum fre-  
     quens usus vitandus. 34. 152  
 In Februm declinatione letto assidue se  
         contineat

# ET V E R B O R V M.

contineat eger.	139	In Febris Malignis fit expulso ad cu <sup>3</sup>
Febris Epidemicis generalis curandi		tim.
methodus nequit applicari.	25	30
Febris plurimi ansam dat intempesti-		In Febris Malignis vomitorii omisso.
va vestium mutatio vel alias frigo-		32
riss admisso.	160	In Febris quibusdam Malignis sudores
Febris curandi methodus non per Ratio-		nocent.
nem, sed per Experientiam innote-		154
cit.	139	In Febris quibusdam Malignis alia
Ad Febris tollendas provocandi sudores		propter sudores molienda sunt evaca-
quales esse debeant.	101	tiones.
Inter Febris & Morbos Epidemios simul		155
grassantes mira affinitas.	160	Febrilis materia coctio quid sit.
Post Febris Autumnales tonsi larum in-		35
flammatio valde est periculosa.	60	Febrilis materia coctionem promoventia
ejusdem cause.	ibid.	vulgò commendant, at sine ratione.
Post Febris Autumnales omissa purga-		ibid.
tio multis morbis ansam dat.	38. 58	Febrilis materia coctio quomodo revera sit
Post Febris Vernales purgatio non tam		promovenda.
necessaria est atque post Autumnales.	38	36
In Febris Autumnalibus Infantum re-		Fermentationis natura simili illustra-
gio Lieris intumescens Febris fugam		tur.
pranunciat.	59	53
In Febris ad coctionem promovendam		Fermentationis phænomena & effectus.
non opus est regimine calido.	141	Ad Fermentationem requiritur materia
In Febris cum materia crassa cante		quadam visciditas.
agendum.	100	53
In Febris caput potentibus Emplastris		Fermentationis liquorum varia.
epispastica cervici cum fructu appli-		ibid.
cantur.	138	Fluor albus.
In Febris Continuis Julapii convenien-		675
tis formula.	101	Fluoris maliebris curatio singularis.
In Febris maximè Continuis generis		192
intermittentis cortex præbendus.	190.	Fœminæ medicamenta egenis distri-
Vinum non obesse in hujusmodi conti-		buentes taxantur.
nuis.	ibid.	164
In Febris convalescentes nonnunquam		Fomenta in Erysipelite.
sudoribus nocturnis obnoxii sunt.	143	175
Curantur quotidiano vini generosi		Fontanella in crure prodest in Rheuma-
usa.	ibid.	tismo inveterato.
In Febris Chronicis aëris mutatio val-		173
de nonnunquam est salutaris.	57	Formulæ Medicamentorum.
		644
		Fumus tabaci Enematis potentissimi loco
		laudatur.
		522
		Furfuris capitis curatio.
		680
		<b>G</b> angræna ex Erysipelite.
		174
		<b>G</b> angræna intestinorum in Dysente-
		ricis.
		109
		Gargarisma in Angina.
		177
		Gargarisma in salivæ visciditate.
		96
		Gonorrhœa virulenta centum retro an-
		nis se ostendebat diversam ab ipsa lue
		confirmata.
		357
		Quod materia semini formis qua hic
		fluit carnosa virgæ substantia de-
		beatur.
		358
		Modus invasionis describitur.
		357. 673
		M m m m m Curatio

## INDEX

	R E R V M
<i>Curatio Catharticis perficitur.</i> 360	<i>ibid.</i>
<i>Pilulis</i>	<i>ibid.</i>
<i>Clysteribus.</i>	361 <i>ibid.</i>
<i>Diata quanam observanda.</i>	362 <i>ibid.</i>
<i>In Gonorrhœa rejicitur Lignorum excise-</i>	
<i>cantium usus.</i>	363 <i>ibid.</i>
<i>item improbantur aqua mineralis</i>	
<i>Quomodo Phymosis sit curanda.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Gonorrhœa iusto citius suppressa.</i>	
<i>Tumores scroti supervenientes quomodo curen-</i>	
<i>tur.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Gonorrhœa cum lue juncta quomodo tol-</i>	
<i>lenda.</i>	367
<b>H</b> æmoptoë quando & quos precipue	
<i>invadat.</i>	177
<i>eius curatio.</i>	<i>ibid.</i> 679
<i>Hæmoptysis in Variolis.</i>	85. 597
<i>Hamoyyfisis &amp; mictus Sanguinis in Vario-</i>	
<i>lis mortem pranunciant.</i>	97
<i>Hæmorrhagia narium descriptio &amp; cu-</i>	
<i>ratio.</i>	177. 678
<i>Hæmorrhagia narium in febre continua</i>	
<i>epidem. ab Ann. 1661. ad 1665 de-</i>	
<i>scriptio ac curatio.</i>	42
<i>Post hemorrhagiam cur ager purgandus.</i>	
<i>Hemorrhoidum dolor.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Curatio.</i>	676
<i>Hemorrhoidum fluxus nimius.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Hippocrates.</i>	10. 149
<i>Hædica febris.</i>	174
<i>Hippocratis Aphorismi nequeunt quibus-</i>	
<i>vis febrium speciebus applicari.</i>	156
<i>Historia morborum quomodo conscri-</i>	
<i>benda.</i>	6
<i>Historiam morborum verè practicam</i>	
<i>Auctor tradit.</i>	173
<i>Historia Epidemia Germanie. Vid. Con-</i>	
<i>stitutio.</i>	
<i>Homines variis affectibus obnoxii.</i>	19.
<i>Homo 21. annorum.</i>	47
<i>Humores nonnunquam pertinaciter para-</i>	
<i>tibus adarent.</i>	20
<i>Humores sunt viscidiores Autumno quam</i>	
<i>Vere.</i>	49
<i>Hydragola</i>	125. 362
<i>Hydragoga varia.</i>	494
<i>Hydrops ibi incipit ubi desinit scorbutus.</i>	
	372
<i>Hydrops febribus Intermittentibus suc-</i>	
<i>cendentis curatio.</i>	59
<i>Hydrops primarium signum, force in</i>	
<i>suis à digitorum impressione sub no-</i>	
<i>ctem apparentes &amp; mane evanescen-</i>	
<i>tes.</i>	490 671
<i>Symptomata sunt dyspnoea, urine pau-</i>	
<i>citas &amp; sitis.</i>	491
<i>Causa Sanguinis debilitas.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Aliæ in fœminis cause.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Indicationes curativa.</i>	492
<i>Hydropem praecedentia Symptomata scor-</i>	
<i>buti faciem pro se ferunt.</i>	172
<i>In Hydrope Cathartica fortiora semper</i>	
<i>usurpanda.</i>	492
<i>Perseverandum in Catharticis do-</i>	
<i>nec moles abdominis evanuerit.</i>	493
<i>Syrupus de spin. cervina quibus conve-</i>	
<i>niat.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Exemplum ejus memorabile.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Hydragoga varia.</i>	494
<i>Infusæ croci metallorum quoties reperi-</i>	
<i>da ad curandum hydropem.</i>	498
<i>In Ascite grandiore tanum conve-</i>	
<i>nit.</i>	499
<i>Cortex interior sambuci.</i>	<i>ibid.</i>
<i>In Hydrope quanam contraindicant ca-</i>	
<i>tharsia.</i>	500
<i>Ubi catharsis contraindicatur qua-</i>	
<i>nam confortativa convenient.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Diureticis res agenda est in debili-</i>	
<i>bus naturis &amp; fœminis valde hyste-</i>	
<i>ricis.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Salia lixivialis vino Rhenano.</i>	671
<i>Corrobantia eadem in hydrope que</i>	
	322

# E T V E R B O R V M.

<i>in Podagra praebeantur, nisi quod</i>		<i>spirituum animalium crasis.</i>	413
<i>vinum Hydropticis permittatur pro</i>		<i>Unde vomitio materia viridis.</i>	ibid.
<i>potu ordinario.</i>	501	<i>Sympromatum singulorum ratio ex-</i>	
<i>Corroborantia qualia.</i>	671	<i>plicatur.</i>	ibid.
<i>Chalybis usus in Hydrope incipiente</i>		<i>Casus cuiusdam abunde &amp; sapius</i>	
	502	<i>lachrymantis.</i>	416
<i>Alii similiter usus</i>	ibid.	<i>Curativa indicatio est Sanguinis cor-</i>	
<i>Topica quare improbentur.</i>	503	<i>roboratio.</i>	418
<i>Resicinuntur Paracentesis &amp; Acupun-</i>		<i>Vena sectione &amp; catharsi ordienda.</i>	
<i>ctura.</i>	ibid.		ibid.
<i>Hydroporicorum suis quomodo fallenda.</i>		<i>Deinde chalybeatis absolvenda.</i>	ibid.
	502	<i>In imbecillioribus quandoque à cha-</i>	
<i>Hypercatharseos froenum certissimum</i>		<i>lybe statim incipiendum.</i>	419
<i>est laudanum.</i>		<i>Chalybis substantia præponitur præ-</i>	
	493	<i>parationibus.</i>	ibid. 421
<i>Hypocondriaci affectus. vid. Hyster.</i>		<i>Chalybis usum non recte admittere</i>	
<i>affect.</i>		<i>purgantium intercalationem.</i>	420
<i>Hypotheses Physiologie multis in praxi</i>		<i>Formule curationi inservientes.</i>	422
<i>erroribus ansam præbuerunt.</i>	8	<i>Theriaca Andromæhi magnum in</i>	
<i>Hypotheses quatenus valent Medico in-</i>		<i>bis affectibus remedium.</i>	424
<i>struendo.</i>		<i>Item Cortex Peruvianus.</i>	425
<i>Hysterica affectio sub quam variis Symp-</i>		<i>Dolor &amp; Vomitio Hystericarum quo-</i>	
<i>tomatis se ostendit.</i>	408. 646	<i>modo sint cohinda.</i>	428
<i>Cujusnam temperiei fœminis singula</i>		<i>Fætida qua ratione hystericas utilia.</i>	
<i>contingunt.</i>	ibid.		ibid.
<i>Hysterica affectiones sunt dimidia pars</i>		<i>In affectione Hysterica minori dan-</i>	
<i>morborum Chronicorum.</i>	408	<i>tur pilula hysteria per decem dies.</i>	
<i>Idem sunt in fœminis ac affectio hy-</i>			423
<i>pocondriaca in viris.</i>	ibid.	<i>Hystericus affectus Colicam biliosam re-</i>	
<i>Uterus immerito inculpatur.</i>	ibid.	<i>ferens.</i>	131
<i>Hysterice fœmine interroganda, an ma-</i>		<i>In Hystericis affectus saxe perperam</i>	
<i>lum de quo queruntur, inceperit cum</i>		<i>dignoscuntur.</i>	132
<i>tristitia, atque an urinam limpida</i>		<i>In Hystericis &amp; Hypochondriacis</i>	
<i>excreverint.</i>		<i>Clysterum frequens usus nocet.</i>	
<i>Hystericorum simul ac Hypochondriaco-</i>			132
<i>rum affectuum signum maximè patho-</i>		<i>I</i> <i>Cterus in Colica hysterica.</i>	132. 679
<i>gnomicum est urina limpida copiosa.</i>		<i>I</i> <i>Cterus post febres lectum justo citius de-</i>	
	413	<i>serentibus superveniens.</i>	139
<i>Hystericorum affectuum causa Proca-</i>		<i>I</i> <i>tertia curatio.</i>	134
<i>tarctica.</i>	ibid.	<i>Idiosyncrasie ratio habenda.</i>	423
<i>Causa efficiens interna, spirituum</i>		<i>Ignis sacer unde, &amp; quomodo oria-</i>	
<i>animalium crasis.</i>	ibid.	<i>tur.</i>	66
<i>Causa non sunt humores.</i>	417	<i>Pestis quandam gerit imaginem.</i>	ibid.
<i>Causa antecedens. crasis debilior</i>		<i>M m m m m 2 Iliaca</i>	

# INDEX RERUM

- I**liaca passionis causa. 44  
 Quo pacto proæcatur. ibid.  
 Curatio. 456.68  
 Argenti vivi & globulorum in hujus curatione censura. ibid.  
 Iliaca passio colicam biliosam sequens. 128  
 Iliaca passio febri perverse tractata supervenientis quomodo curanda. 522  
 In Iliaca passione omnia medicamenta etiam Enemata evomuntur. 128  
 Imaginationis losa per cardiaca restituere exemplum. 61  
 Indicatio à juvantibus & nocentibus in Febrium Novarum curatione adhibenda. 158  
 Infantes sope diuturnas Quartanas vincent. 50  
 In Infantibus vena sectio equè tutæ & necessaria est atque in adultis. 122  
 In Infantibus ventris tumor & durities, hujus medela per linimentum. 60  
 Infusum Corticis Peruviani. 190.651  
 Infusum rad. serpentaria virginiana contra tertianas. ibid.  
 Ingredita assumpta horrorem gignunt. 46  
 Intermittentes febres Autumnales in initio videntur continua. 24  
 Intermittentes febres Epidemica nonnunquam maturè graxari incipiunt. 48  
 Intermittentium febrium tria tempora spectanda. 46  
 Symptomata consueta. ibid.  
 Unde est, quod redeant paroxysmi. ibid.  
 Paroxysmorum descriptio. 47  
 Duplicatio unde. ibid.  
 Diviso in Vernales & Autumnales. 48  
 Essentialiter ha distinguntur. ibid.  
 Vernalium curatio. 50  
 Autumnalium curatio. 53.650  
 Tertiane Autumnalis curatio. 54  
 Quartana curatio. 55.188  
 Quomodo Recidiva præveniatur. ibid.  
 Vomitio in his febribus quomodo compescenda antequam cortex exhibeat. 190  
 Infantum medicatio. ibid.  
 Decoctum amarum quando præbendum. 191  
 Julapium cardiacum. 644  
 Julapium in febribus continuis. 101  
 in febribus pro Infantibus. 190  
 in Pleuritide. 165  
 in Rheumatismo. 171  
 perlatum. 644  
 roborans in Tertiana duplice. 55
- L**actæ Diæta præcellentis & quibus potissimum conveniat. 425  
 Laetæ Diæta censura notatu digna. 476  
 Laudani lquidi descriptio. 113  
 Ejus usum non immediate nervis necere. 428  
 Laudani usus in Cholera. 107  
 E Lecto Surgere quam uile in Variolæ. 91.121  
 solvuntur objectiones. 390  
 Quam necessarium in omnibus morbis inflammatorius. 101  
 Quam necessariam in febre continua ann. 1673, &c. 139  
 In febre nova Ann. 1685. 516  
 Cantela necessaria in surgendo, scilicet ne nimis diu pro una vice surgant. 139  
 Mora longioris in lecto incommoda  
 Scil. Rheumatismus & Icterus subsequentes. ibid.  
 Quam uile in Pleuritide. 166  
 Quam uile in Angina. 177  
 E lecto surrectionem quanam contra indicant. 396  
 Lepra. 150  
 Lienis regio in febribus autumnalibus  
 Infantum intumescentis febris fugam pronuntiat. 60

# E T V E R B O R V M.

<i>Descriptio hujus intumescentiae.</i>	<i>ibid.</i>	
<i>Linimentum in Pleurite.</i>	165	<i>Malignitas non semper sudore potest eliminari.</i>
<i>Linimentum in Rachitide infantum hypochondriacis inungendum.</i>	241	154
<i>Linimentum in ventris tumore &amp; duritate Infantum.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Malignitas per sudorifera aliaque calida medicamenta nonnunquam augetur.</i>
<i>Lochiorum fluxus nimius quomodo sistens.</i>	670	ibid. 528
<i>Lochiorum suppressionis curatio.</i>	432. 771	<i>Malignitas nonnunquam contemperantibus potest edomari.</i>
<i>Laciani irrisio in madentes Podagra.</i>	486	<i>ibid.</i>
<i>Lues Venerea undae &amp; quo tempore Europam appulerit.</i>	356	<i>Malignitas in morbis Epidemicis usdem quibus bi curatur remedii.</i>
<i>Contagium ejus quomodo propagatur.</i>	357	529
<i>Symptomatum ejus euumeratio.</i>	358	<i>Malignitati quodnam regimen proprie concedatur.</i>
<i>Luis confirmata sola salivatione curatio.</i>	364	528
<i>Recidive quibus debantur &amp; quomodo praveniantur.</i>	365	<i>Mania ex debilitate.</i>
<i>Quid in ore minus exulcerato sit agendum.</i>	368	61
<i>Diata quanam observanda inter curandum.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Mania communis causa.</i>
<i>Quare in Gallia facilius sanetur ac in Anglia.</i>	<i>ibid.</i>	679
<i>Luem Venereum non sanat Mercurius vel salsaparilla virtus specifica.</i>	68. 360	<i>Mania curatio.</i>
<i>De Lue Venerea à Qualquer. Harris.</i>	370	61
<i>Lumbago Rheumatica.</i>	170	<i>Mania febres Intermittentes diuturniores nonnunquam excipientis curatio.</i>
<i>Paroxysmum Nephriticum mentitur.</i>	<i>ibid.</i>	60
<i>Valde egrum excruciat.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Manna quid sit.</i>
<i>Causa.</i>	171	600
<i>Curatio.</i>	<i>ibid.</i>	<i>in serò lactis soluta mictui cruento à calculo medetur.</i>
<b>M</b> <i>Aculae purpureæ in Acutis certissimum inflammationis summa indicium.</i>	506	ibid.
<i>Macula purpurea in Peste malum signum</i>	69	<i>in Aquis mineralibus catharticis soluta cur rejiciatur.</i>
<i>Macula purpurea in Variolis ibid. male</i>	85. 386	<i>ibid.</i>
<i>Malignitas morborum quid sit.</i>	154. 527	<i>Materia medica cur adeo immensa.</i>
<i>Malignitas morborum sepè error medendi.</i>	38. 63	7
		<i>Meatus dantur ceci ex abdominis cavitate in intestina.</i>
		495
		<i>Medicamentorum formulae.</i>
		644
		<i>Medici peritiores subinde nihil in agri visitatione prescribunt.</i>
		158
		<i>Medici præcipua cura in Intentionibus veris expiscandis verti debet.</i>
		497
		<i>Medicum esse, &amp; formulas prescribere quam immane distant.</i>
		<i>Medicum probum hanc decet celare remedia morborum imprimis Epidemicorum.</i>
		54
		<i>Medicorum quorundam Speculationes in riles.</i>
		179
		<i>Medicina non rectius quam ab ipsis usus addiscitur.</i>
		3
		<i>est Ars valde adhuc imperfecta.</i>
		142
		<i>Medicina incrementum in quo consistat.</i>
		6
		<i>Melancholia Hypochondriaca vid. in hyst. affect.</i>
		<i>Mellis rosacei. usus in Angina.</i>
		177
		<b>M m m m m 3 Me.</b>

# INDEX RERUM

<i>Mensum fluxus intempestivus in variolis foeminarum.</i>	126
<i>Mensum fluxus immodus quando possimum contingit.</i>	434
<i>Mensum fluxus immodi tam intra perierat quam extra curatio.</i>	ibid.
	668
<i>Mensum suppressio.</i>	678
<i>Mercurius non sanat Luem Venereum virtute specifica.</i>	14.68.360
<i>Methodus medendi qualis esse debeat.</i>	10
<i>Miasma pestiferum vel immediate, vel mediate suscipitur.</i>	64
<i>Mictus Sanguineus à calculo renibus impatio.</i>	599
<i>Multa in hoc remedia sine successu adhibentur.</i>	ibid.
<i>Manna in sero lactis soluta cum paucillo succi limonum confert.</i>	600
<i>Dieta.</i>	601
<i>Mictus sanguineus in Variolis.</i>	85.597.664
<i>Mictus sanguineus &amp; Hemoptysis in Variolis mortem pranunciant.</i>	97.386
<i>Morbus quid Sit.</i>	19
<i>Morbi alii acuti alii chronicci.</i>	20
<i>Morbi acuti quinam sint.</i>	21
<i>Morbi acuti vel ab aeris inquinamento vel à particulari corporum anomalia gignuntur.</i>	ibid.
<i>Morbi acuti Denique habent autorem chronicci nos ipsos.</i>	394
<i>Morbi certis quibusdam annorum constitutionibus proprii.</i>	22
<i>Morbi Epidemici qui dicantur.</i>	21
<i>Morbi Epidemici mirè ab invicem differunt.</i>	ibid.
<i>Morbi Epidemici vel regulares vel anomali.</i>	23
<i>Hec disparitas unde.</i>	ibid.
<i>Morbi Epidemici vel Verni sunt vel Autunnales.</i>	ibid.
<i>Morbi Epidemici ab aeris occulta crassi errantur.</i>	117
<i>Morbi Epidemici ab Anni constitutione qua grassantur, peculiarem mutuantur indolem.</i>	26
<i>Morbi Epidemici à manifestis aeris qualitatibus varie reguntur.</i>	117
<i>Morbi Epidemici diversi in locis vicinis, à terra potius effluviis quam ab aeris diathesi oriantur.</i>	24.146.149.511
<i>Morbi Epidemici in initio vehementiores sunt, in progressu lenieres fiunt.</i>	106
<i>Morbi Epidemici ab anno 1661. ad 1665.</i>	62
<i>Quo ordine se invicem sequebantur.</i>	28
<i>Anni 1665.</i>	62
<i>ab Ann. 1667. ad 1669.</i>	78
<i>Ann. 1669.</i>	104
<i>Ann. 1670.</i>	ibid.
<i>Ann. 1671.</i>	105
<i>Ann. 1672.</i>	ibid.
<i>Ann. 1673. 1674. 1675.</i>	134. & seq.
<i>Morbi essentiales &amp; iidem Symptomatici quomodo discernendi.</i>	161
<i>Morbi essentiales aliter sunt tractandi quam iidem symptomatici.</i>	ibid.
<i>Morbi inflammatorii quando grassari soleant.</i>	68
<i>Morbi omnes ferè ex vestium prematura abjectione &amp; subito refrigerio post exercitium exoriri videntur.</i>	160
<i>Morbi vel ex se, vel Medicastri culpa fiunt letalis.</i>	20
<i>Morbi quidam antiqui avi jam non comprehendunt.</i>	149
<i>Morbi moderni poterunt suo tempore intercidere.</i>	ibid.
<i>Morbi plurimi sine causarum cognitione curantur.</i>	66
<i>Morborum Acutorum &amp; Chronicorum differentia.</i>	21
<i>Morborum Acutorum ratio &amp; genius.</i>	ibid.
<i>Morborum Epidemiorum ratio &amp; genius.</i>	ibid.

# ET VERBORVM.

<i>Morborum Epidemicorum curatio solici-</i>		
<i>tè peragenda.</i>	179	
<i>Morborum Epidemicorum ab Ann. 1669</i>		
<i>ad 1672. particularis historia.</i>	106	
<i>Morborum Epidemicorum alter ab altero</i>		
<i>pellitur.</i>	ibid.	
<i>Morborum qualibet species peculiarem</i>		
<i>obtinet genium.</i>	66	
<i>Morborum periodi certa sive etates.</i>	149	
<i>Morborum tempora.</i>	104	
<i>Morborum ortus à qualitatum vitio de-</i>		
<i>ducuntur.</i>	66	
<i>Morborum species exactè discernenda.</i>	172	
<i>Morborum species unde desumenda.</i>	27	
<i>Morborum sporadicorum ratio &amp; genus.</i>	21	
<i>Morborum historia quomodo conscriben-</i>		
<i>da.</i>	6	
<i>Morborum historiam vere practicam</i>		
<i>Author tradit.</i>	179	
<i>Morborum præsertim Epidemicorum re-</i>		
<i>media celare non decet Medicum pro-</i>		
<i>lum.</i>	54	
<i>In Morborum curatione plus Naturæ</i>		
<i>committendum, atque vulgo sit.</i>	141	
<i>In Morborum Epidemicorum ortu Na-</i>		
<i>natura artificium.</i>	108	
<i>Morbis Antiquitati incognitis novam</i>		
<i>methodum accommodare non est abso-</i>		
<i>nnum.</i>	149	
<i>In Morbis producendis naturæ methodus</i>		
<i>nondum hattenus detecta.</i>	26	
<i>In Morbis Inflammatoriis primaria re-</i>		
<i>media.</i>	100	
<i>In Morbis Inflammatoriis assiduus in le-</i>		
<i>cto decubitus valde nocet.</i>	101	
<i>Morbi Vernales.</i>	23	
<i>Morbillorum descriptio &amp; historia.</i>	120.	
<i>Curatio.</i>	657	
<i>Morbilli anomali,</i>	121	
<i>Curatio.</i>	122	
<i>Morbilli quo anni tempore regnent.</i>	123	
<i>Morsus canis rabidi.</i>	680	
<i>Curatio.</i>	ibid.	
<i>Pro Mortuo habitus casu ad se rediit.</i>	96	
<i>Mucosæ dejectiones in Dysenteria unde.</i>		
<i>Mundi anima.</i>	111	
<i>Moxæ combustio in Podagra.</i>	77	
<i>Moxa loco inustiones lino crudo ab Hipoc-</i>		
<i>crate nsurpata.</i>	486	
<b>N</b> Arcotica post factas evacuationes		
<i>quandoque feliciter perantur.</i>	133	
<i>Narcotica turbas à purgatione excitatas</i>		
<i>compeſcunt.</i>	40	
<i>Narcotica urgente dolore tuto rēpetuntur.</i>		
<i>Narcotica vigente febre obſunt, ut in de-</i>		
<i>clinacione morbi praclaros edunt effi-</i>		
<i>citus.</i>	129	
<i>Narcoticorum doſis magnitudini doloris</i>		
<i>repondeat.</i>	49	
<i>Narcoticorum frequens uſus sape inno-</i>		
<i>xius.</i>	113	
<i>Narcoticorum in Variolis insignis utili-</i>		
<i>tas.</i>	93	
<i>Narcoticorum noxæ quandoque Vena ſen-</i>		
<i>tionibus emendantur.</i>	185	
<i>Narcoticorum formulæ.</i>	94. 107	
<i>Natura optima morborum medicatrix.</i>		
	10. 141	
<i>Natura vox quo ſenſu ab Authore uſur-</i>		
<i>petur.</i>	77	
<i>Natura in curando multum relinquā-</i>		
<i>dum.</i>	87. 433	
<i>Natura in medicamentis producendis ſi-</i>		
<i>mul ac preparandis collaudatio.</i>	419	
<i>Natura opera incomprehensibilia.</i>	47. 110	
<i>Natura operationes parūm intelligimus.</i>		
	66	
<i>Natura operum indagatores aliorum</i>		
<i>invidiam ſibi arceſſunt.</i>	110	
<i>Naturales cause à Deo quomodo regan-</i>		
<i>tur.</i>	58	
<i>Nephritici paroxysmi veri &amp; hysterici</i>		
<i>quam.</i>		

# INDEX RERUM

quām diversa curationes instituende.	Curatio.
430. 664	168
Nephriticum paroxysmum mentiens lum- bago rheumatica.	Peripneumonia Epidemica Ann. 1675.
170	136. 138
Nicotianæ famus loco enematis potentif- sini commendatur.	Peripneumonia symptomatica Tussi Epi- dem. Ann. 1675. superveniens. 150
522	
<b>O</b> Leum amygdalarum dulcium alii bechicis preferendum.	Peripneumonia post Morbillos. 121
41	
In febribus sine noxa potest assumi.	Ejusdem curatio per Vena sectionem.
ibid.	ibid.
non debet affatim sed parcè exhibe- ri.	
42	
Ægri viribus attritis subvenit. ibid.	
Uſus ejusdem in Pleuritide.	Pestis Ann. 1665. 63
165	
Variolarum aridaram crusgis illini- tur.	Pestis quid sit. 66
95	
Olei sem. lini in Pleuritide uſus.	Pestis Britanniam vix frequentibus de- vastat quām post annorum 40. revo- lutionem. 64
165	
Ophtalmiae curatio.	Pestis Londinensis Anno alioquin salubri vastans. 67
663	
Opium pluribus medetur affectibus.	Pestis Italianam occupans exceptā Hetruri- ā. 65
113	
Insigne est cardiacum.	Pestes ab aëris diathesi fit Epidemica.
ibid.	ibid.
Opii praestantia & nativa bonitas.	Pestis ab aëris occulta crasi. 63
ibid.	
In quibus affectibus præcipue ejus in- dicetur uſus.	Pestis ab inflammatione oritur. 67
184	
Opii virtus non præparationis sed native	Pestis à tempestatum anni vicissitudini- bus regitur. 65
Papaveris bonitati debetur.	Pestis in initio atrocior in progressu beni- gnior esse solet. 64
113	
<b>P</b> Inter Opiata quoad vim ipsam nul- lum ferè est discrimen.	Pestis per miasma propagatur, idque du- plici modo. ibid.
ibid.	
Papauer	Pestis pro aliis morbis Epidemicis rarius eventit. ibid.
Paracentesis in hydrope rejicitur.	Pestis quandoque subito nulla etiam exor- ta febre jugulat. 65. 155
503	
Paralysis quid & quomodo curetur.	Pestis quanto tempore soleat grassari. 24
681	
Paregoricum Anterioris.	Pestis quo anni tempore exoriatur. 64
107	
Paregorica in quibus casibus rectè indi- centur.	Pestis ratione solum mechanica tolli po- test. 68
185. 397	
Paregoricis evanescantia debent premitti in Sanguineis temperamentis, non aliis.	Pestis semper manet superstes. 65
428	
Penis tumor in Lue Venerea quomodo discutiendus.	Pestis sporadica. 64
674	
Peregrinatio versus Austrum cur in Chronicis curandis profst.	Pestis invadendi modus describitur. 65
473	
Peripneumonia quid sit, & quomodo à Pleuritide differat.	Pestis symptomata. ibid.
165. 769	
Peripneumonia Notha descriptio. 167. 648	Pestis curatio. 68
	Alexiteria in hac & aliis morbis, non

# E T V E R B O R V M.

<i>non ut specifica sed ut diaphoretica prosunt.</i>	<i>ibid.</i>	<i>In Peste Macula purpurea malum signum.</i>	<i>65. 69</i>
<i>Pro Vena sectione facientes Authores.</i>	<i>70</i>	<i>In Peste Tumores prorumpere, bonum.</i>	<i>65</i>
<i>Pro Vena sectione historia admiranda.</i>	<i>71</i>	<i>In Peste post abscessus eruptionem sanguinem mittere, minus est inutum.</i>	<i>77</i>
<i>Prefertur tamen ei ab Autore diaphoresis.</i>	<i>72</i>	<i>In Peste ob magnos sudores Bubo nonnunquam disparet.</i>	<i>69. 72</i>
<i>Diaphoresis quandiu continuanda.</i>	<i>ibid.</i>	<i>In Peste post sudores abscessus subinde erumpunt.</i>	<i>69</i>
<i>Pestis proprium alexiterium nondum innotuit.</i>	<i>68</i>	<i>In Peste sudantes quando indussum mutare debant.</i>	<i>76</i>
<i>Ad Pestis prophylaxin vix conducunt calida.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Pestilentialium macularum ratio.</i>	<i>131</i>
<i>Pestem accelerat sapè vinorum &amp; calidorum ingurgitatio.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Petechiae ab intempestivo cardiacorum usu &amp; regimine paulò calidore sapius efflorescunt.</i>	<i>513</i>
<i>Pestem commercii cum locis contagiosis inhibito potest avertere.</i>	<i>65</i>	<i>Petecharum &amp; mictus Sanguinei casus insignis à D. D. Goodall communica-tus.</i>	<i>404</i>
<i>Ad Pestem excitandam requiritur contagiū pestiferi corporis, prater aëris dispositionem.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Philosophia effectit ut qua Medica appellatur, revera confabulandi gar-riendique potius sit ars quam medendi.</i>	<i>407</i>
<i>Peste affecti à continuata diaphoresi recreantur.</i>	<i>76</i>	<i>Phrenitis Febre Contin. Epidem. ab A. 1661. ad 1665.</i>	<i>40</i>
<i>In Peste abscessum sit eruptio.</i>	<i>100</i>	<i>In Febre Epidem. ab A. 1673. ad 1675. 142</i>	
<i>In Peste abscessum eruptio incerta crisis est.</i>	<i>69. 77</i>	<i>In Febre Nova A. 1685.</i>	<i>516</i>
<i>In Peste abscessum eruptio quomodo pro-moveri possit, nondum constat.</i>	<i>69</i>	<i>In Variolis.</i>	<i>84</i>
<i>In Peste abscessum sine sudore eruptio magis fuit salutaris.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Phrenitis quomodo tractanda.</i>	<i>40. 517</i>
<i>In Peste Alexipharmacæ calida quandoque nocent.</i>	<i>68</i>	<i>In Phrenitide spiritus Visrioli landatur.</i>	<i>142</i>
<i>In Peste Alexipharmacæ calida quomodo præsint.</i>	<i>ibid.</i>	<i>In Phrenitide rasio capitinis confert.</i>	<i>517</i>
<i>In Peste diaphoresin interpolandam suadet Diemerbroekius.</i>	<i>76</i>	<i>In Phrenitide Variolis superveniente re-frigerium agro concedendum.</i>	<i>95</i>
<i>Refellitur.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Phthiseos curatio.</i>	<i>681</i>
<i>In Peste sudor continuus &amp; prolixus re-quiritur non interpolatus.</i>	<i>ibid. 154</i>	<i>Phthisiologia Caroli Leigh. M. D.</i>	<i>685</i>
<i>In Peste sudor spontaneus valde saluta-ris.</i>	<i>76</i>	<i>Phthiseos specificum est equitatio.</i>	<i>427</i>
<i>In Peste sudores non faciunt salutarem abscessum eruptionem.</i>	<i>69</i>	<i>Pilula Cochæ.</i>	<i>129</i>
<i>In Peste sudores subinde valde noxi-i.</i>	<i>ibid. 72</i>	<i>Pilula Cochæ maj. in Ileo usurpanda.</i>	<i>45</i>
		<i>item in Tassi. Epidemia.</i>	<i>195</i>
		<i>Pilula Cortic. Peruv.</i>	<i>188</i>
		<i>Plantæ variis mensibus florent.</i>	<i>47</i>
		<i>Pleuritidis historia.</i>	<i>163. 648</i>
		<i>N n n n</i>	<i>Curatio</i>

# INDEX RERUM.

- Curatio. 165  
 Diata. ibid.  
 Rejicitur cura per expectorationem. 166  
 Pleuritis Maligna vulgo dicta quanam sit. 153  
 Pleuritis Maligna Vena sectionem non fert. ibid.  
 Pleuritidi superveniens Dyarrhea. 99  
 De Pleuriticorum Sanguine quedam notau digna. 164  
 Mensum Sanguinis extrahendi. ibid.  
 Podagra regularis historia. 459  
 Irregularis historia. 462  
 Causa est concoctionum depravatio & humorum indigestio sive à Venere sive à vino sive ab exercitiis intermissis. 465  
 Curatio non est aggredienda Vena sectione. 466  
 Non catharsi, sive ad praevenundum sive ad curandum paroxysmum. 467  
 Nisi symptomata aliquod eandem posselet. 601  
 Neque sudoribus & quare. 468  
 Curandi praecipua intentio in coctione promovenda atque indigestionibus tollendis versari debet. 469  
 Medicamenta Digestiva. ibid.  
 Podagra Therapeja Radicalis adhuc latet. 489  
 Sed non sine spe aliquali specificum quandoque inventum iri. ibid.  
 In Podagra Electuarium corroborans præstantissimum. 471  
 Electuarium aliud atque aqua destillata. ibid.  
 Tberiaca Andromachi & Cortex Peruvianus laudatur. ibid.  
 In Podagre paroxysmo nihil magni tenet, sed ipsum extra paroxys-
- mum exemplo ab intermittentium februm paroxysmis ducto. 482  
 In quorum paroxysmis abstinentia à carnibus interdicatur. ibid.  
 Paroxysmi symptomatis vitam minantibus quomodo occurrendum. 479  
 Ventriculi debilitas cum ventris terminibus vino Canarino mitiganda. 484  
 Quonibil proficiente ad laudanum fungendum. ibid.  
 Diarrhoea sudoribus cohibenda. 485  
 Tussis brumalis à frigore, tempore paroxysmi suscepito sicut ipsa Peripneumonia curanda est. ibid.  
 Calculus superveniens quomodo curetur. ibid. & 603  
 In Podagra paroxysmo Remedia exten-  
na in genere improbantur verum istorum meliora reperiri mere Refrigerantia & Repellentia. 585  
 Quid Moxa comburies prestare potest. 586  
 Podagrifica materia ubi retrocesserit quid agendum. 484  
 Podagrici ante & post paroxysmum varius sape vexantur symptomatis scorbuti emulis. 461  
 Podagricorum diata. 475. 482  
 Potus sit cerevisia tenuis. 476  
 Potus Diateticus loco ordinarii in Podagris inveteratis. 478  
 Vinum planè officit. 476  
 Vinum verò Hispanicum minus injuriuum. 479  
 Lactea dicta in Podagra censura aquae. 478  
 Podagricis decubitus maturior quam fit utilis, idque hyeme presertim. 479  
 Animi tranquillitas stabilanda. 480  
 Exercitiam si quotidianum. ibid.  
 Hoc Tophos præcavet vel solvit. ibid.

# ET VERBORVM.

<i>In ipso paroxysmo permittitur.</i>	482	<i>invadentis exemplum.</i>	48
<i>Nisi iste sit atrocior.</i>	483	<i>Quartana Infantum.</i>	50
<i>Exercitiorum primarium est equita-</i>		<i>Infantes sape diurnas quartanas</i>	
<i>tio.</i>	481	<i>vincunt.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Quam tamen supplere potest in curru</i>		<i>Quartanarum curatio.</i>	55
<i>vectio.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Parum hacenus votis respondet.</i> <i>ibid.</i>	
<i>Venus quam sit injuria.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Per corticem Peruvianum.</i> <i>ibid.</i>	
<i>Porriginis capitii curatio.</i>	680	<i>Aëris mutationem.</i>	57
<i>In practicis experimentis commemo-</i>		<i>Potentiora cardiaca in declinatione</i>	
<i>rands fidelitas Authoris.</i>	77	<i>propinanda.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Praxis Medica Theorie multum praef-</i>		<i>Quartanariis obest phlebotomia ut &amp; fre-</i>	
<i>renda.</i>	<i>ibid.</i>	<i>quens catharsis.</i>	55
<i>Probi hominis verum criterium.</i>	435	<i>In Quartanis Infantum &amp; Puerorum</i>	
<i>Pruritus ferini curatio cardiacis.</i>	175	<i>fortioribus cardiacis abstinendum.</i>	57
<i>Pulli Decocum in Cholera morbo proba-</i>		<i>Quotidiana.</i>	47
<i>tum remedium.</i>	107. 667	<i>Rarius observatur.</i>	51
<i>Punctura tendinis.</i>	167. 679	<b>R</b> <i>Achitis vera describitur.</i>	677
<i>Purgans potio Authoris.</i>	38	<i>Non est curanda catharticis.</i>	421
<i>Purgans pro Infantibus tenellis.</i>	645	<i>Linimentum ventri &amp; hypochondriis</i>	
<i>Purgantis lenissimi formula.</i>	38. 494	<i>infantum inungendum per 30. vel</i>	
<i>à Purgantibus dolores ventris inten-</i>		<i>40. dies.</i>	<i>ibid.</i>
<i>duntur.</i>	468	<i>Rachitidis febribus infantium intermit-</i>	
<i>Purgantia Vid. Cathartica.</i>		<i>tentibus succedere solita curatio.</i>	59
<i>Purgatio quare necessaria post febres.</i>	38	<i>Radix serpentaria Virginiana in vino</i>	
<i>Purgatio quare conveniat post hemorra-</i>		<i>infusa tertianis medetur.</i>	651
<i>gias.</i>	42	<i>Ratio capitis in phrenicide confert.</i>	517
<i>Purgationis noxa &amp; incommoda.</i>	112	<i>Refrigerantia in fine morbi cum protra-</i>	
<i>Pustularum Vrtice puncturas referentium</i>		<i>hunt.</i>	36
<i>per totum corpus eruptio.</i>	174	<i>Id que maximè in grandavis.</i>	39
<i>Curatio.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Regiminis calidioris in Variolis noxa.</i>	
<b>Q</b> uartana.	47	<i>87. 126. 393.</i>	
<i>Quartana Secunda vice infestans</i>		<i>Eiusdem in Dysenteria noxa.</i>	109
<i>brevi finitur.</i>	50	<i>Eiusdem in Morbillis noxa.</i>	121
<i>Quartana lethales in regione paroxysmi</i>		<i>Eiusdem in febribus plerisque di-</i>	
<i>egrum jugulant.</i>	<i>ibid.</i>	<i>scrimina.</i>	164
<i>Quartana Autunnales.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Regiminis refrigerantis in certis affecti-</i>	
<i>Quartana Autunnales quibus temporibus</i>		<i>bus nocturnum.</i>	39. 101
<i>finiantur.</i>	50	<i>Remedia morborum præsertim Epidemi-</i>	
<i>Quartana Autunnales alios quosdam</i>		<i>corum celare non decet Medicum pro-</i>	
<i>chronicos gignunt affectus.</i>	<i>ibid.</i>	<i>bum.</i>	54
<i>Quartana Epidemica.</i>	24	<i>Remediorum formulae.</i>	644
<i>Quartana A. 1661. &amp; seq.</i>	28	<i>Renum calculus Vid. Calculus.</i>	
<i>Quartana Epidemica An. 1661. mature</i>		<i>Rhabatbatum in aliis fluxu sine additis</i>	

N n n n n 2 alii

# INDEX RERVM

- aliis vix conductit. 111  
*In Diarrhoea Epidemica nocte.* 103  
**Rheumatismi historia.** 170. 654  
 Curatio. 171  
*Anodynus figitur & protrahitur.* ibid.  
**Rheumatismus inveteratus quomodo tractandus.** 173  
**Rheumatismi scorbutici descriptio.** ibid.  
 Curatio singularis. 174  
**Rheumatismi curatio solâ diata è sero lactis, loco phlebotom'a** 198  
*Quibus convenienti istiusmodi curatio*  
*& quibus non conveniat.* ibid.  
*Furcatio frequens atque anodynorum usus pressus phlebotomia liberalioris*  
*wicem supplere.* 199  
**Rheumatica Lumbago.** 170  
**Rigor vel Horror in febribus Intermittentibus unde.** 46  
**Rosa.** 67
- S**alia Ixivialia in vino Rhenano potentissima in hydrope sunt diuretica. 500. 673  
*Salis absynthii usus in vomitu.* 45  
*Salivatio in Febre Continua Epid. ab An. 1667. ad 1669.* 99  
*Salivatio Variolarum Confluentium comites.* 10. 83. 9. 94  
*Salivatio in Variolis confluentibus usu refrigerantium promovetur, & cardiacis calidioribus reprimetur.* 93  
*Salivationis in Lac Venerea methodus.* 364  
*Negne Cathartica, neque aliu parantia salivationi debent praeveni-*  
*re.* 3. 4. 365  
*Paraffa salivatione neque Cathartica*  
*neque sedorifica in usum ventre debent.* ibid.  
*Diarhoea superveniens quomodo combibeatur.* ibid.  
*Caniela magni momenti observanda*
- in naturis salivationi nimis resistentibus.* 366  
*Salaparilla non sanat Luem Venereum*  
*virute specifica.* 14. 68  
*Sambuci cortex interior laudatur in Afectu grandiore.* 499  
*Sanguis purus non raro Febre accendi-*  
*tur.* 19  
*Sanguinis color purulentus in febribus*  
*inflammatorii detractus unde.* 164  
*Sanguinis depuratio si per duplum par-*  
*tium secretionem.* 43  
*Circa Sanguinem in Pleurite per Vene-*  
*sectionem eductum varia observa-*  
*tiones.* 164  
*Sanis non raro Febre corripuntur.* 30  
*Scabies vid. Pruritus.*  
*Schediasma ad historiam Epidem. anni*  
*1699. & 1700.*  
*Scorbutus non tam frequens apud nos ac*  
*usq[ue] creditur.* 172  
*Scorbutus ubi definit ibi incipit hydrops.*  
*ibid.*  
*Scorbuti symptomata.* 682  
 Curatio. ibid.  
*Scorbuti larvam plures gerunt morbi*  
*chronici.* 172  
*Scorbuti vocabulum perperam & tem. re-*  
*uisuspant imperiu.* 39. 173  
*Cum corbino febris.* ibid.  
*Secreto impuritatum sanguinis si per*  
*faeces & per flores.* 43  
*Senecio Anethi in singulis nihil profuit.*  
*ibid.*  
*Seri lactis in Dysenteria usus.* 114  
*Serpentaria Virginiana radix in vino in-*  
*fusa terranis medicinr.* 651  
*Singultus in febre Cont. Epid. ab anno*  
*1661. ad 1663.* 42  
*Causa remoltores proxima incognita.*  
*ibid.*  
*Curatio per diascordium.* 43  
*Singultus in nova febri An. 1685. Cura-*  
*310*

# ET VERBORVM.

<i>rio per Corticem Peruvianum.</i>	515	<i>Syderatio.</i>	174
<i>Sophistarum reprehensio Hippocratica.</i>	495	<i>Symptomata non nulla non tam morbo quam Medico debentur.</i>	8
<i>In Soporosis affectibus Clysteres valde utiles.</i>	141	<i>Syrupus de Meconio S. Papaveris qualis ab Autore prescribatur.</i>	598
<i>Specifica pleraque dolo malo celebrantur.</i>	487	<i>Syrupus de Spina Ceruine quibus in hy- drope conveniat.</i>	493
<i>Speculationibus nimis additorum Me- diorum censura non minus rigida quam judicosa.</i>	407	<i>Usus ejus in hydrope exemplo memo- rabilis confiatur.</i>	ibid.
<i>Spiritus Cornu Cervi in febribus denti- tioni infantum supervenientibus lan- datur.</i>	524	<b>T</b> <i>Abaci fumus loco Enematis poten- tissimi laudatur.</i>	522
<i>Spiritus volatiles omnes ideo facient, quia creatura ignis.</i>	428	<i>Tabellæ prestantes ad Tussim.</i>	154
<i>Spiritus volatiles in Rheumatismo inver- terato profundit.</i>	173	<i>Tabes deplorata Equitatione tanquam specifico curatur.</i>	426
<i>Spiritus vini ustulatus in Tussi sape nocet.</i>	152	<i>Tendinis punctura curatio.</i>	167
<i>Spiritus vini Ambustis prodest.</i>	169	<i>Tenesmus quid sit.</i>	665
<i>Spiritus Vitrioli Phrenesin in febre Epi- dem. domabat.</i>	142	<i>Tenesmus post Dysenteriam.</i>	110
<i>In Variolis insigniter profuit.</i>	147	<i>Adultis exitialis, Infantibus beni- gnus.</i>	ibid.
<i>Sputum sanguinis vid. Hamopoe.</i>		<i>Tenesmai curatio solis corroborantibus.</i>	111
<i>Sudores vel Crucis sunt vel Symptomati- ci.</i>	140	<i>Terræ effuvia morbos Epidemicos varios gignere possunt.</i>	146. 149
<i>Sudores Symptomatici.</i>	158	<i>Tertiana.</i>	47
<i>Sudores ad febres tollendas provocandi quales esse debeant.</i>	101	<i>Tertiana curatio.</i>	650
<i>Sudores infibrum declinatione spontanei vulde sunt salutares.</i>	140. 526	<i>Tertiana Vernalis.</i>	23
<i>Sudores nocturni convalescentium quomo- do tollendi.</i>	143	<i>Tertiana Vernalis ob perversam cura- tionem diu durantes.</i>	49
<i>Sudorum in febribus observatio mulsum facit ad earum dignitionem.</i>	158	<i>Tertiana Vernalis diurna ab Autum- nali tempestate fugantur.</i>	ibid.
<i>Sudorum provocatio in nullo morbo ex- cepta Peste videatur convenienter, &amp; qua- re.</i>	469	<i>Tertianarum Vernalium curatio.</i>	50
<i>Sudores ad ciendos nihil aquæ conductit ac capit is obvelatio.</i>	75	<i>Tertiana Autumnales.</i>	23. 51
<i>In Sudore insculpis agrum reficere admo- dum salutare.</i>	76	<i>Tertiana Autumnales Quartanis magis sunt affines quam Vernalis.</i>	ibid.
<i>Sudoriferorum formula in Peste.</i>	75	<i>Tertianarum Autumnalium curatio.</i>	54
		<i>Per Sudores &amp; Dictiones eodem tempore excitatos.</i>	55
		<i>Tertiana duplicitis Autumnalis curatio.</i>	ibid.
		<i>In Tertiana duplicei Eleutharium roborans atque Iulepus.</i>	ibid.
		<i>Tertiana Epidemica Ann. 1661. &amp; seq. peculiaria Symptomata.</i>	27
		<i>Tertiana Ann. 1671.</i>	75

# INDEX RERVM

- Thœrix Medicorum vera qualis esse debet. 10  
 Theriacæ Andromachi in febre pestilentiali feliciter usurpata. 75  
     maximum in quamplurimis morbis remedium. 424  
     laudatur in affectione hysterica. ibid.  
     in Podagra. 471  
 Tophi Podagriconum exercitio impediuntur vel solvuntur. 480  
 Topica in Hydrope improbantur & quare. 503  
     in Podagra. 485  
 Sub Torminibus ventris febris nonnunquam delitescit. 520  
 Id Torminibus ventris non omnibus Aqua minerales conferunt. 521  
 Tumor crurum post Variolas quibus remedios curandus. 98  
 Tusses Epidemica. 150  
     Curatio. 151  
     Epidemica curationem evacuationibus debent. 194  
 Tussis sine febre quomodo tractanda. 151.  
     197. 681  
     Neque Narcotica neque liquoros spirituosi neque diaphoretica riùò hic usurpabantur. 196  
     Nec diaphoretica, nec pectoralia permittuntur. 194  
 Tussis oleo amygdalarum dulcium optimè lenitur. 41  
 Tabella prestantes ad tussim. 154  
 Tussis in febre Contin. Epid. ab An. 1661.  
     ad 1665. 41  
     Ejusdem curatio. ibid.  
 Tussis Convulsiva puerorum & infantium curatur in primis venæctione. 121  
     Curatur Vena sectione & repetita catharsis. 195  
 Tussis causa. 151  
 In Tussi quandoque valde salutare est corporis exercitium. ibid.
- In Tussi spiritus vini usulatus aliaque similia valde interdum noxia. 152  
**V** Aporum quos appellant Hystericonum frequens causa. 433  
 Variolæ ab occulta Aeris crasi. 63  
 Variola in crustas resicata. 82  
 Variola mitiores citius finiuntur. 145  
 Variola quanto tempore soleant griffari. 23  
 Variola quo anni tempore invadere soleant. 79  
 Variola quandoque sine insigni egritudine erumpunt. 80  
 Variole revera parui sunt abscessus. 86  
 Variola Regulares divisa in Distinctas & Confluenses. 79  
 Variolarum distinctarum symptomata. ibid. 658  
     Distinctarum historia. ibid.  
 Vena seccio in his supervacanea. 92  
     nisi regimen calidius præcesserit. ibid.  
 Regiminis justò calidioris noxa. 88  
 Evacuationum noxae. ibid.  
 Frigoris sunt etiam nocimenta. 89  
 Cardiacis quando utendum. 90. 92  
 Cardiacum quale. 92  
 Quo tempore agrius lecto addicendus. 90. 387  
 Lecto damnari nimis præpropere, est valde perniciosum. 90. 91  
 Loci in lecto frequens permutatio tum in hoc tum in alio genere est concedenda. 93  
 Solvuntur objectiones pro continuo in lectulo decubuu oblate. 390  
 Curatio. 89. 594  
 Variolarum Confluentium historia. 81. 386  
 Salivatio eas Adulorum, Diarrhoea istas infantium comitari solet. 83. 93  
 Quibus temporibus morbi febris dominetur. 83. 596  
 Quibus ut plurimum moriantur. 83.  
     594  
 Symptomata exitialia utrique generi communia. 94


# ET VERBORVM.


<i>Quam plenum periculi hoc genus.</i>	92.	<i>Diata.</i>	ibid.
<i>Curatio auspicanda est Vena sectione atque Emeticō.</i>	387	<i>Variola Anomala Confuentes quomodo à Regularibus Confuentibus discreparint.</i>	ibid.
<i>Et spiritu Vitrioli in potu.</i>	ibid.	<i>Curatio.</i>	124
<i>Ptyalismo potissimum perficitur.</i>	93	<i>Variola Anomala Ann. 1674. &amp; 75.</i>	125
<i>à Fundamento recte aut secus in primis diebus jacto maximè pender.</i>	389	<i>Curatio.</i>	145
<i>Paregorica in his quasi specifica.</i>	397	<i>spiritus Vitrioli in his usus egregius.</i>	147
<i>nisi sint infantes qui corripiuntur.</i>		<i>Variolarum cicatrices. vid. Cicatrices Variolarum.</i>	
<i>94+397.</i>	400	<i>Variolarum nulla unquam mentio apud Hippocratem, neque perspicua apud Galenū.</i>	149
<i>Quo tempore morbi primum exhibenda.</i>	399	<i>Variolarum cum Phrenitide casu sanatarum historia.</i>	96
<i>Præ alius Ptyalismum promovent.</i>	93	<i>Variolarum in Infantibus sape sunt prænunciī Epileptici insultus.</i>	80
<i>Eorum exhibitorum commoda.</i>	94	<i>Variolarum perverse curatarum symptomata.</i>	88
<i>Paregoricorum quantitas.</i>	398	<i>Variolarum retrocessio sape temere inculpatatur.</i>	97
<i>Exemplum eorum exhibitorum in quodam Crose.</i>	ibid.	<i>In Variolarum summitate macula nigra à nimio feniore.</i>	85
<i>Epipasticum quo die applicandum.</i>	401	<i>Post Variolas relicta fovea unde, &amp; quomodo orientur.</i>	81. 95
<i>Allium incisum quo die plantis pedum applicandum.</i>	402	<i>Ex Variolis cur plures divites morianur quam pauperes.</i>	92
<i>Diata.</i>	658	<i>In Variois duo morborum tempora separations &amp; expulsions.</i>	86
<i>Casus D. Chent totam curationem complettens.</i>	402	<i>In Variolis separationem paulatim fieri satius est.</i>	87. 88
<i>Emeticum dari potest die morbi undecimo, in suffocationis metu.</i>	96	<i>In Variolis expulsio plus temporis requirit quam separatio.</i>	86
<i>In quo casu aeri exponentus est variolosus.</i>	389	<i>In Variolis eruptio præcocior periculosior est tardiore.</i>	87. 88
<i>Variolosi admiranda historia.</i>	96	<i>In Variolis faciei manuum qua tumor magni est momenti.</i>	84. 93
<i>Pustularum præpropera exclusio quantis stipatus incommodis.</i>	391	<i>In Variolis mox impense sudare noxiū.</i>	72
<i>Infanis regimen in Variolis erupturis, &amp; à convulsione incipientibus.</i>	395	<i>In Variolis retrocessis quid agendum.</i>	97
<i>Dyarrhoea in Infantibus salutaris.</i>	94	<i>In Variolis trattandis quomodo Medicis fama periclitetur.</i>	88
<i>Vena sectio &amp; Catharsis quo demum tempore in convalescentibus variolosis sint celebranda.</i>	98	<i>Variolarum historia cum pustulis miliaribus à Davide Hamilton.</i>	587
<i>Mensum fluxum in Variolis refrigerrantia indicare.</i>	126	<i>Vectio.</i>	
<i>Variola Anomala Distincta (sc. Nigra) quomodo à Regularibus Distinctis fuerint discriminata.</i>			
<i>Curatio;</i>	128		


# INDEX RERUM


<i>Vestio in Colica utilissimum exercitum.</i>	<i>narcoticiis.</i>
130	<i>ibid.</i>
<i>Venæ sectio quibus noxia &amp; quibus nui-</i>	
<i>lis.</i>	<i>56. 502</i>
30. 34	
<i>Debet Emeticum semper procedere</i>	
<i>ubi utrumque indicatur.</i>	<i>425. 479</i>
32	
<i>Debet similiter procedere catharsin.</i>	
195. 513	
<i>Ubi phlebotomia liberalior non per-</i>	
<i>mittitur, potest suppleri usu Enema-</i>	
<i>tum.</i>	<i>38. 143</i>
34	
<i>Suppletur etiam purgatione frequenti</i>	
<i>atque acutinorum usu.</i>	<i>501</i>
200	
<i>Vena sectio Lafaniibus succurrir paruer</i>	
<i>at Adnatis.</i>	<i>ibid.</i>
122	
<i>Convulsionibus puerorum dentien-</i>	
<i>tium specificè conductit.</i>	<i>674</i>
ibid.	
<i>Vena in lecto secunda quo facilius phle-</i>	
<i>botomiam ferant.</i>	
30	
<i>Vena sectio in debilibus nocet.</i>	
70	
<i>Vena sectio in Peste à multis lassatur.</i>	
<i>Vena sectio in Peste parce &amp; abscessu iam</i>	
<i>erumpente administrata valde est no-</i>	
<i>xia.</i>	<i>133</i>
77	
<i>Venenati à sublimato corrosivo assumpti</i>	
<i>curatio sola aqua simplici.</i>	<i>45</i>
200	
<i>Vere morbi quidam Inflammatorii gi-</i>	
<i>gnuntur.</i>	<i>679</i>
49	
<i>Vesicatoria in hydropicis sepe gangranam</i>	
<i>inducunt.</i>	<i>quandoque Diarrhœam excitat.</i>
503	<i>43</i>
<i>Vesicatoria non in omni Comate profund.</i>	
517	
<i>Vesicæ ulceris signa &amp; curatio.</i>	<i>Vomitorii exhibitionem precedat Vena se-</i>
680	<i>ctio.</i>
<i>Vestuum hyematum depositio quousque sit</i>	
<i>differenda.</i>	<i>32</i>
160	
<i>Vigilæ quo pacio tractande.</i>	
40	
<i>Quomodo conspienda sint post febrem</i>	
	<i>Periculosa itidem, nisi copiosè di-</i>
	<i>luantur.</i>
	<i>32</i>
	<i>Vomitorii quandoque emendari neque</i>
	<i>materia vitiosa.</i>
	<i>133</i>
	<i>Vrinæ suppressio in Variolis.</i>
	<i>86. 97</i>
	<i>Vteri procidentie curatio fotu adstringen-</i>
	<i>ti.</i>
	<i>434. 664</i>
	<i>Vulnus levissimum in hydropicorum car-</i>
	<i>ne quare curatu sit difficultimum.</i>
	<i>503</i>

*S O L I   D E O   G L O R I A .*









ESTANTE 8.<sup>o</sup>  
Tabla 6.<sup>a</sup>  
N.<sup>o</sup> 3



SYDENHAM  
OPERA  
MEDICA

12.980